XIV.
F.
30.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIV
F
30
NAPOLI

64.

A. 83. 113

CLAVIS
ECCLESIASTICÆ
DISCIPLINÆ.

CLAVIS ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ,

SEU

INDEX UNIVERSALIS

TOTIUS JURIS ECCLESIASTICI,

AD REGIAM NON MODO,

Sed & ad quamcumque aliam Conciliorum Editionem accommodatus.

In quo quidquid uſpiam vel in Conciliis tùm Generalibus, tùm Provincialibus, vel in Pontificum Reſcriptis, Imperatorum, Regumque & Epiſcoporum de Sacris rebus Edictis ad Juris Canonici materiam, Statumque Eccleſiaſticum ſpectat, novâ methodo, novo ordine, & quâ potuit fieri brevitate digeſtum, ad manum ponitur.

Opus ab eruditiſſimo Viro GODEFRIDO HERMANT, *Doctore Theologo & Socio, Sorbonico, necnon Cathedralis Eccleſiæ Bellovacenſis Canonico, ingenti labore concinnatum.*

Operâ & ſtudio PETRI AUGER in lucem prodit.

Infulis; & ornatu

PARISIIS,

Apud ANTONIUM DEZALLIER, viâ San-Jacobæâ, ſub Signo Coronæ Aureæ.

M. DC. XCIII.

Cum Privilegio & Approbatione.

PRÆFATIO.

NON ut alienis diter opibus, ERUDITE LECTOR, hoc Opus feci publici juris; neminem enim ſuâ laude fraudari meum unquam conſilium fuit aut voluntas: ſed ut Eruditiſſimi Viri, ac de re litteraria, de Religione, de Eccleſia Catholica optimè meriti labore nihil quicquam prætermitterem, quò Juris Eccleſiaſtici & Canonici diſciplinæ ſtudioſi uterentur.

Cùm enim Godefridus Hermant, Socius Sorbonicus, Sacræ Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus, necnon Cathedralis Eccleſiæ Bellovacenſis Canonicus, qui quantum in Hiſtoria Sacra, quantum in rebus Theologicis, quantum in Sacris Canonibus excelluerit; alii, quos in publicum emiſit, & qui manibus omnium teruntur, libri ſatis ſignificant, hocce Opus per triginta & ampliùs annos elaboratum, dum Conciliorum, rerumque ſacrarum Voluminibus evolvendis incumberet, quid in unaquaque materia Concilia, quid Pontifices & Epiſcopi, quid Imperatores, quid Reges & Principes edixiſſent, diligenter inter legendum annotando, & in certos titulos & locos digerendo contexuiſſet; ipſum ſuo ipſius proprio tantum uſui, nihil prorſus de eo in lucem edendo cogitans, ſepoſuerat; fortèque jam penitus periiſſet, niſi à Viro omni diſciplinarum genere longè cumulatiſſimo mihi cum aliis, quæ ab ipſo, nitidiori caractere, & caſtigatiori calamo deſcribenda receperam, traditum fuiſſet.

Illud quidem nullo mihi tunc fine propoſito totum Opus tranſcripſi; verùm cùm diligentiùs ab eruditiſſimis Viris examinatum fuiſſet & approbatum, à nonnulliſque ſummopere expeteretur, Theſaurum iſtum in paucorum ſcriniis deliteſcere haud paſſus, ut lucem publicam aſpiceret, nihil labori, nihil operæ parcendum meæ putavi. Obſtetrices igitur admovi manus, totamque diſciplinam Eccleſiaſticam amplexus, Concilia tum generalia, tum particularia, Sanctionumque Sacrarum, Reſcriptorumque Pontificum Libros, improbo labore volvi, ac revolvi; quidquid eſt Operis diligenter cum autographis collatum recognovi, quæ deerant, nonnulla ſupplevi, Notationes Auctoris recenſui, & in ſuo quaſque loco diſpoſui, omnium denique locorum prima & ultima verba expreſſa oculis ſubjeci, ut in promptu ſint omnia, nihilque deſiderari poſſit ad perfectum, omnibuſque numeris & partibus abſolutum Indicem Conciliorum.

Neque verò eſt exiſtimandum huncce Librum, ordinemque in ipſo ſervatum regiæ ſolummodò Collectioni Conciliorum ita peculiariter eſſe accommodatum, ut cæteris etiam aliis minimè poſſit aptari : nam etſi ſæpius editionis regiæ volumina, voluminumque etiam paginæ paſſim denotentur; certum tamen eſt, ut cuilibet promptum eſt experiri, hujuſcemodi Indicem ita comparatum eſſe, ut omnibus & ſingulis Conciliorum editionibus tùm Regiæ, tùm Pariſienſi, Colonienſi & aliis, qualeſcumque tandem illæ ſint, æquè optimè poſſit convenire; cùm quidquid quavis in materia indicatur, ita per annos & ſæcula digeratur, ut in quacumque volueris editione, poſſit illicò reperiri.

Argumenta porrò rerum conceptis ita verbis propriiſque exponuntur, ut ex iis ſubjecta facilè materia unicuique, vel tantillùm attendenti, poſſit intelligi; unde etiam illud auſim affirmare, hoc Opus ita fore omnibus commodum & utile, ut ii quoque, qui libros Conciliorum non habent, quemadmodum & ii, qui habent, poſſint ex eo magnum fructum, magnum emolumentum percipere.

His adde quòd in ſecunda Parte, in qua Auctoris annotationes continentur, multa integra referuntur, multa exquiſitæ & reconditæ eruditionis, ſcituque digniſſima copioſiùs ac uberiùs diſceptantur.

Tituli denique à Canonibus mutuati in quinque ſunt claſſes diſtributi.

In prima, poſt Religionis Chriſtianæ fundamenta, quæ ſunt Fides, Pietas, Scriptura, &c. agitur de Hierarchia Eccleſiaſtica, & de perſonis Eccleſiaſticis.

In ſecunda, de Sacramentis Eccleſiæ.

In tertia, de Perſonis ab Eccleſia alienis, quales ſunt Hæretici, Schiſmatici, Pagani, Judæi, &c.

In quarta, de Rebus Eccleſiaſticis.

In quinta, de Foro Eccleſiæ & Juriſdictione Eccleſiaſtica.

Hæc ſunt, ERUDITE LECTOR, quæ te nolebam neſcire. Vale igitur, mihique benè ad Deum Opt. Max. adprecare.

PAR GRACE ET PRIVILEGE DU ROY.

PAR Lettres Patentes du Roy, données à Paris le vingt-ſixiéme jour de Mars 1693. ſignées, BOCHART: & ſcellées du grand Sceau de cire jaune, il eſt permis à PIERRE AUGER de faire imprimer, vendre & debiter par tel Libraire qu'il voudra choiſir, un Livre intitulé *Clavis Eccleſiaſtica Diſciplina*, compoſé par feu le Sr GODEFROY HERMANT Docteur de Sorbonne, Chanoine de Beauvais; & ce pendant le temps & eſpace de dix années conſécutives, à commencer du jour que ledit Livre ſera achevé d'imprimer. Avec défenſes à toutes perſonnes d'imprimer, ou faire imprimer ledit Livre, vendre ny le débiter ſans le conſentement de l'Expoſant, ſous les peines portées par leſdites Lettres.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, le vingt-ſeptiéme Mars 1693.

Ledit Sieur Auger a cedé ſon droit du preſent Privilege au Sieur Antoine Dezallier Libraire & Imprimeur à Paris, ſuivant l'accord fait entr'eux.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le vingt-cinq Avril 1693.

ILLUSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO DOMINO,
D. FRANCISCO
DE CAILLEBOT DE LA SALE,
TORNACENSIUM
EPISCOPO.

OPus hoc, ILLUSTRISSIME ECCLESIÆ PRINCEPS, ab Eruditiſſimo Viro inchoatum, meliori à me ordine digeſtum, perfectumque Illuſtriſſimæ tuæ ac Reverendiſſimæ Dominationi ſe ſiſtit. Te enim potiſſimùm ſibi deligendum Patronum exiſtimavit Diſciplina Eccleſiaſtica, quem moribus & vitâ Cultorem ſemper habuit religioſiſſimum, & quem poſt hac in tua Diœceſi habitura eſt Cuſtodem ac Vindicem acerrimum. Illam ab acceſſu tuo procul arceret obſcuri & ignoti Parentis nomen, niſi tota ex oraculis Conciliorum & Pontificum compacta, illi annorum viginti in colligendis & ordinandis Decretis

& Canonibus labores & ſudores aſſiduos debere ſe tantummodò agnoſceret. Vel hoc nomine temeritatis veniam meretur Auctor & tuo favore haud indignus videri poteſt, quod nihil in hoc Opere eſſe ſuum palàm profiteatur. Æquo igitur animo excipe Devotiſſimi Famuli munus, & in ipſo munere fœlix omen. Quis enim non rectam, non divinam Eccleſiæ tuæ auguretur adminiſtrationem, quando Tibi illam capeſſenti Eccleſiaſtica Diſciplina ſeſe ad pedes tuos advolvit venerabunda? Illa magnæ tuæ mentis dudùm incola hodiè in Belgio tuis auſpicijs renaſcitur, ut per te vigeat floreatque. Hanc ſpem in animis omnium concitavit adventus tui fama; eventum præſtabunt congeſtæ in Te unum cæterorum Antiſtitum virtutes, quas etſi tacere jubeat tua modeſtia, palàm emicant in oculis tuorum ſubditorum, quos jam nunc ita devinxerunt, ut ſe vel ex hoc Regum Maximo in pretio eſſe intelligant, quod illum ſibi donarit Epiſcopum quem cæteræ Galliæ Eccleſiæ ambitiosè expetijſſent. Illi, quia in te Patrem ſui amantiſſimum & agnoſcunt & venerantur, in tuo ſinu Paſtoralique curâ ſpem omnem, quietem, ſalutem & fœlicitatem ſecuri reponunt.

ILLUSTRISSIME ECCLESIÆ PRINCEPS,

ILLUSTRISSIMÆ AC REVERENDISSIMÆ
DOMINATIONIS TUÆ

Humillimus & Obſervantiſſimus Servus
PETRUS AUGER.

APPROBATIO.

EGo infraſcriptus Paſtor S. Stephani, Decanus Chriſtianitatis Inſulenſis, Librorum Cenſor; Vidi & legi quoddam Opus manuſcriptum, cui Titulus eſt: CLAVIS ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ, &c. in quo nihil inveni quod non ſit ſecundùm Fidem S. Romanæ Eccleſiæ: immò Librum hunc tantæ utilitatis fore judico, ut in eo quidquid ad Cleri formam, vel ad Populi Chriſtiani directionem deſiderari poteſt, ad manum inveniatur. Datum Inſulis die Novembris 3. anni 1691.

FR. DESQUEUX, P. S. STEPH. DECAN. CHRISTIANITATIS INSULENSIS, LIBRORUM CENSOR.

INDEX

Materiarum quæ in Hac Prima parte Comprehenduntur.

De Christiana Fide, Religione, & Pietate, & de Cultu Divino. *Fol.* 1.
De Sacra Scriptura. 17
De Conciliis. 19
De Sede Apostolica, & Romano Pontifice. 30
De Patriarchis. 40
Cardinales Legati Apostolici. 43
De Vicarijs Apostolicis. 45
De Primatibus. 47
De Metropolitanis. 53
De Appellationibus ad Romanum Pontificem. 58
De usu & auctoritate Pallij. 63
Episcoporum dignitas, auctoritas, functiones, debitaque, &c. 65
Institutiones Episcoporum 73
Ordinationes Episcoporum, Electiones. 75
Episcoporum Subordinatio & unanimitas. 85
Onus Episcopale, vita Pastoralis. 91
Adversus Transmigrationes & Translationes Episcoporum. 101
De Residentia Episcoporum. 105
Contrà vagos & falsos Episcopos & Sacerdotes. 108
Jus Episcoporum circà pœnitentiam. 110
De Prædicatione verbi Dei. 111
De causis Episcoporum. 117
De Episcopali Audientia. 130
De visitatione Provinciarum & Diœceseon. 134
Diœceseon & Parochiarum limites servandi. 144
De Regimine Ecclesiarum Sede vacante. 150
De Fundatione & Unione Ecclesiarum. 155
De Chorepiscopis & Parochis. 159
De Abbatibus & Abbatissis. 166
De Decanis. 172
De Canonicis. 175
De Presbyteris. 178
De cansis Presbyterorum. 194
De Archidiaconis & Archipresbyteris. 202
De Diaconis. 208
De Diaconissis. 213
De Subdiaconis. 215
De Lectoribus. 217
De Monachis & Monialibus. 220

DE SACRAMENTIS.

Baptiſmi forma & ritus. 249
De Baptiſmo communia. 261
Quibus dandus ſit Baptiſmus? 263
Baptiſmi Miniſter. 263
Contra Rebaptizantes & Rebaptizatos. 264
De Cathecumenis. 265
De Confirmatione. 267
Miniſter Confirmationis Epiſcopus. 269
De Pœnitentia & ejus partibus. 271
De Reconciliatione pœnitentium. 277
De Confeſſione. 278
De Impoſitione Pœnitentiæ. 281
Jus Epiſcoporum circa Pœnitentiam. 283
De Pœnitentia in extremis. 283
Euchariſtiæ ritus. 286
Euchariſtia communicandum Sacrificio. 291
Euchariſtia quibus danda? 293
Extrema unctio. 295
Epiſcopi, Presbyterorum, Diaconorum, &c. ordinatores. 298
De non iterandis ordinationibus. 311
Miſſæ pro Defunctis. 311
De Sponſalibus. 314
De Matrimonio. 319
Matrimonii Vinculum. 329
Matrimonium cum Infidelibus, Judæis & Hæreticis vetitum. 334
Gradus in Matrimonio prohibiti. 335
De Sacramentis in genere. 340
De Bigamia & Polygamia. 341
De Mulieribus menſtruatis & puerperis. 343

DE ALIENIS AB ECCLESIA.

De Hæreticis. 344
Tertulianus de Præſcriptione Hæreticorum
Iræneus adverſus Hæreſes.
Contra Chriſtianos Apoſtatas in infidelitatem lapſos, ſacrificantes, libellaticos, &c. 355
De Infidelibus. 359
De Idolis & Idolothytis. 360
De Judæis. 362
De Schiſmaticis, & ſpeciatim de Donatiſtis. 367
De Superſtitionibus. 370
De Divinationibus & Magiâ. 373

INDEX MATERIARUM SECUNDÆ PARTIS.

De Ceremonijs & Ritibus Ecclesiasticis. 1
De Officio Ecclesiastico, Horis Canonicis, &c. 8
De Pascha, & alijs Festis. 26
De Die Dominicæ, & Festorum sanctificatione. 33
De Oratione Dominica & Symbolo. 42
De Pane, Azimo & Fermentato. 44
De Jejunio Quadragesimæ, & ciborum delectu. 45
De Sanctorum invocatione & cultu, eorumque memorijs. 55
De Vigilijs. 58
De Imaginibus. 59
De Reliquijs. 67
De Exequijs & Sepulturis. 73
De Aqua Benedicta. 80
De Confraternitatibus. 81
De Miraculis. 83
De Peregrinis & Peregrinationibus. 84
De Ecclesijs, Altaribus, Vasis Sacris, Oratorijs & Capellis. 87
De Privilegijs & Exemptionibus. 107
De Rebus Ecclesiæ, Beneficia, Res Ecclesiæ, earumque Procuratio ac Stipendia Clericorum. 113
De Azilis & Refugijs Ecclesiasticis. 149
De Immunitatibus Ecclesiasticis. 154
De Defensoribus Ecclesiarum, Advocatis, Executoribus, œconomis, &c. 157
Oblationes, Primitiæ, Decimæ. 160
De vita & honestate Clericorum. 176
De Causis Clericorum. 196
Quædam ad disciplinam exteriorem, ubi de vestibus, comis, &c. 198
Quinam in Clerum assumendi sint, quinam excludendi. 203
Clericorum Sanctimonia, sæculares curæ illis interdictæ. 213
De Tonsura Clericorum. 216
De non iterandis Ordinationibus. 218
Litterarum Ecclesiasticarum necessitas & disciplina. 219
De singularitate Beneficiorum. 226
Contrà Clericos lapsos. 229
Contrà Clericos simoniacos. 231
De Scientia Clericorum. 241
Continentia Clericorum Cælibatus. 248
Mulierum cohabitatio & familiaritas Clericis interdicta. 258
Contrà Clericos Aleatores & Ebriosos, Apostatas; & de Tabernis, &c. 265
Contrà Clericos iracundos & percussores, homicidas, præsumptores, &c. 269
Contrà Clericos vagos. 273
De Clericis ad Comitatum euntibus, & quando id licitum sit. 275
De Voto. 277

De Clericis Palatinis. 278
De Judicijs, Accuſatoribus, Teſtibus & Teſtimonijs. 279
Excommunicatio, Excommunicati. 300
Depoſitio, Depoſiti. 310
Interdictio, Interdicti. 317
De Duëllo. 319
De Judicio Aquę frigidę. 320
De Maleficijs. 321
Contrà Homicidas & Parricidas. 323
De Raptoribus & Sacrilegis. 329
De Furto & Latronibus. 334
De Deſperantibus, & capitali ſupplicio affictis. 341
De Tormentis. 343
De Reſtitutione Spoliatorum. 344
De obreptione & ſubreptione. 347
De Uſura. 348
Falſi Teſtes, Traditores, Delatores, Calumniatores, falſarij Authores famoſorum libellorum. 353
De Procurantibus abortum, Expoſitoribus, Expoſitis. 358
De Adulteris & Inceſtis. 360
De Inceſtu. 369
ΠΕΡΙ ΑΡΣΕΝΟΚΟΙΤΩΝ. 370
De Bello & Pace. 371
De Pollutione. 375
De Fornicatoribus, Lenonibus ac Stupro. 377
De Juramento, & Perjurio. 381
De Spectaculis, Hiſtrionibus, Pantomimis, &c. 385
De Choreis & Saltationibus. 386
De Ebrietate. 387
De Odio & Charitate. 389
De Imperatoribus, Regibus, Reginis, eorumque Filijs ac Miniſtris. 392
De Miſſis Dominicis. 407
De Moneta, Pontibus, & alijs ad publicam politiam pertinentibus. 409
De Ponderibus & Menſuris. 411
De Tributis & Telonijs. 414
De Magiſtratibus & Judicibus. 415
De Jure Patronatus. 421
De Laïcis. 423
De Viduis. 426
De Virginibus. 430
De Officijs Parentum in Liberos, & Liberorum in Parentes. 436
De Pauperibus & Eleëmoſynis. De Diſtributione, Xenodochijs, Noſocomijs, Ptochotrophis, &c. Defendendis Oppreſſis. 438
De Servis, & Libertis, Dominis, ac Subditis. 445
De Energumenis. 451
De Amentibus. 453

ORDO CELEBRANDI CONCILIJ,

Desumptus ab Isidore Mercatore ex 4. Concilio Toletano Cap. 4. & Garsiæ Loysiæ Hispanicorum Conciliorum editoris diligentiâ emendatus. Quare sciat Lector non esse generalem hunc ordinem, sed tantùm fortè servatum in Toletanis, vel in Hispania celebratis Concilijs.

ORDO DE CELEBRANDO CONCILIO.

HORA itaque diei primâ antè Solis ortum, ejiciantur omnes ab Ecclesia: obseratisque foribus, cuncti ad unam januam, per quam Sacerdotes ingredi oportet; Ostiarij stent. Et convenientes omnes Episcopi pariter introeant, & secundùm ordinationis suæ tempus resideant. Post ingressum omnium Episcoporum atque concessum, vocentur deinde Presbyteri, quos causa probaverit intrare. Nullus inter eos audeat ingredi Diaconorum. Post hos ingrediantur Diacones probabiles, quos ordo poposcerit interesse: & coronâ factâ de sedibus Episcoporum, Presbyteri à tergo eorum resideant; Diacones in conspectu Episcoporum stent; deinde ingrediantur & Laici, qui electione Concilij interesse meruerint. Ingrediantur quoque & Notarij, quos ad recitandum vel ad excipiendum ordo requirit: & obserentur januæ, sedentesque in diuturno silentio, dicat Archidiaconus: *Orate.* Statim omnes in terra prostrabuntur, & orantibus diutius tacitè cum fletibus ac gemitibus, unus ex Episcopis senioribus surgens, Orationem palàm fundet ad Dominum, cunctis adhuc in terra jacentibus, dicens.

ADSUMUS Sancte Spiritus, adsumus peccati quidem humanitate detenti, sed in Nomine tuo specialiter aggregati, veni ad nos, adesto nobis & dignare illabi cordibus nostris: doce nos quid agamus, quo gradiamur ostende, quid efficianus operare. Esto solus & suggestor & effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre & Filio nomen possides glorioſum. Non nos patiaris perturbatores esse justitiæ qui sumere diligis æquitatem, ut ministrum nos ignorantiæ trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat, sed junge nos tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono: ut simus in te unum, & in nullo deviemus à vero: qualiter in nomine tuo collecti, sic in cunctis te-

neamus cum moderatione pietatis justitiam, ut hîc à te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro benè gestis consequamur præmia sempiterna. Amen. Te condonante, qui cum Patre & Filio unus permanes Deus, per infinita sæcula sæculorum.

In qua Oratione, nec Oratio Paterna, nec Benedictio, sed ipsa solummodò Oratio confirmetur. Quando autem plurimi Metropolitani fuerint, nec ab altero hæc Oratio dicitur.

DOmine qui nos justitiam loqui & quæ recta sunt præcipis judicare, tribue nobis, ut nec iniquitas in ore, nec pravitas inveniatur in mente; ut puro corde purior sermo consentiat, procedat in operibus justitiæ, nec appareat dolus in lingua.

A tertio verò Metropolitano, loco tertio, hæc Oratio pronuntiatur.

IEsu Domine, qui sacro verbi tuo oraculo promisisti, ut ubi duo vel tres in nomine tuo fuerint aggregati, medius dignareris adesse; adesto Cœtui nostro propitius & cor nostrum perlustra misericors, ut ita rectum justitiæ tramitem teneamus, nè à bono misericordiæ aliquatenus aberremus.

ALIA.

DIssolve Domine nostrarum mentium ligaturam & obligationis impiæ confringe catenam, ut tibi laudem liberatione reddamus, cujus ultionem pro transgressione pavescimus.

ALIA.

DEus qui veritatem loqui filios hominum cupis, & eorum casto judicio delectaris, mentem nos dignare habere rectam, ut possimus labijs veram depromere justitiam.

Finitâ autem oratione, & responso ab omnibus, *Amen*: rursus dicit Archidiaconus; *Erigite vos:* & confestim omnes surgant, & cum omni timore Dei & disciplina, tam Episcopi quàm Presbyteri sedeant; sicque omnibus in suis locis in silentio considentibus, Diaconus Albâ indutus, Codicem Canonum in medio proferens, Capitula de Concilijs agendis pronuntiat, id est, ex Concilio Calchedonensi æra xviij. Item ex Capitulis Orientalium Patrum, quæ Martinus Episcopus de Græco in Latinum vertit, æra xviij. De Synodo facienda. Item ex Concilio Toletano IV. æra iij. Item ex Concilio Agathensi æra xvj. sive ex sermone S. Ambrosij de Pace, vel aliud de Canonibus quod Metropolitanus Episcopus Concilium alloquitur, dicens:

EXHORTATIO.

ECce Sanctissimi Sacerdotes, præmissis Deo precibus, Fraternitatem vestram cum pia exhortatione convenio, & per divinum nomen obtestor, ut ea quæ à nobis de Deo, de Sacris Ordinibus, vel vestris moribus, vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reverentia perficere ostendatis. Quòd si forsan aliquis vestrum aliter quàm dicta fuerint, senserit, sine aliquo scrupulo commotionis, in nostrorum omnium collatione, ea ipsa de quibus dubitaverit, conferenda, reducat: qualiter, Deo mediante, aut doceri possit, aut doceat. Deindè simili vos obtestatione conjuro, ut nullus vestrum in judicando, aut personam accipiat, aut quolibet favore, vel munere pulsatus à veritate discedat; sed cum tanta pietate quidquid Cœtui nostro se judicandum intulerit judicet, ut nec discordans contentio ad subversionem justi-

Digitized by Google

tiæ inter nos locum inveniat, nec item in perquirenda æquitate, vigor noſtri ordinis, vel ſollicitudo tepeſcat.

Poſt allocutionem Concilij, quâ Metropolitanus ſolet Synodum alloqui Univerſalem, ſtatim Rex cum ſuis Optimatibus ingreditur in Concilium: & in primis Coronâ Sacerdotum poſt ſe dimiſſâ, ad Altare converſus, ibi orationem dicit: ſed ipſâ oratione ſuperactâ, ad Concilium converſus, dicit: Et homo proſtratus, atque indè ſe erigens, & ſeipſum precibus Sacerdotum commendat, & alloquendo Concilium, ut juſtiſſimè agant, religioſâ exhortatione inſinuat. Poſtquàm autem expleverit exhortationem ſuam à Diacono dicitur: *Oremus.*

Tunc Rege converſo ad Orientem, omnes Sacerdotes in terra pariter proſternantur, ſicut & priùs, ſicque dicatur hæc oratio Dominica:

REx Deus, à quo Regum regitur Regnum; quo gubernante ſublime, quo deſerente fit fragile, Famulo tuo N. ſolers moderator adſiſte. Da ei Domine fidei rectitudinem firmam, & legis tuæ cuſtodiam indefeſſam: ita morum honeſtate prepolleat, ut tuæ Majeſtati complaceat: ita nunc præſit populis, ut coronetur poſt tranſitum cum electis. *Pater noſter.*

BENEDICTIO.

BEnedicat tibi Sereniſſime Princeps virtutem Dominus & omnipotens Deus *Amen.*

Inſpiret tibi facere miſericordiam, & temperare juſtitiam. *Amen.*

Qui tibi tribuit Regnum, ipſe cor tuum conſervet illeſum à nocibilitate omnium populorum. *Amen.*

Et qui conventum noſtrum pro Domino veneraris, cum tuis omnibus poſt longa ſæcula coroneris. *Amen.*

Per Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum, qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto unus Deus gloriatur in ſæcula ſæculorum.

Quâ Benedictione ſuſceptâ dicitur illi à Diacono: *In nomine Domini noſtri Jeſu-Chriſti, ite cum pace.* Sicque cunctis reſpondendum eſt: *Deo gratias.* Statimque idem Princeps ſecedit à Conventu Concilij. Poſt egreſſum igitur Regis ad exhortationem Metropolitani, quæ priùs dicta eſt, introibunt omnes quique fuerint Presbyteri, Diacones vel Religioſi ad audiendam doctrinam. Sicque Archidiaconus lecturus eſt Canonem Toletani Concilij XI. æra j. nè tumultu Concilium agitetur; quo Canone perlecto, ſtatim Concilium Epheſinum ex ordine perlegetur, deindè collatio pariter & inſtructio de Myſterio Sanctæ Trinitatis habebitur, ſimulque & ordinibus officiorum, ſi in omnium ſedibus ejuſdem celebritatis unitas teneatur. Pro his cauſis prout ſpatium diei permiſerit, & Epiſtolæ Papæ Leonis ad Flavianum Epiſcopum de erroribus Eutychetis, & Myſterio S. Trinitatis legendæ ſunt: Canones quoque de unitate officiorum.

Nec aliud aliquid antè tranſibitur, quàm iſta omnia explicentur; ita tamen, ut in totis tribus diebus Litaniarum nihil aliud agatur, nec retractetur, niſi ſola collatio de Myſterio S. Trinitatis, & de ordinibus ſacris, vel officiorum inſtitutis, ita ut hæc tota peragantur per iſtos tres dies, nihil aliud, ſicut jam dictum eſt, niſi ſola quæſtio de his quæ prædicta ſunt, habeatur; ita ut lectio ſemper congruens cauſam ordinis, quæ quærenda eſt, antecedat.

Item Oratio in 2. die in inchoatione Concilij dicenda.

NOstrorum tibi Domine, curvantes genua cordium, quæsumus, ut bonum quod nobis à te requiritur, exequamur; scilicet ut promptâ tibi sollicitudine gradientes, discretionis arduæ subtile judicium faciamus, ac misericordiam diligentes, clareamus studijs tibi placitæ actionis.

Item Oratio die 3. quæ in inchoatione Concilij dicitur.

ATe Domine interni clamoris vocibus unanimiter postulamus, ut respectu tuæ gratiæ solidati, prædones veritatis efficiamur intrepidi, tuumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui.

Post hæc in 4. die reliquæ causæ per ordinem admittendæ sunt. Sicque omnes qui de Religiosis in retroactis diebus pro spirituali instructione interfuerunt Concilio, foris egredientur: residentibus aliquibus Presbyteris in Concilio, quos Metropolitanus ordinaverit, ordinandos. Per singulos tamen illos 3. dies Litaniarum Episcopi vel Presbyteri cum admonitore primùm orationibus prostrabuntur. Sicque collecta à Metropolitano oratione & dicente Diacono: *Erigite vos*; consurgent, & de divinis tantùm, ut dictum est, rebus collationem habebunt. In reliquis tamen diebus, cunctis adstantibus, oratio colligenda est. Et sic considentes causarum negotia judicabunt. Nullus tamen tumultus, aut inter considentes, aut inter adstantes habebitur. Eodem autem modo, eodemque ordine ad Concilium omnes per singulos dies ingrediantur, quo superiùs jam præmissum est. Nam etsi Presbyteri & reliqui, aut Diaconus, Clericus, sive Laïcus de his qui foris steterint Concilium pro qualibet re, crediderit appellandum, Ecclesiæ Metropolitanæ Archidiacono causam suam intimet, & ille Concilio denuntiet: tunc illi & introeundi & proponendi licentia concedatur. Nullus autem Episcoporum à cœtu communi secedat, antequàm hora generalis secessionis adveniat. Concilium quoque ita ut quęcumque deliberatione communi finiuntur, Episcoporum singulorum manibus subscribantur. Ita tamen ut antè duos aut tres dies quàm solvatur Concilium omnes constitutiones à se editas diligenti consideratione retractent. Item in die quâ Concilium absolvendum est, Canones qui in Sancta Synodo constituti sunt coràm Ecclesia in publico relegantur. Quibus explicitis, respondetur: *Amen.*

Deindè ad locum redeuntes, ubi in Concilio residebant, Canones ipsos subscripturi sunt. Admonendi quoque à Metropolitano sunt de Pascha ventura quotò veniet. Admonendi sunt etiam quo tempore superveniente anno ad Concilium faciendum veniant, & eligendi etiam de Episcopis, qui eum Metropolitano dies festos Nativitatis Domini & Sanctum Pascha debeant celebrare. Post hæc dicente Archidiacono, *Oremus*: omnes simul ut terram pariter prostrabuntur, ubi diutissimè orantibus, hanc unus ex Majoribus Orationem dicturus erit.

ORATIO.

NUlla est Domine humanæ conscientiæ virtus, quæ inoffensè possit tuæ voluntatis judicia expedire. Et ideò quia imperfectum nostrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa, quæsumus, quod profectò æquitatis fine concludere præoptamus; te in nostris principijs occursurum poposcimus, te quoque in hoc fine judiciorum nostrorum indultorem nostris excessibus speramus: scilicet ut ignorantiæ parcas, errori indulgeas, ut perfectis votis perfectam efficaciam largiaris. Et quia conscientia remordente rubescimus, nè aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forsan voluntas impulerit justitiam

declinare, ob hoc te poſcimus, te rogamus, ut ſi quid offenſionis in hac Concilij celebritate attraximus, te condonante habeamus: ut in eo quod ſalubri ſumus aggregatum Concilium, à cunctis primùm abſolvamur noſtrorum nexibus delictorum: qualiter & tranſgreſſores venia, & confitentes tibi ſubſequatur remuneratio ſempiterna. Per Dominum noſtrum, &c.

BENEDICTIO.

PAtris Dei Filius qui eſt initium & finis, complementum vobis tribuat caritatis, & qui vos ad expletionem hujus fecit pervenire Concilij, abſolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. *Amen.*

Ut ab omni reatu liberiores effecti, abſoluti etiam per donum Spiritûs ſancti, felici reditu veſtrarum ſedium cubilia repetatis illæſi. *Amen.*

Præcedente lumine Divinitatis Domini noſtri, qui omnia regit in ſæcula ſæculorum. *Amen.*

Quibus expletis, dum dictum fuerit ab Archidiacono, Erigite vos: *omnes illicò pariter exurgentes reſidente Metropolitano, ab Epiſcopo primùm incipientes, oſculum ſibi invicem omnes pariter dabunt; ſicque poſt datam ſibi invicem pacem dicit Diaconus.*

In Nomine Domini Noſtri Jeſu-Chriſti eamus cum pace. *Deo gratias.*

EXHORTATIO AD PRINCIPEM.

DEus Omnipotens, ô Clementiſſime Rex, quando voluit, & ubi voluit de regali, nobilique genere te nobiliter procreavit, & miſericorditer ad lavacrum regenerationis perduxit: Caput tuum Sacri Chriſmatis Oleo linivit, & dignanter in Filium adoptavit: conſtituit te Regem populi terræ, & proprij Filij ſui in Cælo fieri juſſit hæredem: his etiam ſacris ditatus muneribus ritè portas Diademata Regis: primùm, quia de femore Regis, regalique diſcendis prolapia decenter tibi convenit, & benè multa regere Regna. Secundò, quia te Regem eſſe, & Sacri Chriſmatis unctio, & fidei confeſſio operiſque confirmat & actio. Tertiò, quia ut æternum cum Chriſto perciperes Regnum, miſericorditer adhuc te parvulum, Rex Regum adoptavit in filium. Hæc te perſpicua claraque indicia ab infantia Regem clamitant, Regemque confirmant; ſupereſt ut hæc ipſa Regalia, quæ percepiſti bona à Domino munera ſollicitè ſalva cuſtodias, & operibus pariter moribuſque defendas. Exiguo etiam tempore in hac qua vivimus morabimur vitæ, quia viam univerſæ carnis peregimus, & celeri curſu ad promiſſam quotidiè patriam feſtinamus. Reſtat ergò, ut de illa tantùm ſollicitè interrogemus via, quæ nos à latronibus tutos, vitiſque deſecatos deſideratam feliciter ducat ad Patriam. Hortatur etiam nos de hac re Propheta, cùm dicit: *State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis: & videte quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & invenietis requiem animabus veſtris.* Sollicitè ergò hæc à nobis diſcretèque quærenda eſt via, quæ nos ſalvos ad requiem perducat æternam: & cùm Domino nobis monſtrante fuerit inventa, cautè diſcretèque nobis ambulandum eſt per eam, nè ad dexteram inclinantibus, aut ad ſiniſtram occurrat illa, de qua propheticus ſermo denuntians clamitat: *Eſt via, quæ videtur hominibus recta, cujus noviſſima demergunt ad inferna.* Sed nè aliquis noſtrum per ignorantiam in hoc oberrans

Ex Codice Alveldenſi Bibliothecæ regiæ S. Laurentij in Hiſpania. Ungebantur Hiſpaniæ Reges.

Jerem. 4.

Prov. 16.

incidat devium, piè nos Propheta admonet Isaïas, & ad rectam sanctamque
Isai. 30. viam dulciter revocans clamat: *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis: hæc est via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Nam & Israëliticus Populus, cùm per aliena transiens Regna, ad repromissionis tenderet patriam, nuntios misit ad
Deut. 17. Sehon Regem Amorrhęorum, dicens: *Obsecro ut transire mihi liceat per terram tuam; non declinabimus ad dextram neque ad sinistram, sed per viam Regiam gradiemur donec pertranseam fines tuos.* Et tibi ergò Nobilissime Rex, si vis ad supernam feliciter promissionis tendere patriam, diligenter Regia quærenda est via; quia cùm sis Rex in terra, ad cæterorum properans Regna, per Regiam debes currere viam: trita enim est, & antiquitùs Sanctorum Regum vestigijs confricata. Per illam Josuë firmissimo properans gradu, multorum Regum colla comminuit, & nefandorum Phalanges stravit, Jerichuntinos muros evertit, & Israëlitico Populo terram repromissionis distento fune dimisit; per illam David indeclinabiliter gradiens, persecutori Saüli pepercit, lapideo ictu Goliam extinxit, & ab improperio Allophylorum Dei populum liberavit, & sibi Regnum perpetuum solidavit: per illam firmiter ambulantem Ezechiam misericorditer Dominus visitavit, à mortis termino revocavit, & quinquies ternos ad vitam addidit annos: per illam adhuc ambulans Salomonem, quasi fluvius aquâ impletus est sapientia; & ab illa recedens, inexplicabilem gloriæ suæ intulit maculam: per illam intrepidus Josias Rex justus ambulans, excelsa comminuit Regna, abominationes diversas à populo Dei abstulit, & justificationes à Domino multiplices accepit. Eccè conspicis perspicuè, Rex Nobilissime, qualiter per regiam ad Dominum Reges ambulant viam, & ad Cælorum cum cæteris Sanctis Reges quoque feliciter volant. Via etenim Regia, quæ per Prophe-
Isai. 35. tam vocatur sancta: *Per quam non transibit pollutus*, ait idem Propheta: nec invenietur ibi leo, diabolus scilicet, qui rugiens, circuit quærens quem devoret; *nec mala Bestia*, dæmon videlicet, *ascendet per eam*: sed & directâ viâ, & ambulabunt, qui redempti à Domino, & liberati fuerint, per eam, per quam & te quotidiè, auxiliante Domino, ire cognoscimus & gratulemur, & ad æternam gloriam te esse venturum fideliter credentes, non dubitamus. Tantùm est ut quod cœpisti bonum perficias, & usque ad perseverantiæ finem perducas: quia non inchoaverit, sed qui perseveraverit, salvus erit.

DE OBSERVANDIS MANDATIS DEI.

ATtende ergò, ô clementissime ac mitissime Rex, quantum nos diligat Dominus noster Jesus-Christus, qui cum promissione suam à nobis exigit dilectionem, & Spiritum Sanctum dicit nobiscum esse in æternum mansurum, si post dilectionem suam mandata ejus servaverimus: ab ipso enim, ut jam superiùs diximus, nobis omnia bona conceduntur; & velle bonum & operari, ab illo priùs nobis largitur: diligimur enim ut diligamus, amamur ut amemus, cognoscimur ut cognoscamus, adjuvamur ut operemur, & operando virtutibus ditemur. Ergo si te dilectio Dei proximique demulcet, consequens est, ut facias quod ille præcepit, quia in tantum diligis in quantum facis: neque enim potest sincerè Deum diligere, qui mandata ejus fideliter non custodit.

Ipſo te Domino docente intellige; ait enim: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus; & qui non diligit me ſermones meos non ſervat.* Joannes quoque Apoſtolus dilectione Dei repletus in Epiſtola ſua ait: *In hoc ſcimus quoniam cognovimus eum, ſi mandata ejus obſervamus. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt, & in eo veritas non eſt: qui ſervat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.* Liber quoque Job, ore Domini quoque ſacratus, de hoc ipſo teſtis eſt, maximè de Regibus, dicens: *Non auferet à juſto oculos, & Reges in ſolio collocat in perpetuum, & illuc eriguntur: revelat quoque aurem eorum ut corripiat, & loquitur ut revertantur ab iniquitate. Si audierint & obſervaverint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria: ſi verò non audierint, tranſibunt per gladium, & ſtultitiâ conſumentur.* De ſe quoque ipſe Job bonum rectumque dans teſtimonium, ait: *Veſtigia Dei ſecutus eſt pes meus, viam ejus cuſtodivi, & non declinavi ex ea: à mandatis labiorum ejus non receſſi, & in ſinu meo abſcondi verba oris ejus.* Tale ergò de te, ô bone Rex volumus ſemper audire teſtimonium, tale videre frequenter & opus. Ipſe quoque Dominus de dilectione ſua, atque mandatorum ſuorum obſervantia, Populum Iſraëliticum admonens: *Et nunc Iſrael audi præcepta & judicia quæ ego doceo te, ut faciens ea vivas in eis. Obſerva & cave nè quando obliviſcaris Domini Dei tui, & negligas mandata ejus & judicia, & ceremonias quas ego præcipio tibi hodiè, nè poſtquàm comederis & ſatiatus fueris, domus pulchras ædificaveris, & habitaveris in eis, habueriſque armenta & ovium greges, argentum & aurum, cunctarumque rerum copiam, elevetur cor tuum, & non reminiſcaris Domini Dei tui. Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs ejus, & diligas eum, ac ſervias ei in toto corde tuo & in tota anima tua, cuſtodias mandata & ceremonias ejus, quas ego præcipio tibi hodiè, ut benè ſit tibi? Si autem audieris, ut facias omnia mandata ejus, faciet te Dominus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra: Benedictus eris in Civitate, & benedictus in agro: benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ ſuæ, mittet Dominus ſuper cellaria tua, & ſuper opera manuum tuarum benedictionem: dabit Dominus inimicos tuos, qui conſurgunt adverſùm te, corruentes in conſpectu tuo.* Addit quoque Dominus ad Iſraëlem dicens: *Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem, & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pavore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris; dormietis, & non erit qui exterreat: auferam malas beſtias, & gladius non tranſibit terminos veſtros: perſequimini inimicos veſtros, & corruent coram vobis: perſequentur quinque de veſtris centum alienos, & centum ex vobis decem millia, cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea: ſi ſpreveritis leges meas, & judicia mea contempſeritis, ut non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, ut ad irritum perducatis pactum meum, Ego quoque hæc faciam vobis: viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore: corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubjiciemini his qui oderunt vos, fugietiſque nemine perſequente.* Per Iſaïam quoque Dominus ad Iſraël clamat, & dicit: *Utinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flu-*

Joan. 14. ibid.

1. Joan. 2.

Job. 36.

Job. 23.

Levit. 26.

Isa. 48. *men pax tua, & justitia tua sicut gurgites maris, & fuisset sicut arena semen tuum, & stirpes uteri tui ut capilli ejus: non interisset, & non fuisset attritum nomen ejus.* Bonum ergò tibi est, ô Rex, ut diligas Dominum Deum tuum, & ob dilectionem ejus nimiam sollicitè & diligenter custodias illius præcepta: sancta sunt enim mandata ejus & justa, observantibus verò salutaria. Propterea Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ad te venient, & in perpetuum lætam mansionem facient, & beatus eris in perpetuum, tali hospite visitatus: propterea complebuntur in benedictionibus dies tui, & in gloria anni tui.

1. Eccles. 4. *In judicando esto pupillis misericors ut pater, & pro viro matri illorum; & eris tu velut filius Altissimi obediens, & miserebitur tui magis quàm mater.* Job quoque ait: *Oculus fui cæco, & pes claudo: pater eram pauperum, & causam quam*

Job. 29. *nesciebam diligentissimè investigabam, conterebam molas iniqui, & de dentibus iniqui illius auferebam prædam: flebam quondam super eum qui afflictus erat, & compatiebar paupert.* Nam & hanc regium virtutem Rex Salomon approbat, di-

Prov. 29. cens: *Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmetur.* Si vis ergò, ô Rex, ut thronus tuus à Domino in æternum firmetur, non cesses justificare pauperem & pupillum, non cesses subvenire viduæ & oppresso, non cesses defendere advenam & desolatum: subveni misero, aliena jacentem, solida confracta, conforta & robora cassum: divitijs non cesses fulcire mendicum, de manu peccatoris non cesses liberare oppressum. Audi quid Regibus, Re-

Psal. 81. gumque Judicibus Dominus per David clamitat, dicens: *Judicate egenum &*
Cap. 4. *pupillum, humilem & pauperem justificate; erigite pauperem & egenum, de manu*
Cap. 1. *peccatoris liberabit eum.* Huic sententiæ concordans Liber Ecclesiasticus, ait: *Libera eum qui injuriam patitur de manu superbi.* Isaias nihilominùs prædicans, ait: *Quærite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam, & venite & arguite me, dicit Dominus, si fuerint peccata vestra in coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana munda erunt, si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* Vide ergò & diligenter attende, Rex, quid defensoribus evenit pauperum: se illis esse debitorem, seque redditorem pronuntiat Deus; nimis candidorem peccatoribus promittit, & albæ lanæ munditiam pollicetur: postremò bona terræ comedere tribuit,

Isai. 40 terræ scilicet illius, de qua scriptum est: *Sancti in terra sua duplicia possidebunt;*
Psal. 26. & de qua Psalmista ait: *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Vides quia bona terræ æternæ illis regionibus conceduntur, qui hic pauperum defensores existunt, illis in escam fructus terræ conceditur terræ, qui hîc pauperes sciunt defendere piè? fructus optimos, scilicet Angelorum, fructus æternos, fructus perpetuos, fructus dulcissimos & amantissimos, plenos saturitate & pinguedine, plenos lætitiâ & gaudio, plenos fœlicitâte & gloriâ. O quàm beata est vita Regum justorum, quæ & hîc temporibus rebus fulta nitescit, & in æternum cum Angelis immortaliter requiescit: hîc terrenis nutritur delicijs, illic gloriâ vestitur decorus: hîc populorum constipatur catervis, illic Choris comitatur Angelicis: hîc hominum multitudine delectatur, illic cum Angelorum Choro lætatur: hîc illi militia Imperatoris obtemperat, illic in militia Redemptoris exultat: hîc Stola vestibus Regali nitescit, illic gloriâ immortalitatis indutus refulget: hîc Regij Diademata portat, illic gaudio exultationis resultat: hîc terreni Regis Filius vocitatur, illic Cœlestis Regis Filius confit-

matur : hîc tetteni Regni decenter magnam capit hæreditatem, illic Cæleſtis Regni felicem feliciter accipit portionem. Hæc ut tibi eveniant, Clariſſime Rex, totis viribus laborare non ceſſes. Nullus te felicior erit, ſi tibi hæc, auxiliante Deo, evenerint; nullus te tranſcendet in gloria, ſi hæc tibi a Domino feliciter fuerint collata. *Amen.*

EPISTOLA REMIGIJ RHEMORUM EPISCOPI.

RUmor ad nos magnus pervenit adminiſtrationem vos ſecundam rei bellicæ ſuſcepiſſe. Non eſt novum, ut cœperis eſſe ſicut parentes tui ſemper fuerunt: hoc in primis agendum, ut Domini judicium à te non vacillet, ubi tui meriti, qui per induſtriam humilitatis tuæ ad ſummum culminis pervenit: qua, quod vulgò dicitur, in fine actus hominis probatur. Conſiliarios tibi adhibere debes, qui famam tuam poſſint ornare; & beneficium tuum caſtum & honeſtum eſſe debet, & Sacerdotibus tuis honorem debetis deferre, & ad eorum conſilia ſempet recurrere. Quòd ſi tibi benè cum illis convenerit, Provincia tua meliùs poteſt conſtare; Cives tuos erige, afflictos releva, viduas fove, orphanos nutri, ſi potiùs quàm erudies, ut omnes te ament & timeant. Juſtitia ex ore veſtro procedat, nihil ſit ſperandum de paupetibus vel peregrinis, nè magis dona, vel aliquid accipere velis. Prætotium tuum omnibus pateat, ut nullus exindè triſtis abſcedat. Paternas quaſcumque opes poſſides, captivos exindè liberabis, & à jugo ſervitutis abſolves. Si quis in conſpectu veſtro venerit, peregrinum ſe eſſe non ſentiat. Cum juvenibus jocare, cum ſenibus tracta ſi vis regnare, nobilis judicari.

PARS PRIMA.

CLAVIS
ECCLESIÆ DISCIPLINÆ,
SEU
INDEX UNIVERSALIS TOTIUS JURIS ECCLESIASTICI,
XXXVII. TOMIS CONCILIORUM REGIÆ EDITIONIS COMPREHENSI,
PARS PRIMA.
DE CHRISTIANA FIDE, RELIGIONE, ET PIETATE.
DE RECTORIBUS ECCLESIARUM,
ET DE CULTU DIVINO.

CAN. SS. APOST. Quòd Fideles Laïci ingredientes Eccleſiam, communicare debeant. *v. loc. p.135. Tom. 1.*

EPIST. I. ALEXANDRINI Papæ I. De Trinitate & Unitate Deitatis. *vide locum cap. 6. pag* 180. *Tom.* 1.

Epiſt. III. FELICIS Papæ I. ad Benignum Epiſc. 1. *Errant qui Filium non videre Patrem contendunt, eò quod Deum nemo vidit unquam.* Ibid. 2. *Errant affirmant. s Filium minorem Patre, quia ille inviſibilis, Filius verò viſibilis.* v. locum pag. 563. Tom 1.

Ibid. Epiſt. IV. Felicis Papæ I. De Chriſti Nativitate & Humanitate; Fragmentum.

CONCIL. LAODIC. De Chriſtianis qui Judæorum azima comedunt. *vide locum, Tom. 2. Can* 38. *& Can* 20. *poſterior. & Can.* 53. ut in Chriſtianorum non ſalretur nuptijs.

Ibid. Can. XXXIX. De Chriſtianis celebrantibus Feſta Gentilium.

Concil. Gangrenſe an. 325 Can. XV. De his qui Chriſtianitatis obtentu deſpiciunt filios. *v. locum. Tom. 2.*

Ibid. Can XVj. De his qui Patres Chriſtianitatis occaſione contemnunt. *v. locum.*

Ibid. Can. XVij. De Mulieribus quæ ſe attondent Chriſtianitatis obtentu.

Epiſt. Damaſi Papæ I. De Fide & Formula libelli cujuſmodi qui ab hæreſi reverturtur, debeant profiteri. *v. locum pag. 268. Tom. 3.*

I. Quòd in regum hominem ſuſceperit Chriſtus ſine peccato. *v. loc.*

II Quòd unus ſit Chriſtus ante ſæcula ex Patre natus, & in tempore ex Virgine Maria.

Concil. Carthag. II. an. 398. cap. 1. Ut Trinitas & credatur & prædicetur. *v. locum.*

Concil. Carthag. IV. an. 398. Can. xlij. De Clericis qui pro Fide tentati ſunt.

Ibid. Can. xliij. De his qui pro Fide ab infidelibus perſecutiones paſſi ſunt.

Concil. Tolet. I. an. 400. Can. xxj. De Regulis Fidei Catholicæ contra Priſcillianos. *v. l. pag.* 576. *Tom.* 3.

Epiſt. III. Innocent. Pap. I. cap. iij. ad Exuper. Toloſ. Epiſc. Quòd Fidelibus adminiſtrationes & judicia exercere liceat. *v. l. pag.* 18. *T.* 4.

Concil. Milevit. II. contra Pelag. & Cæleſt. 1. Contra Pelagianos, qui dicunt etiam ſine peccato mori potuiſſe Adam. *v. loc.*

Ibid. capitul. ij. Quòd juxtà Apoſtoli teſtimonium etiam Parvuli qui nihil peccati adhuc commiſerunt, omnes in peccatorum remiſſione veraciter baptizentur. *v. locum.*

Ibid. tit. iij. Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittit, ſed etiam adjuvat nè committantur.

Ibid. tit. iv. Quòd per gratiam Dei ſciamus quid facere debeamus, & diligere ut faciamus.

Ibid. tit. v. Quòd gratia Dei præſtet ut lex impleatur (*ſicut ait Pelagius*) facilè, quaſi ſine gratia Dei difficilius poſſit impleri.

Ibid. tit. vj. Quòd juxta ſententiam Joannis Evangeliſtæ nemo ſit qui eſſe poſſit ſine peccato. *v. l.*

Ibid. tit. vij. Quòd unicuique etiam juſto, non ſolùm pro alijs, ſed & pro ſemetipſo dicere oporteat: *Dimitte nobis debita noſtra.*

Concil. Carthag. VI. an. 419. cap. x. Profeſſio Fidei Concilij Nicæni. *v. locum.*

Conciliabul. Epheſinum an. 449. Cap. ij. Epiſt. Cyrilli Epiſc. Alexandr. De Fide, Conſtantia, & Perſeverantia. *v. l. T.* 5

Ibid. Can. iij. Epiſt. Cyrilli Alexandr. De Fide ſervanda. *vide. locum, & ſequentia.*

Cap. iv. Epiſt. ejuſd. ad. Religioſiſſimas Reginas. Tit. 9.

Ibid. Athanaſij Epiſc. Alexandriæ, ex lib. de Incarnatione, de Chriſto, v. l. pag. 120. *Agnoſcimus illum Dei Filium & Deum eſſe ſecundùm ſpiritum, Filium autem hominis ſecundùm carnem.*

Ibid. Amphilochij Epiſc. Icon. ex lib. de generatione Domini ſecundùm carnem *Veritas cognita eſt, gratia venit vita apparuit, &c.* v. l.

Ibid. Ammonis Epiſc. Adrianopoleos, de Divina Generatione. Dicit autem de Sancta Virgine, *Loco Solis ait, &c.*

Ibid. Vitali Epiſc. ex Sermone de Fide. *Credimus ad hæc quod quidem, &c.*

Ibid. Theophili Epiſc. ex Sermone inſcripto, *ad eos qui cum Origene ſentirent.* Sic autem dicit de Chriſto; *Cæterùm nè is qui apparuit ſolo verbo, &c.*

HÆC INSUNT IJS QUÆ SEQUUNTUR.

QUòd Chriſtus ſit Deus per unionem ad Deum Verbum aſcendente ad ejus gloriam Templo quo aſſumpto. Ex Epiſt. ad Romanos; *Paulus, Servus Jeſu-Chriſti, &c.*

Ex priore ad Corinthios. *Paulus Apoſtolus Jeſu-Chriſti, &c.*

Ex poſteriori ad Corinthios. *Deo autem gratias, qui ſemper, &c.*

Ex Epiſt. ad Epheſios. *Secundùm operationem potentiæ, &c.*

Ex Epiſt. ad Philippenſes. *Quæ mihi fuerunt lucra, &c.*

Ex Epiſt. ad Coloſſenſes. *Gaudeo, inquit, in Paſſionibus, &c.*

Ex Epiſt. ad Hebræos. *Cum introduxit primogenitum in orbem terræ, &c.*

Ex Priori ad Timotheum. *Paulus Apoſtolus Jeſu-Chriſti, &c.*

Ex Epiſt. ad Titum. *Apparuit enim gratia Dei, &c.*

Ex Jacobi Epiſtola, Quod Chriſtus ſit Deus. *Nolite errare Fratres mei, &c.*

Ex priori Epiſtola Petri. *Petrus Apoſtolus Jeſu-Chriſti, &c.*

Ex poſteriori Epiſtola Petri. *Fuerunt autem & Pſeudoprophetæ in populo.*

Ex Epiſtola 1. Joannis. *Et ſcimus quoniam Filius Dei vivit, &c.*

Ex Epiſtola Judæ. *Omnem ſolliciendinem faciens ſcribendi vobis, &c.*

Ex Evangelio ſecundùm Matthæum, Quòd Chriſtus ſit Deus. *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit, &c.*

Ex Evangelio ſecundùm Joannem. *Jeſus autem non credebat ſemetipſum eis, &c.*

Ex Evangelio ſecundùm Lucam. *Angelus Dei Zachariæ de S. Joan. Bapt. &c.*

Quòd Chriſtus eſt vita & vivificus, *v. l. p.* 181. *Tom. V.* ex Priori ad Corinthios. *De prudentibus loquor, &c.*

Quòd unus ſit Filius & Dominus Jeſus-Chriſtus, ex 1. Catholica Joannis. *Quòd fuit ab initio, &c.*

Quod Fides tendat ad Chriſtum tanquam in Deum, ex priori Epiſtola Petri. *Ut*, inquit, *fides veſtra & ſpes, &c.*

Ex Epiſtola prima Joannis. *Et hoc eſt mandatum ejus, &c.*

Quod Chriſtus ſit vita, ex Evangel. ſecundùm Matthæum. *De Archiſynagogi filia ſcriptum extat, &c.* p. 187.

Ex Evangelio ſecundùm Joannem. *Operamini non cibum qui perit, &c.*

Ex Evangelio ſecundùm Lucam. *Exſuſcitavit Chriſtus Lazarum, &c.*

Quod Chriſtus per fidem ſit propitiatio, ex Epiſt. ad Romanos. *Quem (de Chriſto ſermo eſt) &c.* p. 189.

Quod per Chriſti Sanguinem redempti, Deoque reconciliati ſumus, ex priori ad Corinthios. *Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Jeſu, &c.*

Quod per Chriſti Sanguinem redempti ſumus, ex Epiſt. 1. Petri. *Scientes quòd non corruptibilibus auro, &c.*

Quòd Chriſti mors mundo ſalutaris extiterit, ex Epiſt. ad Rom. *Commendat autem caritatem Deus in nobis, &c.*

Ex Epiſt. ad Galatas. *Chriſtus nos redemit de maledicto Legis, &c.*

Ex Epiſt. ad Epheſios. *Nunc autem in Chriſto Jeſu, &c.*

Ex Epiſt. ad Hebræos. *Ideò ingrediens mundum dicit, &c.*

Ex Epiſt. ad Timotheum. *Unus enim Deus, unus & Mediator, &c.*

Ex Epiſt. Petri, Quod Chriſti mors mundo ſalutaris extiterit. *Quia Chriſtus ſemel pro peccatis mortuus eſt, &c.*

Quod Chriſti mors mundo ſalutaris, ex Evangel. ſecundùm Joan. *Hæc non cognoverunt Diſcipuli, &c.*

Quod unus ſit Dei Filius & Dominus Jeſus-Chriſtus, ex Epiſt. ad Romanos. *Igitur ego ipſe mente ſervio legi Dei, &c.*

Ex priori ad Corinthios. *Bibebant enim de ſpirituali, &c.*

Ex poſteriori ad Corinthios. *Itaque nos ex hoc, &c.* v. pag. 200.

Ex Epiſt. ad Galatas. *Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, &c.*

Ex Epiſt. ad Epheſios. *Unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma, &c.*

Ex Epiſt. ad Philippenſes. *Hoc enim ſentite in vobis, quod, &c.*

Ex Epiſt. ad Coloſſenſes. *Gratias agentes*, inquit, *Deo Patri, &c.*

Ex Epiſt. ad Hebræos. *Multifariam multiſque modis olim, &c.*

Quod unus Filius & Dominus, ex Evangel. ſecund. Matth. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, &c.*

Ex Evangel. ſecundùm Joannem. *Erat Lux vera, quæ illuminat, &c.*

Ex Evangel. ſecundùm Lucam. *Et factum eſt cum eſſent ibi, &c.*

Quod Fides in Chriſtum ſit tanquam in Deum, ex Epiſt. ad Rom. *Per quem accepimus gratiam, &c.*

Ex Priori ad Corinthios. *Et hæc quidem fuiſtis, &c.*

Ex poſteriori ad Corinthios. *Nam ſi is qui venit, &c.*

Ex Epiſt. ad Galatas. *Miror quod ſit tàm citò, &c.*

Ex Epiſt. ad Epheſios. *In quo & vos cum audiſſetis verbum veritatis, &c.*

Ex Epiſt. ad Philippenſes. *Quid enim, inquit, Deum, omnipotentem, &c.*

Ex priori ad Timotheum. *Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, &c.*

Ex Epiſt. ad Titum. *Fidelis ſermo eſt, & de his, &c.*

Quod Fides ſit in Chriſtum, ex Evangel. ſecundùm Lucam. *Verumtamen Filius hominis veniens, &c.*

Finis Orat. 1. Cyrilli Alexandr.

Altera Cyrilli Epiſt. ad Religioſiſſimas Reginas, de recta Fide. *Eis qui divinum illud cæleſteque prædicandi munus, &c.* v. l. pag. 230. continet. Tit. 59.

Ibid. Tit. xxij. De Chriſti obedientia.

Ibid. Tit. xxix. De Chriſti Sanctificatione, ejuſque Sacerdotis.

Ibid. Tit. xlvij. De eo quod Dominus noſter Jeſus-Chriſtus gloriam accepiſſe ſcribitur.

Ibid. Tit. lj. De eo quod Chriſtus per paternam virtutem reſurrexiſſe dicitur.

Ibid. Tit. lviij. Quod Chriſtus ſit verus Deus etiamſi filius hominis appelletur.

Ibid. 5. *Quòd invito Clero vel populo Epiſcopus ordinari non debeat, neque ex altera Eccleſia peti, ſi in ipſa, cui creandus eſt, ſit idoneus.*

Ibid. 6. *Quòd ab illicitis ſit ordinationibus abſtinendum, & ſi quæ facta ſunt, removendæ.* Vide Titul. De Ordinationibus Epiſcoporum.

Concil.

Concil. Africanum. an. 424. Can. 22. *Ut Carthaginenſi Epiſcopo, unde voluerit, Clericum liceat ordinare.*

Ibid. Can. 35. *Ut Clerici Donatiſtarum in Eccleſia Catholica ſuſcipiantur in Clero.* v. tom. 4.

Concil. Regenſe. an. 439. Can. 1. *Ut duo, qui ſoli ordinationem præſumpſerant, ab omnibus deinceps Ordinationibus & Conciliis abſtineant.*

Ibid. Can. 2. *Ut Ebreduni, remoto eo, qui perperam fuerat aſſumptus, alia fiat legitima ordinatio.*

Ibid. Can. 3. *De Armentario qui perperam fuerat ordinatus, pœnâ remiſſâ, Chorepiſcopi nomen certis legibus indultum.*

Ibid. Can. 4. *De Clericis qui ab armentario provecti dicebantur.*

Ibid. Can. 5. *Quòd Presbyteris liceat privatim benedictionem deſiderantibus impertiri.* v. tom. 5. & 6.

Epiſt. 1. Leon. Pap. Titul. 1. *Ut nullus Epiſcopus ſervum alterius ad Officium Clericatus promoveat.*

Ibid. Titul. 2. *Ut quicumque ad Sacerdotium, vel viduarum mariti, vel habentes numeroſa conjugia, promoti fuerint, ab Officiis Eccleſiaſticis arceantur.* v. locum. tom. 6.

Ejuſd. Epiſt. 5. ad Epiſcopum Beneventanum. Reprehendit, *Quòd poſthabitis ſenioribus, Iuniores ad Presbyteratum aſſumpſerit.*

Ejudem Epiſt. 81. Ad Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum. Cap. 1. *De Ordinatione Presbyteri aut Diaconi, ut Sabbato Sancto celebretur, id eſt, die Dominica.*

Quòd ergò à Patribus noſtris propenſiore curâ novimus eſſe ſervatum, à vobis quoque volumus cuſtodiri, ut non poſſim diebus omnibus Sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur, ſed poſt diem Sabbati ejus, noctis quæ in prima Sabbati luceſcit exordia deligantur, hoc eſt, ſub lege divini Officii ſubſtituantur, &c. v. locum.

Ibid. Epiſt. 92. Ad Ruſtic. Epiſc. Narbon. Inquiſitio 1. *De Presbytero vel Diacono qui ſe Epiſcopos mentiti ſunt: Et de his quos ipſi Clericos ordinaverunt.* Reſponſio.

Nulla ratio ſinit ut Epiſcopi habeantur, qui nec à Clericis, &c.

Ejuſd. Epiſt. 84. Titul. 9. *Ut nullus alienum Clericum ſolicitare vel tenere præſumat, ſuo Epiſcopo non præbente conſenſum.* v. loc. tom. 7.

Concil. Arauſicanum I. an. 441. Can. 8. *Si quis alibi conſiſtentem Clericum ordinandum putarit.*

Ibid. Can. 9. *De iis qui alienos cives ordinant.* v. loc. eod. tom. 7.

Concil. Calchedon. an. 451. *Id. Apud Dion. Exig.* Nullum abſolutè ordinari debere Presbyterum aut Diaconum, &c. tom. 9.

Concil. Arelatenſe. II. an. 452. Can. 35. *Si quis alienum Clericum ordinare inſtituat.*

Ibid. Can. 43. *Si Diaconus ordinandus fuerit conjugatus.*

Vide Concil. Romanum. Sub Hilario Papa. an. 465. Cap. 5. *Ut nullus Epiſcopus ſibi eligat ſucceſſorem.*

Præterea, fratres nova & inaudita, &c.

Concil. Andegarenſe. an. 453. Can. 9. *Alieno Clerico Epiſcopus gradum non augeat.*

Concil. Veneticum. an. 465. Can. 10. *Epiſcopi alienos Clericos non promoveant.* tom. 9.

Concil. Romanum. an. 455. Can. 3. *Vt Pœnitentes aut inſcii literarum ſivè defectu membrorum aut deciſione aliquid minus habentes, ad ſuperiorem ordinem non accedant.*

Ibid. Can. 4. *Vt ea quæ illicite Epiſcopus, vel deceſſor ejus ordinavit, ab eo qui ſupereſt emendentur.*

Ibid. Can. 5. *Vt nullus Epiſcopus ſibi eligat ſucceſſorem.* v loc. eod. tom. 9.

Symplic. Pap. Epiſt. 2. Ad Joannem Ravennatem Epiſcopum.

Si quis eſſet intuitus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vel ſi quid, &c.

Ibid Ejuſd. Epiſt. 3. Ad Florentium Equitium & ſeverum Epiſcopos.

Gaudentium Aufinienſem Epiſcopum, ob illicitas ordinationes factas munere Sacerdotali, & triplici parte reddituum Eccleſiæ privat.

Vide Gelas Pap. I. Epiſt. 9. Ad Epiſcopos Lucaniæ.

Ordinationes etiam Presbyterorum Diaconorumque, &c.

Ejuſd. Epiſt. Notæ. Quæ requirantur in Monachis qui ad Clerum promoventur?

Qui Laïci ordinari poſſint. *Qui ad Clerum accedere prohibeantur?*

Quæ Presbyteris prohibentur. *Quæ Diaconi facere non poſſint?* v. quoq; notas Can. 2.

Concil. Andegavenſis. *Sacri ordines ſtatis temporibus conferendi.*

Illiterati & Corpore vitiati ad Clerum non promoveantur. Criminoſi ad Clerum non promovendi. Secundæ nuptiæ ſæcularibus permittuntur. qui tamen ad Clerum accedere prohibentur.

Epiſt. 5. Symmachi Pap Capitul. 3. *Ut Laïcis per gradus ad Sacerdotium provehantur.* tom. 10.

Concil. Agathenſe. an. 506. Can. 16. *Quâ ætate Diacones ordinentur.*

Ibid. Can. 17. *Quâ ætate Epiſcopi vel Presbyteri conſecrentur?* v. tom. 10.

Ibid. Can. 43. *De Pœnitentibus, Clericus non ordinetur, & ordinati, non miniſtrent.*

Concil. Aurel. I. an. 511. Can. 4. *De ordinatione Clericorum & ut filii Clericorum in Epiſcopi ſint poteſtate.*

Ibid. Can. 8. *Si ſervus inſcio Domino fuerit ordinatus.* eod. tom.

Ibid. Can. 9. Si Presbyter aut Diaconus crimen Capitale commiſerit. v. Titul. de Cleris lapſis.

Concil. Epaonenſe. an. 517. Can. 37. *Laïci, niſi præmiſſâ converſatione non ordinandi.* In fin. tom. 10.

Concil. Ilerdenſe. an. 524. Can. 12. *De his qui contra Canones ordinati ſunt deponantur.* v. tom 11.

Concil. Valentin. an. 524. Can. 6. *Ut Clericum alienum nullus ordinet, nec ſit Clericus qui non ſpoponderit locum, ubi ſit delegatus.*

Concil. Arelatenſe. IV. an. 524. Can. 1. *Ut Diaconus antè 25. annos, & Sacerdos antè 30. non Ordinetur.*

Ibid. Can. 2. *Ut Laïcus antè annum converſationis non ordinetur.*

Ibid. Can. 3. *Ut Pœnitentes & Digami non ordinentur.* v. tom. 11.

Ibid. Can. 4. *Ut qui Clericum alienum ſuſceperit, Communione privetur.*

Epiſt. 1. Felicis Papæ III. ad Cæſarium Arelat. *De Laïcis ad Sacerdotium antè probationem non promovendis.* v. loc. pag. 51. tom. 11.

Concil. Aurel. II. an. 533. Can. 3. *Vt Epiſcopi de Ordinationibus nihil accipiant.*

Concil. Arvernenſe. I. an. 535. Can. 11. *Alienum Clericum Epiſcopus non ſuſcipiat aut promoveat.* v. eod. tom.

Concil. Aurel. III. an. 538. Can. 6. *De qualitate ordinandorum, & de pœnis illicitarum ordinationum.*

Ibid. Can. 7. *De Clericis qui poſt ordinationem uxores ducunt, vel adulterant, & nè quis invitus ordinetur.*

Epiſcopus autem qui invitum aut reclamantem præſumpſerit ordinare, annuale Pœnitentiæ ſubditus, miſſas facere non præſumat. *Diſt 24. Epiſcopus qui.*

Concil. Arvernenſe. II. an. 549. Can. 9. Ut nullus ex Laïcis abſque anni converſatione, &c.

Ibid. Can. 10. Ut nullus Epiſcoporum quolibet pacto audeat præmiis, &c.

Ibid. Can. 11. Item ut ſicut antiqui Canones decreverunt, nullus invitis, &c. v. loc. in fin. tom. 11.

Concil. Turon. II. an. 567. Can. 27. *Nè de Ordinationibus Clericorum præmia exigant Epiſcopi.* v. tom. 12.

Concil. Bracar. II. an. 572. Capitul. 3. *Ut Epiſcopus in ordinatione Clericorum commodum nullum accipiat.*

Ibid. Capitula Collecta à Martino Epiſcopo Bracarenſi. Cap. 20. *De legitima ætate ordinandi Presbyteros.*

Ibid. Cap. 21. *De Eunuchis qui ab aliis fiunt, & qui ſibi ipſis naturalia abſcindunt. Item de Neophytis.*

Ibid. Cap. 23. *De Pœnitente non admittendo ad Clerum.*

Ibid. Cap. 24. *De his qui indiſcuſsi Presbyteri aut Diacones ordinati ſunt.*

Ibid. Cap. 25. *De Presbyteris aut Diaconibus, qui poſt ordinationem denotantur.*

Ibid. Cap. 26. *De his qui viduas aut dimiſſas ducunt.*

Ibid. Cap. 27. *De fornicatoribus Clericis.* v. tom. 12. ſub finem.

Ibid. Cap. 33. *De non recipiendis Clericis, & de infirmanda ordinatione ejus, qui ſine conſenſu Epiſcopi ſui ab alio Epiſcopo ordinatus eſt.*

Ibid. Cap. 39. *De his qui ad Diaconatum eliguntur.*

Ibid. Cap. 46. *De conditionalibus non ordinandis, niſi cum conſenſu Patronorum.*

Gregor. Magn. Lib. 3. Epiſt. 24. *De Ordinationibus & nuptiis Clericorum.* tom. 13.

Concil. Hiſpalenſe. II. an. 619. Capitul. 5. *Nè Presbyter Diaconum, aut Presbyterum ordinare præſumat.*

Quinto judicio ad cognitionem * noſtram Aniani * Egabrenſis, &c. ** Noſtri examinis. * Agabrenſis.*

Ibid. Cap. 6. *De Presbyteris vel Diaconibus ab uno Epiſcopo non deponendis.* tom. 14.

Statuta Synodalia EcclcſiæRhemenſis. Cap. 12. *Qui ad ordines promoveri volunt, habeant beneficium & alimoniam ſufficientem, idque ad examinationem virorum proborum & juratorum.*

Ibid. Cap. 13. Nulli tonſura detur, niſi idoneo, & ad Sacros Ordines poſtea probabiliter aſſenſuro. Quid opus enim mittere panem filiorum, Canibus, & ſpiritalia mundi amatoribus?

Matth. 15. Cap. 16. De Clericis, luceant ſicut ſtellæ, & perpetuæ Claritatis in Firmamento: Non ſint Ebrii, nugaces, & ſæcularibus immixi. eod. tom. 14.

Concil. Toletanum. IV. an. 633. Capitul. 20. *De numero annorum quo Sacerdotes & Levitæ ordinentur.* Ibid. Cap. 21. *De caſtitate Sacerdotum.*

Ibid. 23. *Ut Presbyter aut Diaconus ſimiliter vitæ ſuæ habeant teſtes.*

Ibid. 26. Quòd Parochianis Presbyteris, cùm ordinantur, Officialis libellus debeat dari: Et ideò Presbyteri in litaniis ſint de Officio quærendi.

Ibid. 27. De profeſſione Presbyterorum vel Diaconorum Epiſcopo facienda cùm in Parochiis ordinantur.

Quando Presbyteri vel Diacones per Parochias, &c.

Ibid. Cap. 28. *De ordine quo depoſiti iterum ordinantur.*

Concil. Tolet. VI. an..... Capitul. 4. *De damnatione Clericorum per pecuniam Eccleſiaſticos gradus aſſequentium.* eod. tom. 14.

Concil. Cabilon. an. 650. Can. 13. *Ut nullus alienum Clericum retineat nec ordinet, ſine Epiſcopi ſui voluntate.*

Ibid. Can. 16. *Ut nemo ad Sacros ordines promoveatur.* v. loc. tom. 15.

Ibid. Concil. Tolet. VIII. an. 653. Titul. 3. *De his qui ad Sacroſanctos ordines muneribus aſſequuntur, & fautoribus eorum.*

Ibid. Titul. 7. *De his qui poſt aſſumpta Eccleſiaſticarum dignitatum Officia ad conjugia redeunt.*

Ibid. 8. *De non ordinandis his qui Pſalmorum, Canticorum, ſeu Hymnorum ignari ſunt.* In eod. Concil. lex edita. *Ordines gratis Conferendi.* In Not.

Concil. Tolet. XI. an. 675. Capitul. 8. *Nè quidquam præmii pro divinis Sacramentis accipiatur.*

Ibid. Cap. 9. *Quid cuſtodiri debeat nè per præmium Epiſcopus fiat, vel quâ ſententiâ feriatur is qui poſt honorem acceptum, per præmium ordinatus fuiſſe detegitur.*

Concil. Cloveshoviæ. II. an. 747. Capitul. 6. *De examinatione eorum qui ordinandi ſunt.*

Ibid. Cap. 9. *Ut Presbyteri conſiderent Officium ſuum.* v. tom. 17.

Reſponſa Stephani Pap. II. Ad varia conſulta, &c. Capitul. 10. De eo qui neſciens à quo ſit ordinatus, Miſſas fecit, & baptizavit, tùm dimiſſo Officio uxorem duxit.

Ibid. Cap. 17. *De Presbytero cujus crimen, quòd antè ordinationem admiſerat, innotuit.*

Concil. Vermerienſe. an. 752. Can. 14. *Ut ab Epiſcopis vagis Presbyteri non ordinentur.* eod. tom. 17.

Capitular.

Capitular. Caroli Magni Regis. Cap. 6. *De alterius Clerico Epiſcopi non accipiendo nec ordinando.* tom. 18.

Concil. Calchuth. an. 787. Cap. 6. *De Presbyterorum & Diaconorum ordinatione.*

Sextum decretum: Ut nullus Epiſcoporum, &c. tom. 19.

Canones Eccleſiaſtici promulgati, poſt Concil. Nicæn. II. an. 787. Can. 4. Quòd abſtinendum ſit ab Epiſcopis ab omni dati acceptione.

Ibid. Can. 5. Quòd qui exprobrant Clericis, eò quòd ordinati ſunt in Eccleſia ſine datis, Epitimio ſubjaceant. v. loc. ſub fin. tom. 19.

Capitulare Aquiſgranſe. Car. Mag. an. 788. Capitul. 11. *De his qui ad ordinandum veniunt.*

Item habetur in eodem Concilio, ut, &c. Si quis ſine examinatione, &c.

Ibid. Capitul. 11. De Ordinationibus, vel quibuſlibet negotiis.

Ibid. Capitul. 25. *De Presbyteris non abſolute ordinandis.*

Ibid. Capitul. 50. De Presbyteris quo tempore ordinentur? v. tom. 20.

Ex Capitul. Caroli Magni. an. 111. datis. ex Cap. 11. *De ordinatione Presbyterorum.*

Ut Presbyteri non ordinentur priuſquàm examinentur, & ut excommunicatio paſſim & ſine cauſa non fiat.

Ex. Ejuld. Capitul. 4. Imperii anno dato. IV. *De ordinandis Presbyteris.*

Ut unuſquiſque Epiſcopus in ſua Parochia ſecundum Canonicam inſtitutionem Presbyteros ordinari faciat.

Concil. Francofordienſe. an. 794. Can. 23. *Servum ſine Domini licentia nemo recipiat vel ordinet.* eod. tom.

Ibid. Can. 28. *Ut abſolutè nullus ordinetur.*

Ibid. Can. 49. *Ut Presbyter ante 30. annos non ordinetur.* eod. tom. 20.

Concil. Turon. III. an. 813. Can. *Ut Presbyter ante 30. annos non ordinetur, & ut in Epiſcopio antè ordinationem probetur.*

Concil. Cabilon. II. an. 813. Can. 13. *De inhibendo juramento, quod ab ordinandis exigebatur.*

Ibid. Can. 23. *Ut Clericorum ordinationes ſtatutis temporibus fiant.*

Ibid. Can. 43. *De iritandis ordinationibus quas faciunt Scoti, qui ſe Epiſcopos mentiti ſunt.* eod. tom. 20.

Concil. Aquiſgran. an. 816. Lib. 1. Cap. 1. *De tonſura Clericorum.* 2. De Ottiariis, &c. ad 13. *De Paſtoribus, quales in Eccleſia eligi debeant.* *Eccleſ. Offic. l. c. 4.*

Ibid. 14. De Paſtoribus, ut indigni atque Imperiti ad Paſtorale Magyſterium accedere non præſumant, &c. v. loc. eod. tom. 20.

Ibid. Cap. 89. *Si quis Clericorum pauper promotus, in ordine poſtea habuerit aliquid, Eccleſiæ poteſtati ſubjiciat.*

Ludovici Pii Imp. Capitulare I. anno Imperii ejus 3. *De ordinatione ſervorum.*

Ibid. Cap. 7. *De perſonis à quibus non ſunt res accipiendæ.*

Ibid. 8. *De Tonſura ob res adipiſcendas non ſuadenda.*

Ibid. Cap. 9. De Presbyteris Conſtituendis. Ibid. 10. De manſis uniuſcujuſque Eccleſiæ v. cætera. ſub fin. tom. 20.

Concil. Pariſ. VI. an. 829. Lib. 1. Cap. 22. *De Laïcorum Clericis, eorumque examinatione & promotione.*

Ibid. Cap. 23. *Ut Paſtores gregem ſibi commiſſum, non ut proprium, ſed ut Dominicum tractare meminerint.* v. loc. tom. 21.

Concil. Mediolan. an. 845. Can. 50. *Ut Clerici alterius Parochiæ ſine formata non recipiantur, & criminati ab omnibus excludantur.*

Ibid. Can. 51. *Ut Clerici qui cum ſenioribus ſuis ab aliis Provinciis veniunt non miniſtrent, nec ordinentur ſine literis ſui Epiſcopi.*

Ibid. Can. 52. *Ut nullus ordinetur niſi certo in Clero per anni ſpatium converſationem ſuam probarit.* v. tom. eod. 21.

Decreta ſeu Reſcripta Nic. Pap. I. ex Gratiani volumine. tit. 9. *De Sacris Ordinibus.*

Concil Wormatienſe. an. 868. Can. 58. *De ordinatione Presbyterorum.* tom. 23.

Regulæ Sanctæ ac univerſalis Octavæ Synodi Conſtantinopolitani. an. 870.

V. Nè quis Laïcus in Epiſcopalem provehatur dignitatem, niſi in ordine Lectoratus annum unum, duos in Subdiaconatu, in Diaconatu, tres; in Presbyteratu autem quatuor annos exegerit. vide locum, in fin. tom. 23.

Ibid. 13. *Ut non niſi, qui in eadem Eccleſia militarunt, ad majores gradus promoveantur, & non aliundè petiti.*

Concil. Mogunt. an. 888. Cap. 14. *Quòd nullus Epiſcopus alterius Parochianum præſumat retinere aut ordinare.* Cap. 15. de eod.

Concil. Mannetenſe incerto anno Can. 7. *De Clericis alterius Parochiæ non ordinandis.*

Ibid. Can. 11. *De examinandis iis qui Sacros ordines recepturi ſunt.*

Leges Eccleſiaſtice Edouardi Senioris Regis Angliæ. an. 908. Titul. 3. De correctione ordinatorum, id eſt, Sacris initiatorum. vide locum, ſub fin. tom. 24.

Ex Excerptionibus Egberti Archiepiſcopi. *De Presbyterorum ordinatione.*

Ut nullatenus Presbyter ordinetur ante triceſimum ætatis annum, niſi rationabili neceſſitate cogente: Quia Dominus Jeſus non prædicavit ante 30. annum ætatis.

Ibid. *De tempore ordinationis.*

Presbyterorum verò & Diaconorum in quatuor temporum Sabbatis, ſcilicet, ut dùm hæc ordinatio coram populo agitur, ſub omnium teſtificatione electorum ordinatorumque opinio diſcutiatur.

Ex Capitulis Eccleſiaſticis Car. Magn. 13. *Ut in qua ordinati ſunt Eccleſia permaneant.*

Ut nullus Presbyter à ſede propria Sanctæ Eccleſiæ ſub cujus titulo ordinatus fuerit, ambitionis cauſa ad alienam pergat: Sed in eadem devotus, uſque ad vitæ permaneat exitum.

Concil. Wormatienſe. Can. 76. *De Ordinationibus Epiſcoporum.* v. Titul. *Ordinationes Epiſcoporum electiones.*

Ibid. Can. 56. *De ordinatione Presbyterorum.*

Ut Presbyteri non ordinentur priuſquam examinentur, ut excommunicationes paſſim & ſine cauſa non fiant.

Concil. Mogunt. an. 888. Cap. 14. *Quòd nullus Epiſcopus alterius Parochianum præſumat retinere vel ordinare.*

Nullus Epiſcopus alterius Parochianum, &c.

Ibid. Cap. 15. De eodem. Si quis Epiſcopus, &c. tom. 24.

Concil. Mamnetenſe. Can. 11. *De Sacris ordinibus qualiter examinandi ſunt ii qui Sacros ordines accepturi.*

Epiſcopus quando ordinarionem facere diſponit, &c eod. tom. 24.

Diſt 24 Quando Epiſcopus. Ivo. part. 6 Cap. 21

Concil. Toloſan. an. 1056. Cap. 11. *Epiſcopus, Abbas, Presbyter, ante 30. annos non conſecrentur.*

Item placuit confirmare, ſicut ſcriptum eſt, &c. v. tom. 25. ſub fin.

Concil. London. II. an. 1127. Cap. 4. *De ordinatione Presbyterorum.*

Nullus in Decanum niſi Presbyter, nullus in Archidiaconum, niſi Diaconus conſtituatur. v. tom. 27.

Concil. Landon. an. 1125. Cap. 6. & 7. *De ordinatione Presbyterorum.*

Nullus in Decanum, nullus in priorem niſi Presbyter, nullus in Archidiaconum, niſi Diaconus promoveatur.

Ibid. Cap. 8. De eod. Argum. Nullus Abbas, nullus omninò, &c. tomo 27.

Concil. Lateranenſe. II. an. 1139. Can. 1. *De ordinatione per ſimoniam.*

Statuimus ſi quis ſimoniacè ordinatus fuerit ab Officio omninò cadat quod illicitè uſurpavit. v. titul. contra Clericos Symoniacos.

Ibid. 16. *De ordinatione Presbyterorum.*

Indubitatum eſt, quoniam honores Eccleſiaſtici Sanguinis non ſunt. &c. tom. 27.

Concil. Rhemenſe. an. 1148. Can. 9. *De ordinatione Presbyterorum.*

Illud etiam duximus annectendum, ut nullus Archidaconus niſi Diaconus vel Presbyrer ordinerur, &c.

Concil. Londonienſe. an. 1175. Can. 6. *De ordinatione Clericorum.*

Quia quidam Clerici deſperantes ab Epiſcopis ſuis ordinari, &c. ibid.

Concil. Lateranenſe generale 3. an. 1179. Capitul. 3.

Cùm in cunctis Sacris Ordinibus Miniſteriis Eccleſiaſticis ætatis maturiras & morum gravitas, & ſcientia literarum ſit inquirenda, &c. eodem tomo.

Ibid. 4. De eod. Argum. Cùm Apoſtolus ſe & ſuos, &c.

Ibid. Cap. 5. *De titulo certo Presbyterorum.* Epiſcopus ſi aliquem, &c.

Ibid. Cap. 8. *De ordinatione per Simoniam.* Cùm in Eccleſiæ, &c.

Ibid. Cap. 7. *Ut Clerici Tonſuram teneant Clericalem.*

Ibid. Cap. 9. *Ut Nothi ad Sacros ordines non accedant.*

Prohibemus etiam ut filii Presbyterorum, & qui de legitimo non ſunt nati matrimonio non ad Sacros ordines accedant.

Ibid. Cap. 12. *Ut nullus ante trigeſimum annum ad Sacerdotium promoveatur.*

Similiter prohibemus, ut nullus otdinetur in Sacerdotem niſi trigeſimum compleverit annum.

Concil. Londonienſe· an. 1200. Capitul· 6. *Nè quis ordinetur ſine certo titulo.*

Illud etiam juxta tenorem Lateranenſis Concilii firmiter obſervari, &c· tom. 28.

Ibid· Cap. 10. *Nè Clericis in Sacris Ordinibus conſtituti focarias habeant.*

Statuimus ut in Eccleſia, cujus reditus annuus quantitatem trium mercarum, &c.

Ibid. Cap. 11. Quales perſonæ debeant contrahere matrimonium.

Vide Tit· Gradus in Matrim. prohibiti.

Decreta generalis Concilii Lateran. IV. Capitul. 27. *De Inſtructione ordinandorum.*

Cum ſit ars artium regimen animarum, &c.

Ibid. Capitul. 30. *De idoneitate inſtituendorum in Eccleſiis.*

Gravè nimis eſt & abſurdum, quòd quidam Prælati Eccleſiarum cùm poſſint viros idoneos ad Eccleſiaſtica Beneficia promovere, &c.

Ibid. 31· *De filiis Canonicarum non inſtituendis cum Patribus.*

Ad abolendam peſſimam, quæ in pleriſque inolevit Eccleſiis, &c.

Ibid. 32· *Ut Patroni competentem portionem dimittant Clericis.*

Extirpandæ conſuetudinis vitium in quibuſdam partibus inolevit, &c. cod tom.

Concil. Saltzburgenſe· an. 1274. Cap· 7. *De pluribus Beneficiis Clericorum.*

Cum in Provincia Salrzburgenſis diverſi Clerici ſæculares, &c.

Ibid. Cap. 11. *De Tonſura & Veſte Clericorum,*

Edicto perpetuo prohibemus, nè Clerici, &c·

Ibid. Cap. 9. *De ordinatione Clericorum.*

Eiſdem inſuper Eccleſiarum Rectoribus præcipimus, ut, &c.

Concil. Ravennate· I. an. 1286. Cap. 1. *Nè Clerici jaculatores vel hiſtriones à Laicis tranſmiſſos recipiant.*

Ibid· Cap. 4· *De promotione habentium Parochiales Eccleſias.*

Etſi ad regimem Parochialium Eccleſiarum aſſumpti ante generale Concilium, &c.

Concil. Ravennate. II. an. 1311. Capitul. 1. *De Orationibus fundendis ad Deum pro Cleri ordinatione vacantium Eccleſiarum, & aliis divinis Officiis.*

Quia inter cætera, quæ pericula & diſcrimina afferunt, &c.

Concil· Ravennate. III. an. 1314. Cap· 1. *Quòd conſtituti in Sacris tantum habeant vocem in Capitulo.*

Cùm ordines Sacri, Sancto afflante Spiritu, ſint ad augmentum gratiæ, &c

Ibid· Cap. 11· *De ætate & qualitate ordinandorum.*

Quoniam Dominus ordinem Levitarum, quorum locum obtinent Clerici, &c.

Ibid. 12. *De Beneficiis ordines Sacros requirentibus, & de pœna eorum qui negligunt ad ipſos ordines promoveri: Et de præbendis in Eccleſiis Cathedralibus abſque ordinibus Sacris non retinendis.*

Cùm ſæpè maturâ ætate conſtituti per cupiditatem & avaritiam parentum, &c· tom. 28· in fin.

Concil.

Concil. Ravennate IV. an. 1317. Cap. 11. *Quòd nullus præſumat in ſpiritualibus miniſtrare, niſi priùs ab Epiſcopo loci fuerit animarum cura commiſſa.*

Cùm de jure nullus Sacerdos alteri ſubditum, &c.

Ibid. Cap. 3. *Quòd quilibet ſe faciat promoveri infra annum ad ordinem, quem requirit Beneficium ſuum.*

Solicitè penſantes quantum Officii Paſtoralis, &c.

Concil. Toletanum. an. 1339. Cap. 11. *Ut nullus illiteratus ad Clericatum promoveatur.*

Quia in recolendæ memoriæ conſtitutione Domini fratris Guillelmi, &c. eod. tom. 29.

Concil. Saltzburgenſe. an. 1386. Cap. 15. *Nè Ignoti Presbyteri admittantur in divina.*

Firmiter inhibemus, nè Presbyteri Peregrini vel ignoti, &c.

Concil. Saltzburg. an. 1420. Cap. 5. *De ſcrutinio.*

Statuimus quod nullus ad examen per Sacrorum ordinum ſuſceptionem, &c. eod. tom. 29.

Concil. Toletanum. an. 1473. Cap. 3. *Quòd non promoveantur ad Sacros ordines non ſcientes loqui latinaliter.*

Agri Domini cultura non eſt indignis operariis committenda, &c.

Ibid. Cap. *Quòd non admittantur Clerici aliarum diœceſium ſine literis commendatitiis.*

Ut non vituperetur miniſterium noſtrum, &c. tom. 34.

Ibid. Cap. 25. *Quòd ordines gratiosè concedantur.*

Ordinum Collatio à Sanctis Epiſcopis eſt concedenda, &c.

Conſtitutio ad removendos abuſus, &c. Cap. 10. *De ordinatione Presbyterorum.*

Statuimus quoque juxta Apoſtoli ſententiam, quæ dicit, nemìni citò eſſe manum imponendam, nè cui temerè cura animarum committatur, &c. 1. Timoth. 5.

Ibid. 16. *De vita & moribus Sacerdotum.*

Preterea cùm nihil æquè convenit omnibus muneris, ac eos eſſe mundos qui vaſa Domini portant, &c. eod. tom. 34.

Concil. Senonenſe. an. 1527. Admonitiones aliquot errorum, &c. Cap. 3. *Quod promovendi ad Sacros ordines exhibeant literas teſtimoniales de ſufficientia ætatis, & honeſtate vitæ ſuæ.*

Et ut deindè de miniſtris Eccleſiæ provideamus, &c.

Ibid. Cap. 4. *De Subdiaconis & eorum titulo patrimonii.*

Porrò in grave Clericalis ordinis ſcandalum ac dedecus videmus, &c.

Cap. 5. *Quomodo Diœceſani examinare debent petentem literas dimiſſorias, antequàm illas ipſi concedant.*

Et quamvis Epiſcopus originis, Beneficii aut Domicilii, non ſolùm ad ordines promovere, &c.

Cap. 6. Diligentem etiam inquiſitionem debere fieri à Diœceſanis ſuper ætate, moribus, & literatura jam promotorum ad Sacerdotium, &c.

Cap. 7. *Promotos in curia Romana ad Sacros ordines non esse admittendos ad illorum executionem, nisi priùs à Diœcesanis fuerint examinati.*

Rursus quia nonulli, suæ ignorantiæ & incapacitatis, & delictorum Conscii fugientes examen suorum Episcoporum, &c.

Ibid. Cap. 8. *Instituendi ad curam animarum diligenter ante examinentur à Diœcesanis an sint idonei gerendæ illi Provinciæ.*

Cæterum, quia Ecclesiæ Dei nihil Magis Officit, quàm quòd præficiantur curæ animarum, &c. eod. tom. 34.

Edicta Synodi Diœcesanæ Treverensis an. 1548. *Ordinum explorationes.*

Fuerunt autem examinationum Capita, quæ verè Evangelicos fructus producunt, &c. tom. 35.

Ibid. De altero medio ad consequendam reformationis executionem necessario, *Quòd est examen ordinandorum.*

Deindè visum nobis fuit ad stabilem & duraturam Ecclesiastici Ordinis reformationem, &c. Ibid. 2. *Ad quod pertineat examen?*

Quoniam verò difficile erat, ubi sunt magnæ Ecclesiæ, & multi ordinandi, &c.

Ibid. 3. *De Licentiatoriis ad suscipiendos ordines extra diœcesim.*

Statuimus ut nemini post hac (ubi digna & justa causa non est) &c.

Ibid. Cap. 4. *De Proclamatione ante majores ordines facienda.*

Quoniam non oportet Sacros ordines quasi furtim suscipere, &c.

Ibid. 5. *De tempore quando debeant ordinandi, dare nomina sua & examinari.*

Mandamus ut volentes ad Subdiaconatus vel Diaconatus promoveri, &c.

Ibid. 6. *De examine instituendorum ad dignitates, curas animarum, aut alia Officia.*

Porrò quò plùs negotiorum incumbit eis, qui, &c.

Ibid. 7. *De examine eorum, qui per resignationes aut promotiones ad Beneficia contendunt.*

Ad hoc statuimus, & ordinamus, ut in permutationibus, &c.

Ibid. 8. *De formulis ad examinationem aptis.*

Quoniam diversi ordines Officiorumq; & dignitatum gradus diversi, &c.

Ibid. 9. *De institutis pleno jure à Prælatis & aliis Ecclesiasticis.*

Cùm bonorum omnium testimonio magnus & pernicioſus sit abusus, &c

Ibid. 10. *De Sæcularibus usurpantibus sibi potestatem pleno jure conferendi Beneficia.*

De Sæcularibus verò habentibus jus præsentandi aliquem, &c. v. to. 35.

Concil. Mogunt. an. 1549. Capitul. 81. *De promovendis ad Sacros ordines.*

De his qui ad Sacros ordines promoveri volunt, &c.

Ibid. 82. *De ordinandorum testimonio.*

Et nè Ecclesiarum ministeria quibusvis (quæ res) &c.

Ibid. 83. *Qui in Baptismo Unctiones Sacri Olei & Chrismatis juxta vetustissimum Ecclesiæ morem non susceperunt, ad ordines Sacros antè talium Unctionum suppletionem, non admittantur.*

Hac calamitosâ tempestate, quâ Sacrorum, profanorumque, &c.

Ibid. 84. De iis qui ordinantur extra suas diœceses, &c. v. loc. eod to. 35.

Concil. Tridentinum an. 1549. Doctrina de Sacramento ordinis. Sacrificium & Sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta ſunt. v. loc. ſunt de eod. argum. Can. 4. Canones de Sacramento ordinis. Can. 1. Si quis dixerit non eſſe in novo teſtamento Sacerdotium viſibile, &c. vide & alios 8. Can. eod. tom.

Concil. Mediolan. III. an. 1575. *De iis quæ partim ad ordinis Sacramentum, partim ad Clericorum honeſtatem ac ſtudia pertinent.*

Conſtitutione Pii ſecundi Pontificis Maximi, quicumque Clerici, &c. tom. 36.

Concil. Mediolanenſe. IV. 1576. Conſtitutionum pars II. *Quæ pertinent ad Sacramentum ordinis.*

Ubi primùm Epiſcopus aut Parochus aliquem norit qui, &c.

Concil. Mediolan. VI. an. 1582. *Quæ ad ordinis Sacramentum pertinent.*

Nè quis patrimonii ab alio cujuſvis conditionis homine aſſignati, &c. tom. 36.

Canones Synodi Romanorum ad Gallos Epiſcopos Can. 5. *Quòd Romana Eccleſia ad Clerum non admittit eos, qui poſt Baptiſmum caſti non fuerint.* Romana Eccleſia hoc ſpecialiter cuſtodit, ut ſi quis parvulus baptizatus, &c. v. loc. tom. 37.

DE NON ITERANDIS ORDINATIONIBUS.

Vide Titul. De Tonſura Clericorum. pag. 218. II. pars.

MISSÆ PRO DEFUNCTIS.

EPiſtola I. Innocent. Pap. I. Titul. 8. De Epiſtola Sancti Jacobi Apoſtoli in qua pro infirmis orari præcipitur. v. loc. tom. 4. pag. 5.

Alia Synodus Sancti Patricii an. incerto. Can. 12. *De Oblatione pro defunctis.*

Ibid. Can. 13. De Sacrificio. v. loc. tom. 7.

Concil. Bracar. II. an. 572. Capitul. 10. *Ut Presbyter poſt cibum non teneat Miſſam pro defunctis.* v. loc. tom. 12. v. quoque notas hujus Concilii Cap. 10. Oratio pro defunctis, antiqua.

Capitula Collecta à Martino Epiſcopo Bracar. in fin. tom. 12.

Capitul. 68. *De eo quòd non liceat ſuper monumenta mortuorum Miſſam tenere.*

Ibid. Capitul. 69. *De eo quòd non liceat Chriſtianis prandia ad monumenta portare.*

Statuta Synodalia Eccleſiæ Rhemenſis per Dominum Sonnatium.

Cap. 18. *Suffragia defunctorum omninò ſervari præcipimus; & nè Miſſarum ſolemnia, præter fundatorum mentem alio modo convertantur.* tom. 14.

Concil. Emeritenſe. an. 666. Cap. 14. in Not. In ſolemnitatibus Martyrum & Miſſis defunctorum, fiebant Oblationes & Communiones.

Ibid. Cap. 19. *In Miſsis fit commemoratio vivorum & mortuorum.* tom. 15.

Concil. Tolet. 17. an. 694. Capitul. 5. *De his qui Miſſas defunctorum, pro vivis audent malevolè celebrare.* tom. 17.

Concil. Cabilon. II. an. 813. Can. 39. *Ut in omnibus Miſsis fiat commemoratio defunctorum.*

De Conſecrat. diſt. 1. viſum. præterea.

Viſum præterea nobis eſt, ut in omnibus Miſſarum ſolemnitatibus pro defunctorum Spiritibus loco competenti Dominus deprecetur. Sicut enim dies nulla excipitur, quà non quibuſlibet neceſſitatibus Dominus deprecetur. Ita nimirùm nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in Miſſarum ſolemnibus fundantur. Antiquitus hunc morem igitur Sancta Eccleſia tenet, ut & in Miſſarum ſolemnitatibus, & in aliis precibus Domino Spiritus quieſcentium commendet; dicente Beato Auguſtino: Non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro Spiritalibus mortuorum, quas faciendas pro diebus in Chriſtiana & Catholica Societate defunctis, etiam tacitis nominibus eorum, ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia: Ut quibus ad iſta deſunt parentes, aut filii, aut quicumque cognati vel amici, ab una eis exhibeantur pia matre communi.

De cura pro mortuis gerenda. c. 4.

Nicol. I. Reſponſ. Ad Conſulta Bulgarorum. 88. tom. 22.

Pro parentibus veſtris de quibus, &c. v. locum.

Capitula Herardi Archiepiſcopi Turon. Capitul. 58.

Ut exequiæ mortuorum cum luctu Secreto, & cordis gemitu fiant, & Pſalmos ignorantes, Kyrie eleiſon ibi canent: Et ut 30. diebus amici & parentes pro eis agant. v. Titul. de exequiis & ſepulturis.

Concil. Wormat. an. 868. Can. 72. *De Epiſtola Sancti Iacobi Apoſtoli in qua pro infirmis orare præcipit.*

Sanè quoniam de hoc, ſicut de cæteris conſulere voluit dilectio tua, adjecit filius meus Cæleſtinus Diaconus in Epiſtola ſua, ſic eſſe à tua dilectione poſitum illud, quòd in B. Apoſtoli Jacobi Epiſtola eſt conſcriptum: *Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros, & orent ſuper eum, ungentes eum Oleo in nomine Domini: Et oratio fidei ſalvabit infirmum, & ſuſcitabit illum Dominus. Et ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei.* Quod non eſt dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui Sancto Oleo Chriſmatis perungi poſſunt, quod ab Epiſcopo confectum, non ſolùm Sacerdotibus, ſed omnibus ut Chriſtianis liceat in ſua, aut ſuorum neceſſitate ad ungendum. Cæterùm illud ſuperfluum videmus adjectum, ut de Epiſcopo ambigatur, quòd Presbytero licere non dubium eſt: Quia Epiſcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterùm ſi Epiſcopus aut poteſt, au dignum ducit aliquos à ſe viſitandos & benedicere & tangere Chriſmate ſine cunctatione poteſt, cujus eſt ipſum Chriſma conficere. Nam Pœnitentibus iſtud fundi non poteſt, quia genus eſt Sacramenti, nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur concedi?

Iacob. 5.

Concil. Turon. an. 1448. Cap. 1.

Quilibet Sacerdos ſingulis diebus non ſolemnibus dicat Officium mortuorum ad minùs cum tribus lectionibus, maximè cum pro fidelibus defunctis

defunctis celebrabit : quia ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur.

Concil. Cabilon. 1. an. 1536. pars ſeptima. Cap. xxviii. *Exequiæ ac Miſſæ pro defunctis, quando & cum qua devotione celebrandæ?*

Exequias ac Miſſas quæ pro defunctis peculiariter dicuntur, &c. tom. 35.

Edicta ſynodi Diœceſanæ Treverenſis an. 1548. Cenſuræ & decreta. xxi. *De oblationibus pro defunctis, & exequiis pompoſis prohibendis.*

Cùm mortuus ſit Chriſtus pro vivis & defunctis, &c. v. loc. eod. tom. 35.

Concil. Mogunt. an. 1549. cap. xlvi. de Orationibus pro defunctis & Purgatorio.

Ex eadem lege Charitatis, quâ nobiſcum adhuc coherent, &c. eod. tom.

Miſſæ pro defunctis. tom. 27. pag. 609. & 649. quando & pro quibus celebrandæ? tom. 35. pag. 79. Miſſæ defunctorum quando diſponendæ Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 4. & tom 35. pag. 619. proſunt illis quando in Chriſto mortui ſunt, & nondùm ad plenum purgati. Trident. ſeſſ. 22. c. 2. tom. 35. pag. 543. &c. 3. 546. & ſeſſ. 25. in decret. de purgat.

Defunctorum commemoratio in Miſſa. tom. 15. pag. 534. Orationes pro defunctis tom. 26. pag. 263. Uſus oblationum pro defunctis. tom. 9. pag. 420.

DE SPONSALIBUS.

EPiſt. 1. Evariſti Pap. ad omnes Epiſcopos Africanos.
11. *De uxore ducenda.* v. locum. tom. 1. pag. 167.

Concil. Eliberit. an. 305. Capitul. liv. *De parentibus qui fidem ſponſaliorum frangunt.*

Decret Ioan. p 8 c. 46 Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum triennii tempore * abſtineantur. Si tamen iidem ſponſus vel ſponſa in gravi crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes: Si in eiſdem fuerit vitium, & pollu. rint ſe * Superior ſententia ſervetur. v. Decreta Euſebii Papæ. Deſponſata puella non prohibetur Monaſterium eligere.

** Abſtinebit ſe à cõmunione. * Superioris.*

Concil. Ancyran. an 314. Can. x. *De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.*

Ibid. Can. x. apud Dion. Exig.

Deſponſatas puellas, & poſt ab aliis raptas, placuit erui, & eis reddi quibus ante fuerant deſponſatæ, etiam ſi eis à raptoribus vim illatam conſtiterit.

Siric. Pap. Epiſt. 1. ad Himerium Tarracon. Cap. 1. *Quòd non liceat alterius ſponſam alteri in matrimonii jura accipere.*

26 q. 2 de conjugali. De conjugalium autem violatione requiſiſti, ſi deſponſatam alii puellam alter in matrimonium poſſit accipere? Hoc nè fiat modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ullâ tranſgeſſione violetur.

Concil. Carthag. IV. an. 398. Capitul. xiii. *Qualiter ſponſi & ſponſæ benedicentur.*

Vide locum. tom. 3. Synod. S. Patricii. Can. 27. de voluntate Virginis vel Patris in conjugio. tom. 7.

Concil. Compend. an. 757. Can. xv. *De eo qui cum una ſororum mœcatus, alteram in uxorem ducit.* v. titul. de inceſtis.

De Virginibus corruptis. 32 qu. 7 quod propoſuiſti. Gregorius III. in judiciis pœnitentium xviii. in medio. tom. 17.

Si quis ſponſæ alterius hominis ſorori ejus.

Ibid. Gregor. II. Epiſt. xiii. 11. *Ibid.*

Nam quod propoſuiſti, quod ſi mulier, &c.

Zachar. Pap. Epiſt. 7. tit. 7.

De Laïco pellente ſuam conjugem, &c. *Ibid.*

Concil. Sueſſion. Can. 9. ſimiliter conſtituimus, ut, &c. eod. tom. 17.

31. 1. 9. ſi qua mulier. Concil. Vermerienſe. 1. Can. 5. *Ibid.*

Si qua mulier mortem viri ſui cum aliis hominibus conciliavit, & ipſe vir ipſius hominem ſe defendendo occiderit, & hoc probare poteſt, ille vir poteſt ipſam uxorem dimittere, & ſi voluerit, aliam accipiat.

29 qu. ſi quis ingenuus. Ibid. 6. Si quis ingenuus homo ancillam, &c.

Ibid. 7. Si ſervus ſuam ancillam, &c.

Ibid. 8. Si quis ſervus libertare à Domino ſuo, &c.

Capitul. Aquiſgran. Carol. Magn. an 789. Capitul. 51. *De ſponſa alterius.* v. l. tom. 20.

Nicol. I. Reſponſ. ad Conſulta Bulgarorum.

Conſuetudinem quam Græcos in nuptialibus contuberniis habere dicitis, &c. tom. 22.

Exceptiones Egberti Archiepiſcopi tom. 25.

Sponſus & ſponſa cum benedicendi ſunt à ſacerdote, à parentibus aut paranymphis offerantur qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte reverentiâ ipſius benedictionis in Virginitate permaneant. *Leges Eccleſiaſticæ Egmundi Regis Angliæ. an. 944. quomodo deſponſanda Virgo, &c.* eod. tom. 25.

Appendix. Concil. Lateran. III. an. 1179. *De conjungendis filiis ante vel poſt compaternitatem.* Cap. 1. *Geniti ante vel poſt compatarnitatem in matrimonio poſſunt conjungi, exceptâ perſonâ per quam venitur ad compaternitatem.*

Utrum autem filii vel filiæ ante vel poſt compaternitatem, &c. to. 27.

Ibid. Cap. 11. *Malignantibus non debet dolus vel fraus patrocinari.*

Si vir vel mulier ſcienter aut ignoranter filium ſuum de ſacro fonte, &c.

Ibid. De ſponſalibus ſecundo. Cap. 1. *Qui fidem de aliqua ducenda dedit.*

Si eam poſtea cognoverit carnaliter, licet aliam matrimonio poſt modùm ſibi copulaverit, primæ adhærere debet: Quia carnalis commixtio facit matrimonium, ubi prius nullum fuit.

Veniens ad nos V. Lator præſentium, &c.

Cap. 2. *Contrahere non poſt quis cum ea matrimonium, quam viro vivente polluerit adulterio.*

Ex præſentium Latoris confeſſione percepimus, &c.

Cap. 3. *De eodem, & quod multum delinquit, qui fidem violat.*

Pervenit ad nos, quod quidam miles. R. nomine, &c.

Cap. 1v. *Simplex votum, matrimonium impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum.*

Sanè conſuluit nos tua diſcretio, quid faciendum ſit, &c.

Cap. v. *Vir & mulier non ſunt una caro, niſi per carnalem commixtionem.*

Non ſunt una caro vir & mulier, niſi copula carnali cohæſerint, &c.

Cap. v1. *Mulier quæ ſe nupturam juravit, ut nubat non eſt cogenda, illa verò cujus vir cum matre adulterium, vel inceſtum commiſit, non viro ſuo carnaliter conjungi, nec eo vivente, cum alio matrimonium contrahere valebit.*

Requiſivit à nobis fraternitas tua, quâ cenſurâ, &c.

Cap. 7. *Matrimonia ſervorum à Dominis non ſunt irritanda, cùm nullus à ſacramentis ſit Eccleſiæ amovendus.*

Dignum eſt, & a ratione non diſcordet, &c.

Cap. 8. *Qui aliquam lege Canonum duxit licet non ſecundùm patriæ ſuæ legem, vel illius, non eſt propterea ab ea ſeparandus.*

De Francia quidam nobilis homo mulierem de ſaxonia, &c. v. loc. & tom. 27.

Concil. Fr ſingenſe an. 1440. Cap. 19. *De clandeſtina deſponſatione.*

Statuimus & præcipimus univerſis Chriſti fidelibus noſtræ Diæceſis, &c. in fin. tom. 33.

Ibid. in eod. ſupra de conugiatis & ſponſis monaſterium ingreſſis. v. titul. de Monachis. Sunt Cap. x.

Ibid. in eod. *De Sponſalibus & Matrimonio contrahendo vel jam contracto.*

Cap. 1. Quod ſi quis uxore inſciâ aliam ſibi matrimonio copulaverit.

Cap. 2. Qui fidem dedit de aliqua ducenda, ſi eam cognovit & aliam poſtea acceperit.

Cap. 3. Si quis infrà annos matrimonio aptos fuerint deſponſati à pactione nuptiali non poſſunt recedere, & ad aliud matrimonium convolare.

Cap. 4. Nullus conſanguineorum alterius ſponſam ætati nubili aptam, &c.

Cap. 5. Qui ſub conditione aliquam diſponſavetit, non poteſt eam poſtea relinquere, quamvis conditio non extiterit.

Cap. 6. Quod pubes dicendus eſt, qui talis eſt, ut tam poſſit procreare.

Cap 7. Quod ſi quis aliquam infra ſeptimum annum deſponſaverit, poteſt matrimonium cum matre ejus poſtea contrahere, cùm deſponſationes, & matrimonia ante ſeptimum annum fieri non poſſint, &c.

Cap. 8. Quod ſi qui mutuo conſenſu ſe invicem receperint, dicentes: *Ego te in meam, & ego te in meum recipio.* Licet alter eorum alii poſtea ſe copulaverit, debet ab eo vel ab ea ſeparari, licet carnalis commixtio inter eos fuerit ſubſecuta.

Cap. 9. Quòd qui habitum religionis ſuſcepit, ſi profeſſionem non fecit, & aliquam poſtea matrimonio copulaverit, non eſt cogendus ab ea recedere, & ad Eccleſiam redire.

Cap. 10. Si vir dixerit mulierem ab eo cognitam, & ipſa negaverit, ſtandum eſt viri veritati, ſi id affirmaverit juramento: & ſi &c.

Cap. 11. Matrimonia canonicè contracta, non eſſe levitate aliqua diſſolvenda.

Cap. 12. Quòd qui juravit ſe aliquam ducturum, ſi poſtea ad alienas partes ſe tranſtulerit eâ incognitâ licitum erit mulieri ad alia vota tranſire. Et quòd ſponſalia, ſed non matrimonia in conditionis eventum rectè contrahantur.

Cap. 13. Quòd ſi aliquis vi compulſus aliquam ſibi matrimonio copulaverit, & eam non cognoverit, & aliam poſtea ſuſceperit, non eſt cogendus ad primam redire.

Cap. 14. Quòd adulterium adultetio compenſatur.

Cap. 15. Quòd ſi aliquis aliquam copulaverit, & poſtea compererit ei conjuctam primâ vel ſecundâ lineâ utràque debet perpetuo carere, ſi autem in tertio vel ſuprà gradu contigerint à ſecunda debet ſeparari, & primæ adhærere.

Cap. 16. Quòd ſi quis uxore vivente, aliam acceperit, vel de ea ducenda ei fidem dederit, ab ejus conſortio perpetuo debet prohiberi.

Cap. 17. Quòd ſi pati conſenſu contractum ſit matrimonium, & vir eâ incognitâ

incognit à aliam duxerit, & eam cognoverit, ſecundà relictà primæ debet adhærere, &c.

Cap. 18. Quòd ſi quis aliam nubili ætati aptam licet poſtea ab alio deſponſetur & cognoſcatur, debet primo reſtitui.

Cap. 19. Quòd qui prohibentur conjungi, ſi poſtea ſe ſe conjunxerint, poſſunt excommunicari quouſque de Matrimonio cognoſcatur.

Cap. 20. Quòd partibus abſentibus veritas plenariè, inquiri: & quod ad eum à quo appellatum eſt cauſa, non debet remitti.

Cap. 21. Quòd ſi quis pendente lite matrimonii, aliam acceperit, & poſtea inter ipſum & primam divortium fuerit celebratum, poteſt cum ſecunda remanere, & quod non eſt dicendus conſenſus de præſenti, &c.

Cap. 22. Quòd ſi quis aliquam deſponſaverit, & eam non cognoverit, ſi poſtea aliquis eam acceperit, & cognoverit, cum eo debet remanere.

Cap. 23. De eo quod *

Cap. 24. Quòd ob coeundi impotentiam non fieri divortium.

Cap. 25. Quòd non licet uxorem dimittere ſine Manifeſta cauſa fornicationis: & tunc ipſa vivente, tenetur continere.

Cap. 26. Quòd non licet divina Officia prohibeantur, Baptiſma tamen parvulorum, & pœnitentia morientium non debet prohiberi.

Cap. 27. Quòd qui unam ſororem deſponſaverit, ſi eam non cognoverit, poteſt aliam ſororem ſibi matrimonio copulare.

Cap. 28. Secundum matrimonium ſolemnè primo clandeſtino præjudicat: & matrimonium contra interdictum Eccleſiæ contractum, tenet etiam poſt appellationem.

Cap. 29. Si puberes contraxerint ſponſalia, poſt ea reclamantes non ſunt audiendi: Sed ſi ambo impuberes & reclamaverint, ſunt audiendi; Si verò alter pubes, alter impubes, & impubes reclamaverit, eſt audiendus.

Cap. 30. Quòd non poteſt vir & mulier matrimonium ſuum accuſare, nec alii, ſi octodecim annis tacuerint.

Cap. 31. Actu extrinſeco matrimonium præſumitur adimpleri.

Cap. 32. Eorum qui poteſt notam quæſtionem, vel ab accuſatoribus conſanguinitatem didicerunt, teſtimonium non valere. Nominandæ etiam perſonæ & gradus ex utroque latere diſtinguendi, nec niſi per judices diſcretos, & pacem habentes, debet cauſa pertractari.

Cap. 33. Qui de matrimonio contrahendo fidem dederunt, commonendi ſunt eam ſervare. v. locum. tom. 27.

Ibid. De præeminentia Londonienſis & Eboracenſis, & de privilegii, &c.

De Sponſalibus ſecundo.

Cap. 1. Qui fidem de aliqua ducenda dedit, ſi eam poſtea cognoverit carnaliter, licet aliam matrimonio poſtmodum ſibi copulaverit, primæ adhærere debet: quia carnalis commixtio facit matrimonium, ubi prius nullum fuit.

Cap. 2. Contrahere non poteſt quis cum ea matrimonium quam viro vivente poluerit adulterio.

Cap. 3. De eodem & quòd multum delinquit, qui fidem violat.

Cap. 4. Simplex votum, matrimonium impedit contrahendum; Sed non dirimit contractum.

Cap. 5. Vir & mulier non ſunt una caro, niſi per carnalem commixtionem.

Cap. 6. Mulier quæ ſe nupturam juravit, ut nubat, non eſt cogenda: illa verò cujus vir cum matre adulterium vel inceſtum commiſit, non viro ſuo carnaliter conjungi, nec eo vivente, cum alio matrimonium contrahere valebit.

Capit. 7. Matrimonia ſervorum à Dominis non ſunt irritanda, cùm nullus à Sacramentis Eccleſiæ ſit amovendus.

Cap. 8. Qui aliquam lege Canonum duxit, licet non ſecundùm patriæ ſuæ legem, vel illius, non eſt propterea ab ea ſeparandus. cod. tom. 27.

Ibid. Ubi titulus in archetypo deſideratur. Cap. 31. Licitum eſt à ſponſalitiis recedere, & ad vitam contemplativam venire.

Si quis aliquam petat in uxorem cujus viri conſanguineam ſe cognoviſſe dicat, non eſt inter eos matrimonium contrahendum, niſi ſit juramento firmatum.

Concil. Ravennate II. an. 1311. Rubr. 19. de Clandeſtina deſponſatione, & matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ. v. loc. to. 28.

Concil. Friſingenſe an. 1440. Cap. 39. de *Clandeſtina deſponſatione.* to. 33.

DE

DE MATRIMONIO.

CANON. Apoſtolorum XLVIII. *Laicum pellentem conjugem ſuam Communione privandum.* tom. 1. pag. 135.

Epiſt. 11. Caliſti Pap. 1. titul. 4. *De conjunctionibus conſanguineorum & de iis qui ex eis naſcuntur, & de accuſationibus quas leges reiiciunt.* eod. tom. 1.

Decreta Eutychiani Papæ 5. *In poteſtate fidelis ſit poſt Baptiſmum recipere uxorem quam antè dimiſerat.* cod. tom. pag. 581.

Concil. Elibcrit. an. 305. Capitul. 15. *De conjugio eorum, qui ex gentilitate veniunt.* Vide tit. Matrimonium cum infidelibus Iudæis & hæreticis vetitum.

Ibid. Capitul. 69. *De viris conjugatis, poſtea in adulterium lapſis.*

Concil. Laodicen. Can. 52. *Ut natalitia, vel nuptiæ in quadrageſima non fiant.*

Ibid. 53. Vt in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis. v. loc. tom. 2.

Concil. Nicæn. an. 325. titul. 23. *De eo qui duas uxores ſimul duxit, aut per libidinem alteram mulierem.* v. eod. tom. 2.

Ibid. titul 52. *De conjugio diſparis cultus vitando.*

Ibid. titul. 65. *De ducente alteram uxorem dimiſſa quacumque de cauſa priore vel etiam non dimiſſa; & de falſo accuſante uxorem de adulterio.*

Ibid. titul. 66. *De ducente ſimul duas uxores, & de muliere fideli nubente viro infideli, & de forma recipiendi eam ad pœnitentiam.*

Ibid. tit. 67. *De dante filiam aut ſororem neque ſcientem, neque volentem viro infideli in matrimonium.*

Concil. Gangrenſe. an Chriſti... Cap. 1. *De his qui nuptias execrantur.*

Idem apud Dion. Exig.

Si quis vituperat nuptias & dormientem cum viro ſuo fidelem ac religioſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, velut quæ in regnum Dei introire non poſſit, anathema ſit.

Ibid. Cap. 4. *De presbyteris qui habuere conjugia.*

Ibid. Cap. 13. *De mulieribus quæ utuntur virilibus indumentis.* v. tom. 2.

Ibid. Cap. 14. *De his qui velut peccatum copulam deſerunt nuptiarum.*

Ibid. Decreta Julii Papæ 1. x. *Libertam Domino legitimè nubere poſſe.* In fin. tom. 2.

Epiſt. I. Siric. Pap. titul. 4. *Quòd non liceat alterius ſponſam alteri in matrimonii jura accipere.*

Concil. Carthag. 4. an 398. Capitul. 13. *Qualiter ſponſi & ſponſæ benedicantur?*

Sponſus & ſponſa cùm benedicendi ſunt à ſacerdote, à parentibus ſuis vel paranymphis offerantur. Qui cùm benedictionem acceperint, eadem

nocte pro reverentia ipsius benedictionis, in Virginatate permaneant. Ibid.

Conturbatio procellæ Barbariæ faculrari legis intulit casum, &c.

Concil. Tolet. I. an 400. Capitul. 7. Ut *Clericus, cujus uxor peccaverit, præter necem, potestatem habeat distringendi eam, & cum ea cibum non sumat.* v. loc. tom. 3. in fin. pag. 576.

Epist. II. Innoc. Pap. I. titul. 5. *Ut qui Virginem non duxerit Clericus non fiat.*

Ibid. titul. 6. *Ut Clericus non ordinetur, qui secundam habuit uxorem.*

Ibid. Epist. ejusd. 9. *De eo cujus de captivitate reversa est uxor, ut eam recipiat, altera, quam duxerat, repudiata.*

Ejusd. Epist. 22. *Ad Episcopos Macedoniæ. tit.* 1. *Ut si sacerdos vel quilibet ex clero viduam uxorem duxerit, vel ejectam, suum perdat Officium.* v. loc. tom. 4. pag. 44.

Ibid. titul. 2 *Ut si quis Cathecumenus, habuerit uxorem, & defunctâ eâ post Baptismum acceperit alteram Clericus esse non possit.*

Epist. 79. Leon. Pap. ad Nicetam. Episc. Aquileiens.

1. Quòd debeant fœminæ, quæ captis viris nupserant aliis, regressis de captivitate viris prioribus copulari, ut quod suum est, unus quisque recipiat.

2. Quòd non probetur esse culpabilis, qui uxorem captivi in matrimonium viderur esse sorttius.

3. Ut si viri de captivitate regressi, intemperantia uxoris òffensi non fuerint, & voluerint eas in conjugium recipere, liberam habeant potestatem.

4. Vt si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiæ, Ecclesiæ Communionc privandæ sint. v. tom. 7.

Leon. Pap. Responsa ad Interrogat. Rustici. Narbon.

Inquisit. v. *De puellis quæ viris concubinas habentibus, nupserint.*

Responsa. Paretno arbitrio viris junctæ carent copulà, &c.

Ibid. Inquisit. 6. De his qui mulieres, ex quibus filios habent, relinquunt, & uxores accipiunt.

Responsa. Ancillam à thoro abiicere, &c. eod. tom. 7.

Ibid. Inquisit. 13. *De his qui post pœnitentiam uxores accipiunt vel concubinas sibi conjungunt.*

Alia Synodus S. Patricii. Can. 26. de meretrice conjuge.

Ibid. Can. 27. *De voluntate Virginis vel Patris in conjugio.* v. in fin. tom. 7.

Concil. Andegav. an. 453. Can. *De iis qui alienis uxoribus conjugii nomine abutuntur.* v. loc. tom. 9.

Concil. Venetic. an. 465. Can. 2. *De iis qui relictis uxoribus alias ducunt.*

Epist. 9. Gelas. PP. I. *In notis. his qui Sacris Virginibus se sociarunt non nisi post publicam pœnitentiam conceditur Communio.*

Ibid. secundæ nuptiæ sæcularibus permittuntur, qui tamen ad Clerum accedere prohibentur. tom. 10. pag. 127.

Concil. Agath. an. 506. Can. 25. *De sæcularibus, qui suas uxores derelinquunt.*

Decreta Hormisdæ PP. 2. *Nuptias occultas celebrare non licet.* eod. tom. 10.

Concil.

Concil. Epaon. an. 517. Can. 30. *De Inceſtis conjunctionibus.*

Concil. Arvernenſe an. 534. Can. 8. *Suppellex Eccleſiæ ſacra ad nuptiarum ornatum non uſurpanda.*

Nè ad nuptiarum ornatum Miniſteria divina præſtentur &c. tom. XI.

Concil. Aurel. IV. an. 541. Can. 22. *Ut nullus invitis parentibus filiam ſibi jungat alienam.*

Ut nullus per Imperium poteſtatis filiam, &c.

Epiſt. Epiſcoporum Provinciæ Turon. II. *In med. Epiſt.*

. . . Itaque Filii Chariſſimi, qui eſtis partus divinæ gratiæ, &c.

Concil. Pariſ. III. an. 557. Can. 4. *De illicitis & inceſtis conjunctionibus.*

Ibidem. Can. 5. *Nè quis ſacratas Virgines, aut religionem profeſſas rapiat vel competat.* Vide notas hujus Concilii, occaſione Clotharii, ſororem defunctæ conjugis uxorem duxit. v. loc. tom. 12.

Gregor. Magn. Lib. 9. Epiſt. 39. titul. 2. *Quòd religionis gratiâ conjugia non ſolvantur.*

Ejuſd. Lib. 12. Epiſt. 31. Reſponſ. ad interrogat. x. Auguſtini.

Oportet itaque legitima carnis copula ut cauſa prolis ſit, &c. *Creandum prolis cauſa non voluptatis.*

Ejuſd. Epiſt. 32. *Neophytis in affinitatis conjunctione diſpenſat.* v. loc. tom. 14

Statuta Synodalia Eccleſiæ Rhem. an. 630. Cap. 4. In matrimonio extat imago Sacroſancti Conjugii inter Chriſtum & Eccleſiam Enati: Ideòque vinculum eſt divinitus firmatum, quod multum confert fælicitatem rei familiaris, ad pacem inter partes, & ad proles ſuſcipiendos. *Ephes. 5. eodem tom. 14.*

Concil. Herudford. Cap. x. *De conjugio.* an. 675.

Pro conjugiis, ut nulli liceat, niſi legitimum habere connubium, &c v. loc. tom. 15.

Capitulare 6. Gregorii PP. II. Datum Martiniano Epiſcopo, &c.

Ibid. lviij. *Utrum velato an nudato capite Mulier in Eccleſia ſtare debeat, Apoſtolus docet:* * Mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum, unum eſt enim ac ſi decalvetur: nam ſi non velatur Mulier, tondeatur; ſi verò eſt turpe Mulieri tonderi ac decalvari, velet caput ſuum. *Et iterùm*: Ideò, *inquit*, debet Mulier velamen habere ſuper caput propter Angelos, id eſt, Sacerdotes. *Et rurſus ait*: Vos ipſi judicate, decet Mulierem non velatam orare Dominum? *Nec ipſa natura docet vos, quod vir quidem ſi comam nutriat, ignominia eſt illi: Mulier ſi comam gloria eſt illi, quoniam capilli pro velamine ei dati ſunt.*

Hincmar. Archiepiſc. Rhem. Capitular. vj. ad Presbyteros Parochiæ ſuæ.

De thuribulo & incenſo. Ut omnis Presbyter thuribulum & incenſum habeat tempore quo Evangelium legitur, & finito offertorio, ſuper oblationem incenſum, ut in more videlicet Redemptoris ponat.

Concil. Aquiſgran. anno 816. lib. 1. cap. lxiij. De his qui eſum carnium in Clero deſtituti, diffugiunt.

Ibid. cap. lxv. De his qui abominantur eos qui carnibus veſcuntur. *v. Tom.* 20.

Concil. Mamnetenſe, incerto anno, Can. ix. De Eulogijs populo à Preſbytero dandis. *Tom.* 24

Concil. Wormat. anno 868. Can. lxiv. De carne à beſtijs læſa, aut per ſe mortua non edenda: item de apibus hominem necantibus, necandis, ex Concil. Carthag. *Animal vulneratum à beſtijs & guſtatum, licitum eſt manducare, ſi homo priùs animal vivum occiderit: ſi verò mortuum fuerit priùs, dejiciatur caro ejus. Si apes occidunt hominem, occidi debent feſtinanter; mel tamen manducetur.*

Ibid. cap. lxv. Animalia, quæ quibus comedi, quomodo licita, ex eod. Conc. *Animalia quæ à lupis, ſeu à canibus laniantur, non ſunt comedenda, niſi porcus & canibus; nec cervus, nec capra, ſi mortui inveniuntur. Porci autem ſi ſanguinem hominis guſtantes tetigerant, manducentur: ſed qui cadaver mortuum laniantes manducaverint, carnes eorum manducare non licet, uſque dum macerantur poſt annum. Piſces autem licet manducare, quia alterius naturæ ſunt. Aves verò & alia animalia, ſi in retibus ſtrangulantur, non ſunt comedenda.*

Concil. Florentinum, anno 1439. De azimo & fermentato. *Neſtit profectò bonus iſte vir quantùm differat inter Judaïcum Paſcha & Azima, & myſticum Sacrificium.* v. locum, in fin. tom. 32. pag. 835. v. quoque titul. de pane, azimo & fermentato.

Concil. Cabilon. I. anno 1536. pars nona, cap. vij. Litaniæ & Rogationes cur inſtitutæ, & quomodo populus admonendus ſit? *Litanias, id eſt, ſupplicationes ſeu rogationes, &c.* v. loc. tom. 35.

Ibid. cap. viij. Proceſſiones intrà cepta Eccleſiarum peragendæ. *Quod Proceſſiones per agros & campos peraguntur, &c.*

In dicta Synodi Diœceſanæ Treverenſis, anno 1548. Cenſuræ & decreta, in fin. xiv. De benedictione fontis, & parvulis tempore Paſchali baptizandis. *Inolevit gravis abuſus in Collegijs quibuſdam, &c.* eod. tom. 35.

Ibid. xxij. De Proceſſionibus in quibus Sacra Hoſtia cum Imaginibus Sanctorum circumfertur. *Nihil propè tam ſanctum eſt, quod ſæcularium hominum, &c.*

Ibid. xxiij. De ſtationibus & ſupplicationibus. *Quantùm in Proceſſionibus feſtivis peccat turba populi, &c.*

Ibid. xxv. De Proceſſionibus ruralibus. *Decanis ruralibus commiſimus, ut ruri ubi major eſt abuſus, &c.*

Concil. Mediolan. I. anno 1565. Conſtitutionum pars ij. ſub fin. De proceſſionibus & ſupplicationibus. *Generales Proceſſiones à Cathedrali, vel cujuſque loci majori, &c.* eod. tom. 35.

Concil. Mediolan. IV. anno 1576. Conſtitutionum pars ij. De Proceſſionibus. *Cùm Supplicationes publicas, ſolemneſque fieri opus erit, &c.* Tom. 36.

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. Quę ad Proceſſiones pertinent. *Stati dies Proceſſionum, quæ pro gratiarum actione, &c.* eod. tom. 36. ſub fin.

DE OFFICIO ECCLESIASTICO,

PSALMIS, HORIS CANONICIS, &c.

CONCIL. ELIBERITANUM, anno 305. capitul. xxxiij. De Episcopis & Ministris, ut ab uxoribus se abstineant.

Ibid. cap. xxxiv. Nè Cereum in Cœmeterijs incendatur.

Ibid. cap. xxxv. Nè Fœminæ in Cœmeterijs pervigilent.

Ibid. cap. xxxvj. Nè picturæ in Ecclesia fiant. *v. locum, tom.* 1. *pag.* 639.

Concil. Laodic. Can. xv. περὶ τοῦ μὴ δεῖν πλέον, &c. *Ex interpret. Dion. Exig.* Quòd non oporteat ampliùs præter eos, qui regulariter Cantores existunt, qui & de codice canunt, alios in pulpitum conscendere, & in Ecclesia psallere.

Ibid. Can. xvj. περὶ τῶν ἐν τῷ σαββάτῳ, &c. De Lectionibus, quæ debeant Sabbatis recenseri. Quòd in Sabbatis Evangelia cum alijs Scripturis legi debeat.

Ibid. Can. xvij. περὶ τοῦ, μὴ δεῖν. Quòd interstitium Psalmorum debeat in Sabbatis fieri. Quòd in conventu fidelium nequaquam Psalmos continuare conveniat, sed per intervallum, id est, per Psalmos singulos recenseri debeant lectiones.

Ibid. Can. xviij. περὶ τοῦ. *Interpret. Dion. Exig.* De precibus nonâ & vesperâ celebrandis. Quòd idipsum officium precum & nona & vespera semper debeant exhiberi.

Ibid. Can. xix. περὶ τοῦ δεῖν. *Id. interpret. Dion. Exig.* De precibus post Homilias, id est, post sermones habitos ad populum proferendis. Et de his quos intrà Sacrarium conveniat. Quòd oportet seorsùm primùm post allocutiones Episcoporum, Orationes super Cathecumenos celebrari: & postquàm Cathecumeni egressi fuerint, super eos, qui sunt in pœnitentia precem fieri. His etiam accedentibus ad manum Sacerdotis, & discedentibus, tres Orationes consumari fidelium: ita ut prima quidem sub silentio, secunda verò & tertia per exclamationes solitas expleantur: & ut demùm pacem sibi invicem dabunt. Et postquàm dederit Episcopus Presbyteris osculum pacis, tunc Laïci sibi tribuant: & ità sancta celebrabitur oblatio. Solis autem ministerio Sacerdotis ad Altare ingredi, & communicare ibidem liceat.

Ibid. Can. lvj. Non licere Presbyteris introïre ad Altare priusquàm ingrediatur Episcopus. *v. locum.*

Ibid. Can. lix. ὅτι δεῖ δεῖν. *Interpret. Dion. Exig.* Quæ psallere, vel legere in Ecclesia conveniat. Quòd non oporteat Plebeïos Psalmos in Ecclesia cantare, nec libros præter Canonem legi, sed solùm sacra volumina Novi Testamenti vel Veteris.

Concil. Nicæn. anno 325. titul. lxj. De numero Presbyterorum & Dia-

conorum ad miniſterium Eccleſiæ, & ad facultatem ejus accommodato.

Ibid. titul. lxiij. De officio in Eccleſia horarum diurnarum & nocturnarum, & de oratione pro omnibus, qui eam Eccleſiam gubernant. *v. loc. tom.* 2.

Concil. Gangrenſe, Can. vj. De his qui eccleſiaſtica miniſteria præter Eccleſiam faciunt. *v. tom.* 3.

Concil. Carthag. III. anno 397. capitul. xlvij. Ut præter Scripturas Canonicas nihil in Eccleſia legatur ſub nomine Scripturarum. *Ut nemo in precibus, vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet, & cum Altari aſſiſtitur, ſemper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicumque ſibi preces aliundè deſcribit, non eis utatur, niſi priùs eas cum inſtructioribus Fratribus contulerit. Item placuit, ut præter Scripturas Canonicas, nihil in Eccleſia legatur ſub nomine divinarum Scripturarum. Sunt autem Canonicæ Scripturæ, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri Deuteronomium Jeſus Nave, Judicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Job, Pſalterium Davidicum, Salomonis libri quinque, Libri 12. Prophetarum, Iſaïas, Jeremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Judith, Eſther, Eſdra libri 2. Machabæorum libri 2. Novi autem Teſtamenti, Evangeliorum libri 4. Actuum Apoſtolorum liber unus, Pauli Apoſtoli Epiſtolæ 13. Ejuſdem ad Hebræos una. Petri Apoſtoli 2. Joannis Apoſtoli tres, Judæ Apoſtoli una, & Jacobi una, Apocalypſis Joannis liber unus.* (Quidam vetuſtus Codex ſic habet : De confirmando iſto Canone Tranſmarina Eccleſia conſulatur.) *Hoc etiam Fratri & Conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel alijs earum partium Epiſcopis, pro confirmando iſto Canone innoteſcat ; quia à Patribus iſta accepimus in Eccleſia legenda. Licet etiam legi Paſſiones Martyrum cum anniverſarij dies eorum celebrantur.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Can. xxxviij. Ut Diaconus Euchariſtiam juſſu Presbyteri miniſtret.

Ibid. Can. xlj. Ut Diaconus tempore tantum officij Album induat. *eod. tom.* 3.

Concil. Tolet. I. anno 400. capitul. v. Ut cujuſlibet ordinis Clericus, ſi ad Eccleſiam non venerit, deponatur.

Ibid. Can. ix. Ut nulla Profeſſa, vel Vidua, abſente Sacerdote, in domo ſua ſacerdotale officium vel lucernale impleat. *v. loc. in fin. ejuſd. tom.* 3.

Concil. Milevit. II. anno 416. Can. xij. Ut preces & orationes compoſitæ, niſi probatæ fuerint in Concilio, non dicantur. *Placuit etiam & illud, ut preces & orationes, ſeu Miſſæ quæ probatæ fuerint in Concilio, ſive Præfationes ſive Commendationes, ſeu manûs impoſitiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omninò dicantur in Eccleſia, niſi quæ à prudentioribus tractatæ vel comprobatæ in Synodo fuerint, nè forè aliquid contrà fidem, vel per ignorantiam, vel per minus ſtudium ſit compoſitum.*

Concil. Africanum, anno 424. Can. xxxj. De manumiſſionibus, ut in Eccleſia celebrentur ab Imperatore poſcendum.

Ibid. Can. lxviij. De pacificandis Eccleſijs Romana & Alexandrina. *Tom.* 4.

Ibid. Can. lxx. De precibus ad Altare dicendis. *Placuit etiam hoc, ut preces quæ probatæ fuerint in Concilio, ſive Præfationes, ſive Commendationes, ſeu manûs impoſitiones ab omnibus celebrentur: nec aliæ omninò contrà fidem proferantur, ſed quæcumque cum prudentioribus fuerint collatæ, dicantur.*

Synodus S. Patricij, Auxilij & Iserninni Episcoporum in Hibernia, anno 450. Can. x. De negligenti in psallendo, & de comam nutriendo. *v. tom.* 7.

Concil. Venetic. anno 465. Can. xiv. Ut Clerici qui in Civitate fuerint, matutinis hymnis interssint. *Rectum quoque duximus, ut vel intrà Provinciam nostram sacrorum ordo psallendi, una sit consuetudo: & sicut unam cum Trinitatis confessione fidem tenemus, unam & officiorum regulam teneamus; nè variatâ observatione in aliquo nostra devotio discrepare credatur.*

Ibid. Can. xv. Ut idem ordo Sacrorum & psallendi observetur intrà Provinciam. *ut suprà.*

Gelas. Pap. I. Epist. ix. in not. Quæ Presbyteris prohibentur. Quæ Diaconi facere non possint. Non in Presbyterio residere cum divina celebrantur. *v. not. Concil. Andegav. Can.* 2.

Ibid. Fœminæ Sacris Altaribus non ministrent. *v. tom.* 10.

Concil. Agath. anno 506. Can. xxx. Ut post Antiphonas orationes dicantur. *Et quia convenit ordinem Ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri; studendum est, ut sicut ubique fit & post Antiphonas collectiones per ordinem ab Episcopis vel Presbyteris dicantur, & hymni matutini vel vespertini diebus omnibus decantentur, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum Missarum, post hymnos capitella de psalmis dicantur, & plebi collectâ oratione ad vesperam ab Episcopo cum benedictione dimittatur.*

Ibid. Can. lxiij. De Laïcis, qui in solemnitate majoribus ad Civitatem non occurrunt.

Ibid. Can. lxiv. De Clericis, qui ab Ecclesiæ officio diebus solemnibus desunt.

Ibid. Can. lxv. De Levitis, ut non sine jussu Presbyteri sedeant. *v. loc. eod. tom.* 10.

Concil. Tarracon. anno 516. Can. vij. Ut Diœcesani Clerici septimanas teneant, & die sabbato omnes in unum conveniant. *De Diœcesanis Ecclesijs, vel Clero, id placuit definiri, ut Presbyteri & Diaconi qui inibi constituti sunt cum Clericis, Septimanas observent, id est, ut Presbyter unam faciat hebdomadam, quâ expletâ succedat ei Diaconus similiter: eâ scilicet conditione servatâ, ut omnis Clerus die sabbati ad vesperam sit paratus, quo facilius die dominico solemnitas cum omnium præsentia celebretur; ita tamen ut omnibus diebus vesperas & matutinas celebrent, quia desistente Clero (quod est pessimum) comperimus in Basilicis nec luminaria ministrari. Si qui sanè negligentia vitio, hæc implere noluerit, se secundùm statuta Canonum pro modo Personarum canonicæ disciplinæ subdendos.*

Concil. Gerund. anno 517. Can. 1. Ut unaquæque Provincia in officio Ecclesiæ unum ordinem teneant. *De institutione Missarum, ut quomodo in Metropolitana Ecclesia fuerit, ita in Dei nomine, in omni Tarraconensi Provincia tam ipsius Missæ ordo quam psallendi vel ministrandi consuetudo.*

Ibid. Can. ij. Ut Litaniæ post Pentecosten à quinta feria usque in sabbato celebrentur.

Ibid. Can. x. Ut omnibus diebus horis vespertinis & matutinis, oratio dominica dicatur. *Ita nobis placuit, ut omnibus diebus post matutinas & vespertinas oratio dominica à Sacerdote proferatur.* Dist. 5. de Consecrat. *Id semper placuit.*

Concil. Epaon. anno 517. Can. xxvij. Ut officium Metropolitani Comprovinciales obſervent. *Ad celebranda divina officia, ordinem, quem Metropolitani tenent Provinciales eorum debebunt obſervare.*

Concil. Valentin. in Hiſpania, anno 524. Can. 1. Ut Evangelium poſt Apoſtolum legatur. *Anno decimo-quinto Theodorici Regis, ſub die 2. Nonas Decembris. In Nomine Domini Noſtri J. Ch. Valentiæ in Concilio congregati. Cùm de* ✶ *Eccleſiaſtica regula tractaremus, antiquos Canones relegentes, inter cætera hæc cenſuimus obſervandum: Ut Sacroſancta Evangelia antè munerum illationem, vel Miſſam Cathecumenorum in ordine lectionum, poſt Apoſtolum legantur: quatenùs ſalutaria præcepta Domini N. J. Ch. vel ſermonem Sacerdotis, non ſolùm fideles, ſed etiam Cathecumeni ac Pœnitentes, & omnes qui ex diverſo ſunt, audire licitum habeant. Sic enim Pontificum prædicatione auditâ, nonullos ad fidem attractos evidenter ſcimus.* ✶ Eccleſ. regulas.

Concil. Vaſenſe III. anno 529. Can. iij. Ut Kyrie eleïſon in Eccleſijs frequentiùs, & Sanctus, Sanctus, Sanctus in omnibus Miſſis recitetur. *Et quia tàm in Sede Apoſtolica, quàm etiam per totas Orientales, dulcis & nimium ſalutaris conſuetudo eſt intromiſſa, ut Kyrie eleïſon frequentiùs cum grandi affectu & compunctione dicatur: Placuit etiam nobis ut in omnibus Eccleſijs noſtris tàm ſancta conſuetudo, & ad Matutinum, & ad Miſſas, & ad Veſperam (Deo propitio) intromittatur. Et in omnibus Miſſis, ſeu in Matutinis, ſeu in Quadrageſimalibus, ſeu in illis, quæ pro defunctorum commemoratione fiunt, ſemper* Sanctus, Sanctus, Sanctus, *eo ordine quo modo ad Miſſas publicas dicitur, dici debeat: quia tam ſancta & tam dulcis & deſiderabilis vox etiam ſi die noctuque poſſit dici, faſtidium poterit generare.*

Ibid. Can. iv. Ut nomen Papæ in Eccleſijs recitetur.

Ibid. Can. v. Ut poſt *Gloria Patri*, dicatur etiam, *Sicut erat in principio.* Et quia non ſolùm in Sede Apoſtolica, ſed etiam per totum Orientem, & totam Africam, vel Italiam propter hæreticorum aſtutiam, qui Dei Filium non ſemper cum Patre fuiſſe, ſed a tempore cœpiſſe blaſphemant, in omnibus clauſulis poſt *Gloria*, *Sicut erat in principio* dicitur, etiam & nos in univerſis Eccleſijs noſtris hoc ita dicendum eſſe decrevimus.

Concil. Aurel. II. anno 533. Can. xiv. De Clericis qui officium implere deſpiciunt. *Tom.* 11.

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. xiv. Ut Miſſarum celebritas in præcipuis ſolemnitatibus horâ tertiâ inchoetur. De Miſſarum celebritate in præcipuis dumtaxat ſolemnitatibus id obſervari debet, ut horâ tertiâ Miſſarum celebratio in Dei nomine inchoetur, quo faciliùs intra horas competentes ipſo officio expedito, Sacerdotes poſſint ad veſpertina officia, id eſt, in veſpertino tempore convenire: quia Sacerdotem veſpertinis officijs ab Eccleſia talibus præterea diebus nec decet deeſſe, nec convenit.

Epiſt. 1. Vigilij Pap. in notis. In fine cujuſlibet Pſalmi dicendum, *Gloriâ Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.*

Concil. Barcin. anno 540. Can. 1. Ut Pſalmus quinquageſimus antè Canticum dicatur.

Ibid. Can. ij. Ut benedictio in matutinis Fidelibus, ſicut in veſpera tribuatur. *Tom.* 11.

Ibid. Can. iv. Ut Diaconus nisi consensu Presbyteri nullatenùs sedeat.

Ibid. Can. v. Ut Episcopo præsente, Orationes Presbyteri in ordine colligant.

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. iv. De eo quod in Sacro Calice est offerendum. *v. titul.* De Missæ Sacrificio.

Ibid. Can. vij. De Clericis qui in Oratorijs servire debent.

Ibid. Can. xxvj. De Clericis qui in potentum domibus paræcijs observant, ut à Dominis ab officio non prohibeantur. *v. tom.* 11. *in fin.*

Dist. 20. *Placuit omnibus, & Concil. Tolet.* 4. *c.* 2. * *Contrà ecclesiasticas regulas sint permixtæ.* Ruth. 2.

Concil. Bracar. I. anno 563. Can. 1. Placuit omnibus communi consensu, ut unus atque idem psallendi ordo in matutinis, vel vespertinis officijs teneatur; & non diversæ ac privatæ, neque Monasteriorum consuetudines, * cum ecclesiasticâ regulâ sint permixtæ.

Ibid. Can. ij. Item placuit, ut per solemnium dierum vigilias vel Missas, omnes easdem & non diversas lectiones in Ecclesia legant.

Ibid. Can. iij. Item placuit ut non aliter Episcopi, & aliter Presbyteri populum, sed unomodo salutent, dicentes: *Dominus vobiscum*, sicut in Libro Ruth legitur; & ut respondeatur à populo, *Et cum Spiritu tuo:* sicut & ab ipsis Apostolis traditum, omnis retinet Oriens, & non sicut Priscilliana pravitas permutavit.

Ibid. Can. iv. Item placuit ut eodem ordine Missæ celebrentur in omnibus, * quem profuturus quondam hujus Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus ab ipsa Apostolicæ Sedis auctoritate suscepit, scriptam.

* *quomodo.*

Ibid. Can. xj. Item placuit ut Lectores in Ecclesia in habitu sæculari ornati non psallant; neque granos gentili ritu dimittant.

Not. hujus Concilij. *Dominus vobiscum*, est Sacerdotalis salutatio. Granus quid? Quid in Ecclesia legi debeat? Communio à triplici loco, triplicitèr nominata. *v. tom.* 12.

Concil. Lugdun. II. anno 567. Can. vj. De Litanijs primâ Novembris hebdomadâ in omni Ecclesia celebrandis. Placuit etiam universis Fratribus, ut in prima hebdomada noni mensis, hoc est, antè diem dominicam, quæ prima in ipso mense illuxerit, Litaniæ sicut antè Ascensionem Domini Sancti Patres fieri decreverunt, deinceps ab omnibus Ecclesijs, seu Parochijs celebrentur.

Concil. Turon. II. eodem anno, Can. xvij. De observatione psallendi. Item quem pro reverentia Domini Martini, vel cultu, ac virtute, id statuimus observandum, ut tam in ipsa Basilica Sancta quàm in Ecclesijs nostris iste psallendi ordo servetur. Ut in diebus festis ad Matutinum sex Antiphonæ binis Psalmis explicentur: toto Augusto Magnificationes fiant, quia Festivitates sunt & Missæ Sanctorum; Septembri septem Antiphonæ explicentur binis Psalmis: Octobri octo ternis Psalmis: Novembri novem ternis Psalmis: Decembri decem ternis Psalmis: Januario & Februario itidem usque ad Pascha. Sed ut possibilitas habet, qui facit amplius pro se, & qui minus, ut potuerit. Superest ut vel 12. Psalmi expediantur ad Matutinum; quia Patrum statuta præceperunt ut ad Sextam sex Psalmi dicantur cum *Alleluya*, & ad 12. duodecim itemque cum *Alleluya*. Quod etiam Angelo ostendente didicerunt. Si ad duodecimam duodecim Psalmi, cur ad Matutinum non itemque vel duodecim

explicentur?

explicentur? Quicumque minùs quàm 12. psalmos ad matutinum dixerit jejunet usquè ad vesperam, panem cum aqua manducet; & non illi sit altera in illa die ulla refectio. Et qui hoc facere contempserit, unâ hebdomadâ panem cum aqua manducet, & jejunet omni die ad vesperam.

Ibid. Can. xxiij. De Hymnis recipiendis. Licet Hymnos Ambrosianos habeamus in Canone; tamen quoniam reliquorum sunt aliqui, qui digni sunt forma cantari volumus libenter amplecti; eos prætereà, quorum auctorum nomina fuerint in limine prænotata: quoniam quæ fide constiterint, dicendi ratione non obstant.

Concil. Bracar. II. Can. ix. Placuit, ut postquam omnia in Concilio Sacerdotum fuerint ordinata, illud omnibus modis observetur, ut * superventurum ipsius anni Paschâ quoto Kalendarum die, vel quotâ Lunâ debet suscipi à Metropolitano Episcopo nuntietur. Quòd cæteri Episcopi vel reliquus Clerus breviculo subnotantes, unusquisque in sua Ecclesia adveniente Natalis die Domini adstanti populo post lectionem Evangelicam nuntient, ut introitum Quadragesimæ nullus ignoret; in cujus principio convenientes in unum vicinæ Ecclesiæ per triduum cum Psalmis per Sanctorum Basilicas ambulantes celebrent Litanias. Tertio autem die celebratis horâ nonâ sive decimâ Missis, dimisso populo, præcipiant, Quadragesimæ servare jejunia, & mediante Quadragesimâ ex diebus 21. baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre.

* *Superventuri.*

Ibid. Can. xiv. Item placuit, ut quicumque in Clero cibo carnium non utuntur pro amputanda suspicione Priscillianæ hæresis, vel olerâ coctâ cum carnibus tantùm prægustare cogantur. Quòd si contempserint, secundùm quod de his talibus Sancti Patres antiquitùs statuerunt, necesse est eos pro suspicione hæresis hujus, officio excommunicatos omnibus modis removeri.

Concil. Autisiodor. anno 578. Can. iij. Vt vota & vigiliæ in Ecclesia exolvantur.

Ibid. Can. v. Vigiliæ Sancti Martini interdictæ.

Ibid. Can. viij. Quòd Multum in Altari offerre non liceat.

Ibid. Can. ix. Nè Chori & Cantica Puellarum, nec convivia in Ecclesiâ permittantur.

Ibid. Can. x. Nè in Altari ubi Episcopus Missas dixit, Presbyter illâ die Missas dicat. *v. loc. rom.* 13.

Concil. Toletanum III. anno 589. Can. ij. De Symbolo proferendo à populo in Ecclesia. Pro reverentia Sanctissimę Fidei, & propter corroborandas hominum invalidas mentes, consultu Pijssimi & Glorioſissimi Domini nostri Reccaredi Regis, Sancta constituit Synodus, ut per omnes Ecclesias Hispaniæ vel Gallacię secundùm formam Orientalium Ecclesiarum Concilij Constantinopolitani, hoc est, centum-quinquaginta Episcoporum, Symbolum Fidei recitetur, ut priusquàm dominica dicatur oratio voce clarâ à populo decantetur, quo & fides vera manifestum testimonium habeat, & ad Christi Corpus & Sanguinem prælibendum pectora populorum fide purificatâ accedant.

Concil. Narbon. anno 589. Can. ij. Ut in fine cujusque Psalmi & per intervalla majorum, dicatur *Gloria*, *&c.* Hoc itaque definitum est, ut in psallendis ordinibus, per quemque Psalmum, *Gloria* dicatur omnipotenti Deo: per majores verò Psalmos, prout fuerint prolixius pausationes fiant, & per

quamque pausationem *Gloria* Trinitatis Domino decantetur.

Ibid. Can. xv. Ut quintâ feriâ, nisi aliqua festivitas in eam incidat, feriari & cessare non liceat. *v. locum, tom.* 13.

Gregor. Magn. Pap. I. lib. iv. Epist. xliv. Quæ complectitur gesta Synodi ab illo habitę tempore Mauricij Augusti in Vrbe Roma. *Post* 4. *lineam.....* Gregorius Papa coram Sanctissimo B. Petri Corpore cum Episcopis omnibus, Diaconibus ac Romanæ Ecclesiæ Presbyteris residens, astantibus Diaconibus, & cuncto Clero, dixit: In Sancta Romana Ecclesia cui divina dispensatio præesse me voluit, dudùm consuetudo est valdè reprehensibilis exorta, ut quidam ad Sacri Altaris ministerium Cantores eligantur, & in Diaconatûs ordine constituti modulationi vocis inserviant, quod ad prędicationis officium eleemosynarumque studium vacare congruebat; undè fit plerumque ut ad sacrum ministerium dum blanda vox quæritur quæri congrua vita negligatur; & Cantor Minister Deum moribus stimulet, cùm populum vocibus delectat. Quâ in re præsenti decreto constituto, ut in hac Sede Sacri Altaris Ministri cantare non debeant, solumque Evangelicæ lectionis officium inter Missarum solemnia exolvant; Psalmos verò ac reliquas lectiones censeo per Subdiaconos, vel si necessitas fuerit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contrà hoc decretum meum venire tentaverit, anathema sit. Et respondérunt omnes, anathema sit. Verecundum mos torporem indiscretionis inolevit, ut, &c. *v. reliq. fusè, tom.* 13.

Ivo part. 79. Anf. lib. 7. c. 79.

Ejusd. Epist. ij. lib. xj. *Sermo B. Gregorij tempore mortalitatis.* Oportet, Fratres carissimi, ut flagella Dei, quæ metuere ventura debuimus, saltem præsentia & experta teneamus. Conversionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis nostri duritiam ipsa jam quam patimur pœna dissolvat. Vt enim Prophetâ teste, prędictum est: *Pervenit gladius usquè ad animam.* Ecce enim cuncta plebs cęlestis iræ mucrone percutitur, & repentinâ singuli cæde vastantur. Nec languor mortem prævenit, sed & languoris moras, ut cernitis, mors ipsa præcurrit. Percussus quisque antè rapitur, quàm ad lamenta pœnitentiæ convertatur. Pensate ergò qualis ad conspectum districti Judicis pervenit cui non vacat flere quod fecit. Habitatores quippè non ex parte subtrahuntur, sed pariter corruunt. Domus vacuæ relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt, & sui eos ad interitum hæredes præcedunt. Vnusquisque ergò nostrum ad pœnitentiæ lamenta confugiat, dum flere antè percussionem vacat. Revocemus antè oculos mentis quidquid errando commisimus: & quod nequiter egimus, flendo puniamus. *Præveniamus faciem ejus in confessione*; & sicut Propheta admonet, *Levemus corda nostra cum manibus ad Deum.* Ad Deum quippè corda cum manibus levare, est orationis nostrę studium cum merito bonæ operationis erigere, &c. *v. cætera in loc. tom.* 13.

Jer. 4.

Psal. 94.

Concil. Tolet. IV. anno 633. capitul. ij. De ordine in ministerijs, vel officijs in cunctis Ecclesijs celebrando. Post rectæ fidei confessionem quæ in Sancta Dei Ecclesia prædicatur, placuit ut omnes Sacerdotes, qui catholicæ fidei unitate complectimur, nihil ultrà diversum, aut dissonum in ecclesiasticis Sacramentis agamus, nè quælibet nostra diversitas apud ignotos seu carnales * schismatis errorem videatur ostendere, & multis existat in scandalum varietas Ecclesiarum, &c. *v. locum, tom.* 14.

* *Schismatici.*

Ibid. cap. vij. De celebrando officio in feria ſexta Paſchæ. Comperimus quod per nonullas Eccleſias in die ſextæ feriæ Paſſionis Domini, clauſis Baſilicarum foribus, nec celebratur officium, nec Paſſio Domini populis prædicatur; dum idem Salvator noſter Apoſtolis ſuis præceperit dicens: *Paſſionem & Mortem & Reſurrectionem meam omnibus prædicate.* Ideò opottet eodem die Myſterium Crucis, quod ipſe Dominus cunctis nuntiandum voluit prædicari, atque indulgentiam criminum clarâ voce omnem populum poſtulare: ut pœnitentiæ compunctione mundati, venerabilem diem Dominicæ Reſurrectionis, remiſſis iniquitatibus ſuſcipere mereamur; Corporiſque ejus & Sanguinis Sacramentum mundi à peccatis ſumamus. Marc. 16.

Ibid. cap. ix. De benedicendo Cereo & Lucerna in vigilijs Paſchæ. Lucerna & Cereus in prævigilijs Paſchæ apud quaſdam Eccleſias non benedicuntur, & cur à nobis non benedicantur? inquirunt. Propter glorioſum enim noctis ipſius Sacramentum ſolemniter hæc benedicimus, ut Sacræ Reſurrectionis Chriſti myſterium quod tempore hujus votivę noctis advenit in benedictione ſanctificati luminis ſuſcipiamus. Et quia hæc obſervatio per multarum loca terrarum, regioneſque Hiſpaniæ in Eccleſijs commendatur, dignum eſt, ut propter unitatem pacis in * Gallicanis Eccleſijs conſervetur. Nulli autem impunè erit, qui hæc ſtatuta contempſerit, ſed Patrum regulis ſubjacebit. * *Gallicanis.*

Ibid. cap. x. De dominica oratione quotidiè patenter pronuntianda. Nonulli Sacerdotum per Hiſpanias reperiuntur qui dominicam orationem quam Salvator Noſter docuit, & præcepit, non quotidiè, ſed tantùm die dominicâ dicunt. Et quia ſine intermiſſione oremus, Apoſtolus docuit, qualiter autem oremus, Chriſtus præcipit dicens: Cum oratis dicite, *Pater noſter qui es in Cælis*: Quomodo ergò quotidiè non dicitur, quod ſine intermiſſione dici jubetur? Nam in tantùm quotidiè hęc oratio dicenda eſt, quantùm & ipſo titulo utitur dum vocatur oratio quotidiana, ſic enim Sancti Patres nuncupaverunt, &c. *v. cætera.* 1. *Theſſ.* 5. *Matth.* 6.

Ibid. cap. xj. De non decantando in Quadrageſima *Alleluya.* Item cognovimus quoſdam Hiſpaniæ Sacerdotes, * qui in Quadrageſimæ diebus *Alleluya* decantant præter in ultima hebdomada Paſchæ, quod deinceps interdicimus fieri, &c. *v. locum.* * *quod.*

Ibid. cap. xij. Quòd Laudes non poſt Apoſtolum, ſed poſt Evangelium ſint dicendæ. In quibuſdam quoque Hiſpaniarum Eccleſijs Laudes poſt Apoſtolum decantantur, priuſquàm Evangelium prædicetur: dum Canones præcipiunt poſt Apoſtolum non Laudes, ſed Evangelium annuntiari, &c. *v. cætera.*

Ibid. cap. xiij. De non tenuendo pronuntiare Hymnos. De Hymnis etiam canendis & Salvatoris, & Apoſtolorum habemus exemplum: nam & ipſe Dominus Hymnum dixiſſe perhibetur, Matthæo Evangeliſtâ teſtante; *Et Hymno dicto exierunt in Montem Oliveti*: & Apoſtolus ad Epheſios ſcripſit, dicens: *Implemini Spiritu Sancto, loquentes vos in Pſalmis & Hymnis, & Canticis ſpiritualibus*, &c. *v. locum.* *De conſecrat. diſt.* 1. *de Hymnis.* Mat 26. Epheſ. 5.

Ibid. cap. xiv. De Hymno trium puerorum in cunctis Miſſarum ſolemnitatibus decantando. Hymnum quoque trium Puerorum, in quo univerſa Cæli terræque creatura Dominum collaudat, & quem Eccleſia Catholica per totum

orbem diffusa celebrat, quidam Sacerdotes in Missa dominicorum dierum, & in solemnitatibus Martyrum canere negligunt: proindè hoc Sanctum Concilium instituit, ut per omnes Ecclesias Hispaniæ vel * Galliæ in omnium Missarum solemnitate in pulpito decantetur: Communionem amissuri, qui & antiquam hujus Hymni consuetudinem nostramque diffinitionem excesserint.

* Galliæ.

Ibid. cap. xv. Quòd in fine Psalmorum *Gloria & honor Deo* sit dicendum. In fine Psalmorum, non sicut à quibusdam huc usque *Gloria Patri*, sed *Gloria & honor Patri* dicatur: David Prophetâ dicente, *Afferte Domino gloriam & honorem*: & Joannes Evangelista in Apocalypsi, *Audivi vocem cælestis dicentem, honor & gloria Deo nostro sedenti in Throno*: ac per hoc, hæc duo sic oportet in terris dici, *sicut in Cælis resonant.* Vniversis igitur Ecclesiasticis, hanc observantiam damus, quam quisquis præterierit Communionis jacturam habebit.

Psal. 28. Apoc. 5.

Ibid. cap. xvj. De discretione Gloriæ in fine Responsoriorum. Sunt quidam, qui in fine Responsoriorum *Gloria* non dicunt: propter quod interdum inconvenienter * consonat; sed hæc est discretio ut in lætis sequatur *Gloria*, in tristioribus reputatur principium.

* *resonat.*

Ibid. cap. xxxix. De discretione Presbyterorum, vel Diaconorum, ut in utroque Choro consistant.

Ibid. cap. xl. De uno orario Diaconibus utendo, nec ornato, sed puro. *v. loc. tom.* 14.

Not. hujus Concil. Tolet. IV. suprà in fine. Cap. ij. Ritus psallendi, qui & quales esse debeant? Vt unus psallendi & orandi ordo servetur in Missarum solemnibus vespertinis & matutinis officijs. *Isidorus Auctor Missalis & Breviarij, quod dicitur Mozarabe.* Sunt qui affirmant curam in hoc Concilio Sancto Isidoro Hispalensi hujus rei traditam, quia primas partes in hoc Concilio tenuit, ut Missale & Breviarium reformatum ex more Gothico omnibus Ecclesijs utendum conficeret, quod nunc dicitur Mozorabe, eò quòd Christiani inter Arabes captivitate miserabili pressi, hanc Sacrorum formam servaverint: ipsi Mixtarabi; officium ecclesiasticum Mixtarabum appellatum.

Ibid. cap. ix. Cerei Paschalis benedictio à quibus usurpata? In Cerei, novique luminis benedictione Theodorus pag. 73. sub Petro D. Ambrosius, D. Augustinus, Petrus Diaconus elaborarunt. Eam autem quâ nunc Romana Ecclesia utitur, à D. Gregorio Magno compositum, musicisque tonis ornatum ferunt.

Ibid. cap. x. Oratio Dominica in Missa est recitanda. Dominicam Orationem in Sacrificio Missæ, vel publico vel privato esse dicendam Christus docuit auct. Hieron. lib. 3. adversi. Pelagianos. Christus Apostolos suos ut quotidiè in Corpore illius Sacrificio credentes audeant loqui: *Pater noster qui es in Cælis.* Gregor. lib. 7. Epist. 63. Mos fuit (*inquit*) Apostolorum ad ipsam Orationem Dominicam immolationis Hostiam consecrare. Tertul. lib. de Oratione, cap. 9. & Ambrosius de Sacramento, cap. 4. August. serm. verb. Domini 28.

Ibid. cap. xj. *Alleluya* quandiù in Ecclesia decantatum fuerit? Erat *Alleluya* carmen musicum rusticorum, & cùm operi aggressi incumberent, *Alleluya* cantabant, indè in tonis musicis Ecclesiæ usurpatum; verùm apud nos secun-

dùm antiquam Hiſpaniarum traditionem, præter dies jejuniorum, vel Quadrageſimæ, omni tempore canitur *Alleluya.*

Ibid. Cap. xij. Canticum trium Puerorum poſt Miſſam dicendum. Laudes vocat Hymnum 3. Puerorum, de quo infrà cap. xiv. Berno Abbas facit Gregorium primum auctorem Hymni 3. Puerorum dicendi in fine Miſſæ. Eſtque Hymnus vox Græca, Laudes ſignificat: undè illud Hymno dicto Matth. 26. quo laudes Deo decantatas poſt cibum ſignificat. Hodiè dicto Evangelio, dicitur à Sacerdote, *Laus tibi Chriſte*; verùm Laudes more Romano, poſt Epiſtolam leguntur.

Ibid. cap. xiij. Hymni antiquitùs in Eccleſia decantati. Hymnos componere & canere in Eccleſia antiquis Chriſtianis in more fuit poſitum, teſte Filo Judæo, lib. de ſupplicium virtutibus. Euſeb. lib. 2. Hiſtor. cap. 16. Dionyſ. Areopagit. de divinis nominibus, cap. 4. Sacratiſſimum Corpus B. Mariæ Virginis cum Hymnis delatum ſcribit Nicephorus, lib. 2. cap. 22 In Concil. Antiocheno antè annos mille & trecentos damnatus eſt Paulus Samoſatenus, qui Pſalmos & Hymnos in honorem Chriſti decantatos exploſit & ejecit, &c. Et alij Teſtes.

Ibid. cap. xv. Hymnus *Gloria Patri, & Filio, &c.* à quo inſtitutus? In fine Pſalmorum, de uſu illo *Gloria Patri, & Filio, &c.* ſuprà dictum, verùm ſunt qui dicant à Flaviano Antiocheno, adjutore Chriſoſtomo, compoſitum, ut Nicephor. lib. 9. cap. 24. & 18. cap. 51. & à Catholicis Græcis, in fine Pſalmorum decantari, aliter ab Arianis. Sozomenus lib. 3. cap. 20. & Theorus lib. 2. cap. 24. & alij multi.

Ibid. cap. xxxix. Eccleſia dividitur in Stationes & Choros. Diviſam eſſe Eccleſiam in ſtationes & Choros, patet in Conc. Turon. II. Can. iij. ubi præcipitur ut Laïci ſecùs Altare, quo Sancta Myſteria celebrantur inter Clericos, tàm ad vigilias, quàm ad Miſſas ſtare penitùs non præſumant; ſed pars illa, quæ à Cancellis versùs Altare dividitur Choris tantùm pſallentium pateat Clericorum: ad orandum verò & communicandum, Laïcis Viris & Fœminis, ſicut mos eſt, Sancta Sanctorum pateant.

Concil. Emerit. anno 666. cap. ij. De veſpertini officij ſervando ordine. *Sicut in fide ſancta noſtra eſt unanimitas, ita pro ſancto Dei officio debet eſſe intentio ſumma. Oportet igitur, ut ſicut in alijs Eccleſijs, veſpertino tempore poſt lumen oblatum, priùs dicatur veſpertinum, quàm ſonum in diebus feſtis: ita & à nobis cuſtodiatur in Eccleſijs noſtris. Si quis hunc ordinem minimè cuſtodierit in ſua Eccleſia, cunctoſque ad ſe pertinentes non inſtruxerit, ut bonum hujus operis agant: dùm tale ad Metropolitani pervenerit aures, & fuerit res convicta, excommunicationis ſe noverit ferìri ſententiâ.*

Ibid. cap. iij. Quid ſit obſervandum tempore quo Rex in Exercitu progreditur, pro Regis gentiſque aut patriæ ſtatu atque ſalute. *Quantùm cum Dei juvamine ratio competit, ut rectitudinis regula ponatur in eccleſiaſtico ordine, tantùm neceſſarium eſt ea excogitare & ordinare, quæ Clementiſſimo Domino noſtro Receſvintho Regi, fideliumque ſuorum genti aut patriæ debeant proſperitatem afferre.* v. loc. tom. 15. & tit. de Imperatoribus, Regibus & Reginis.

Concil. Tolet. XI. anno 675. capitul. iij. Ut in una Provincia diverſitas officiorum non teneatur. *De his qui contra Apoſtoli voluntatem circumferuntur*

Ephes. 4. Dist. 12. de his qui de hac etiam rev. Conc. Tolet. 4. c. 2.

omni vento doctrinæ, placuit huic Sancto Concilio ut Metropolitanæ Sedis auctoritate coacti, unusquisque Provinciæ Pontifices, Rectoresque Ecclesiarum, unum eumdemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana Sede cognoverint institutum: nec aliquâ diversitate cujusque ordinis vel officij à Metropolitana se patiantur Sede disjungi, &c. v. totum, tom. 15.

Capitular. Gregorij Pap. II. datum Martiniano Episc. & Gregorio Presbyt. &c. Capitular. ij. *Ut * loco singularum Ecclesiarum * prævidentes, quomodo unusquisque Sacerdos seu Minister erga Ecclesiam debeat conservare, ut qualiter sacra Missarum solemnia, sive diurnarum atque nocturnarum horarum officia, sive etiam lectionem sacrorum novi atque veteris Testamenti ordinabilia prædicamenta studeat secundùm traditum Apostolicæ Sedis antiquitatis ordinem * disponetis.*

* *Lege* loca.

* *Lege* providentes.

* *Lege* disponatis.

Concil. Tolet XVII. anno 694. Tituli sententiarum quæ in veteribus exemplaribus Conciliorum non habentur. Titul. xvj. De Laïcis qui in solemnitatibus majoribus ad Civitatem non concurrunt.

Ibid. titul. xvij. De Clericis qui ab Ecclesiæ officio diebus solemnibus desunt.

Ibid. titul. xviij. De Levitis, nè sine jussu Presbyteri sedeant. *v. locum, tom.* 17.

Concil. Cloveshoviæ II. anno 747. capitul. xj. Vt omnes Presbyteri uno modo sua ministeria peragant.

Ibid. cap. xij. Item ut Presbyteri simplici voce & modestâ, sancta canant in Ecclesijs. Duodecimo adjunxerunt edicto, ut Presbyteri sæcularium Poëtarum modo in Ecclesia non garriant, nè tragico sono sacrorum verborum compositionem ac distinctionem corrumpant vel confundant, sed simplicem sanctamque melodiam secundùm morem Ecclesiæ sectentur: qui verò id non est idoneus assequi, pronunciantis modo simpliciter legendo, dicat atque recitet quidquid instantis temporis ratio poscit; & qui Episcopi sunt, non præsumant. Intereà quoquo Presbyteri, de his quæ propria sunt Episcoporum in quibusdam ecclesiasticis officijs, nihil omninò tentent & præsumant agere.

Ibid. cap. xv. De septem Horis Canonicis. Quintodecimo definierunt Capitulo, ut septem Canonicę orationum diei & noctis Horæ diligenti curâ cum Psalmodia & Cantilena sibimet convenienti observentur. *v. locum.*

Ibid. cap. xvj. De diebus Litaniarum.

Ibid. cap. xvij. De festivitate colenda S. Gregorij & Augustini.

Ibid. cap. xviij. De Jejunio quarti, septimi & decimi mensis.

Ibid. cap. xxvij. De Sanctæ Psalmodiæ utilitate. Vicesimo-septimo, multa de his, qui sive sanctam Psalmorum, ac spiritualem Cantilenam utiliter, sive de his qui negligenter præsumunt agere. Multa differentes in hunc modum: *Psalmodia*, inquiunt, *opus divinum spiritu & mente agentibus magnum est ac multiplex animarum medicamentum suarum.* Voce hac sine sensu cordis canentibus sonitum ad cujus rei facere simillimum est: undè quamvis psallendo latina quis nesciat verba, suas tamen cordis intentiones, ad ea quę in præsenti poscenda sunt à Deo suppliciter referre, ac pro viribus detinere debet. Nam Psalmi Spiritu Sancto jam olim ad solatium generi humano per os Prophetæ prolati, &c. *v. totum fusè.*

Psalmodia quid.

Pauli Pap. I. Epist. ix. ad Pippinum Regem. Il traite de quelques Moines envoyés à Rome pour âprendre le chant de la Psalmodie.

Concil. Calchut. anno 787. capitul. vij. Vt curſus fiat in Horis Canonicis. Septimo capitulo: ut omnes Eccleſiæ publicæ Canonicis Horis curſum ſuum cum reverenria habeant.

Canones eccleſiaſtici promulgati à Sancta Synodo Nicæna ſecundò habita, anno 787. xiv. Quòd non oporteat ſine manûs impoſitione legere in collecta ſuper ambonem. *Tom. 19. in fine.*

Capitulare Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. capitul. lxxx. Monachi ut cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale vel graduale officium peragant, ſecundùm quod bearæ memoriæ Genitor noſter Pippinus Rex decertavit ut fieret, quando Gallicanum cantum tulit, ob unanimitatem Apoſtolicæ Sedis, & Sanctæ Dei Eccleſiæ pacificam concordiam. *Lib. 1. c. 80.*

Concil. Francoford. anno 794. Can. 50. Vt poſt Miſſarum ſolemnia pax invicem detur. Vt confectis ſacris Myſterijs in Miſſarum ſolemnijs omnes generaliter pacem ad invicem præbeant.

Ibid. Can. 51. Vt nomina antè oblationem non recitentur. De non recitandis nominibus antequàm oblatio offeratur.

Ibid. Can. 52. Quòd non in tribus tantùm linguis orandus ſit Deus. Vt nullus credat, quòd nonniſi à tribus linguis Deus orandus ſit: quia in omni lingua Deus adoratur, & homo exauditur ſi juſta petierit.

Caroli Magni Capitulare Epiſcoporum, cap. viij. Vt officia divina competentibus horis non prætermittant. Ut omnes Sacerdotes horis competentibus diei & noctis ſuarum ſonent ſigna Eccleſiarum, & ſacra Deo celebrent officia, & populos erudiant, quomodo, aut quibus Deus adorandus eſt horis.

Capitulare Dominicum, anno Incarnationis D. N. J. Ch. 805. ad Theodonis Villam, anno Imperij Caroli 5. 1. De lectionibus. Ut lectiones in Eccleſia diſtinctè legantur.

Ibid. ij. De cantu. Vt cantus dicatur, & ſervandum ordinem & morem Romanæ Eccleſiæ fiat; & ut Cantores de metis revertantur.

Brevis Capitulorum ejuſdem, quibus Epiſcopos & Abbates volebat admonere. xj. Quam utilitatem conferat Eccleſiæ Chriſti, quod is qui Paſtor, vel Magiſter, nec cujuſcumque venerabilis loci eſſe debet, magis ſtudet in ſua converſatione habens multos, quàm bonos, & non tantùm probis, quàm multitudine hominum delectatur: plus ſtudet in ſuis Clericus, vel Monachus, benè cantet & legat, quàm juſtè & beatè vivat. Quamquam non ſolùm minimè in Eccleſia conremnenda ſit cantandi vel legendi diſciplina, ſed etiam omnimodis exercenda: ſed ſi utrumque cuilibet venerabili loco accedere non poteſt, tolerabilius tamen ferenda nobis videtur imperfectio cantandi, quàm vivendi.

Concil. Aquiſgran. anno 816. cap. cxxvj. Quâ auctoritate Horæ Canonicæ celebrentur, quas ſcire ac religiosè obſervare Canonicos oportet. Horam Tertiam, Sextam, & Nonam Daniël & tres Pueri ſupplicationibus devoverunt. Scilicet ut ab ortu diei in tempus ſupplicationis, tres Horę porrectæ, Trinitatis nobis reverentiam declarant: pariter à tertia & ſexta uſque indè ad nonam, per lucis intervalla ratis dimenſionibus terminata, Trinitas ter in die roga, coleretur, &c. *v. totum, tom. 20.* *Ex lib. offic. Iſidori lib. 1. c. 19. Dan. 6.*

Ibid. cap. exxvij. De veſpertinis. Veſpertinum diurni finis officium, & alternæ lucis occaſus eſt. Cujus ex veteri Teſtamento ſolemnis eſt celebratio, &c. *v. locum.* *Ibid. 20. Exod. 9.*

Ibid.c.21. Ibid. cap. cxxviij. De completis autem celebrandis, id etiam in Patrum in-
Psal.131. venitur exemplis; David Prophetâ dicente: *Si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino tabernaculum Deo Jacob.* Quis non stupeat tantam in Dei amore animi devotionem, ut somnum sibi, sine quo utique corpora humana deficiunt, penitùs interdixerit donec locum ac Templum Domino fabricandum in pectore suo Rex & Propheta reperiret? Quæ res nos debet fortiter admonere, ut si ipsi locus Domini esse volumus, & tabernaculum ejus, aut templum cupimus haberi, in quantùm possumus exempla Sanctorum imite-
Psal.75. mur, nè de nobis dicatur quod legitur: *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.*

Ibid.c.22. Ibid. cap. cxxix. Antiqua est vigiliarum devotio, familiare bonum omnibus Sanctis. Isaias denique Propheta exclamat ad Dominum dicens: *De nocte vigilat spiritus meus, ad te Deus, quâ lux præcepta tua sunt super terram.* Item
Isai. 26. Psal.118. David, & regio & prophetico sanctificatus unguento ita canit: *Mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi judicia justitiæ tuæ.* Hoc namque tempore vastor Angelus transiens primogenita Ægyptiorum percussit, &c. *v. locum.*

Ibid.c.23. Ibid. cap. cxxx. De matutinorum antiquitate & auctoritate testis est idem
Psal. 62. David Propheta, dicens: *In matutinis meditabor in te, quia fuisti adjutor meus.*
Psal.118. Et alibi: *Prævenerunt oculi mei ad te diluculo ut meditarer eloquia tua.* Cassianus
De instit. Cœnob l. 3. cap. 4. autem dicit: matutinæ solemnitatis officium, novo adhuc tempore institutum primitùs, in Bethleem Monasterio, ubi D. N. J. Ch. pro redemptione humanæ salutis ex Virgine nasci dignatus est, &c. *v. locum.*

Ibid. cap. cxxxj. Studeant Summoperè Canonici prædictas horas vigilantissimâ curâ custodire, & in his divinum officium humiliter ac devotè persolvere. *v. totum susè.*

Ibid. cap. cxxxij. Quòd cantantibus & psallentibus Domino Angelorum adsit præsentia. Psallentium in Ecclesia Domino mens concordare debet cum voce, ut impleat illud Apostoli: *Psallam spiritu & mente.* Quoniam quamvis ubique Dominum per potentiam divinitatis noverimus esse, præcipuè tamen cum cum divino assistimus officio. *v. totum susè, eod. tom.* 20.

Conventus Aquisgran. anno 817. capitul. xlvj. De præcipuis solemnitatibus Sanctorum, ut plenarium in eis officium fiat. Ut in præcipuis solemnitatibus, id est, in Natale & in Octavis Domini, in Epiphania, in Pascha quoque, & in Ascensione Domini, in Pentecoste, & in Sanctorum festivitatibus, id est, S. Stephani, & B. Joannis Evangelistæ, & in Natale Infantium, in Purificatione & Assumptione B. Mariæ, similiter & in Beatorum Apostolorum festis, & in S. Joannis-Baptistæ Nativitate, S. quoque Laurentij atque Martini, seu in Natalitijs cujuslibet Sancti, cujus honor in qualicumque Parochia specialiter celebratur, plenarium officium agatur, & bis reficiatur.

Ibid. cap. xlvij. de jejunio Paraseeve. Ut in Paraseeve non aliud nisi panis & aqua sumatur.

Ibid. cap. xlviij. De benedictione post completorium dicenda. Ut benedictio post completorium à Sacerdote dicatur.

Ibid. cap. L. De specialibus Psalmis pro eleemosynarijs & defunctis cantandis. Ut prætermissis partitionibus Psalterij, Psalmi speciales pro eleemosynarijs & defunctis cantentur.

Ibid. cap. lj. De Pentecoſte, ut per hebdomadam non flectantur genua, neque jejunetur, niſi dies jejunij extiterint. Ut in hebdomada Pentecoſtes non flectantur genua, & non jejunetur, niſi ſtatuti fuerint dies jejunij.

Ibid. cap. lxvj. De Pſalmo invitatorio, & *Gloria Patri* pro defunctis non cantandis. Ut Pſalmus Invitatorius, & *Gloria* pro defunctis non cantetur.

Ibid. cap. lxvij. De Lectore, ut ſtans benedictionem petat. Ut Lector ſtando benedictionem poſtulet.

Ibid. cap. lxix. Quòd ad Capitulum primò Martyrologium legendum ſit, & Verſus poſteà dicendus, indè Regula. Ut ad Capitulum primitùs Martyrologium legatur, & dicatur Verſus, deindè Regula, aut Homilia quælibet legatur, deindè, *Tu autem Domine*, dicatur.

Ibid. cap. lxx. De lectione in Capitulo exponenda. Ut ad Capitulum lectio tradatur, ſimiliter ad conſolationem, ſi tempus fuerit opportunum.

Ibid. cap. lxxiij. De anniverſaria die pro defuncto Abbate celebranda. Ut pro Abbate defuncto anniverſarium fiat officium.

Ibid. cap. lxxiiij. De eo ut ad Miſſam inclinati *Sanctus* dicant, & ad *Pater noſter* genu flectant. Ut ad Miſſam, *Sanctus*, ſtantes. & *Pater noſter* genu flectentes dicant. *v. titul. de Monachis & Monialibus.*

Concil. Aquiſgran. II. anno 836. cap. ij. De ſcientia Epiſcoporum. De veſpertinalibus in vigilijs Paſchæ celebrandis. *Veſpertinales quoque in vigilia Paſchæ, melius celebrandæ ſunt, propter lætitiam Reſurrectionis Domini, quàm dimittendæ.*

Ibid. cap. x. Vt Litania major more Romano celebretur. *De Litania quoque majore, atque de Rogationibus ventilatum eſt: ſed omni conſenſu ab omnibus electum atque decretum, juxtà morem Romanum vij. Kalendas Maij illam celebrationem ſecundùm conſuetudinem noſtræ Eccleſiæ non omittendam.* De vita contemplat. lib. 6. c. 74.

Homil. Leon. Pap. IV. in prima pag. *Omni nocte ad nocturnas horas ſurgite, curſum veſtrum horis certis decantate.*

Hincmar. Archiepiſc. Rhem. Capitula ad Parochiæ ſuæ Presbyteros, anno 852. ix. De matutinali officio & horis explendis. *Manè matutinali officio expleto, penſum ſervitutis ſuæ canendo Primam, Tertiam, Sextam, Nonamque perſolvat: ità tamen ut poſteà horis competentibus juxtà poſſibilitatem, aut à ſe, aut ab Eccleſiaſticis publicè compleatur. Deindè peractis Miſſarum ſolemnijs, & Feſtis infirmis viſitatis, ad opus rurale, & quod ſibi competit exeat jejunus: ut iterum neceſſitatibus peregrinorum hoſpitum, ſive diverſorum commeantium, infirmorum quoque defunctorum ſuccurrere poſſit, uſquè ad ſtatutam horam pro qualitate temporis & opportunitate.* Ivo part. 5. c. 181. ex Conc. Namnet. de celeb. Miſſ. c. 1. ex Agathenſi.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. anno 859. capitul. liv. Vt ſigna pulſentur horis canonicis, & ut nullus ſe per ambitionem alteri præfetat, ſed omnes agnoſcant tempus ſuæ ordinationis.

Ibid. cap. xciv. De Litania Romana vij. Kal. Maij ut rememoretur. De diebus Rogationum, ut revetenter ac ſtudiosè abſque turpibus jocis & verbis celebrentur, ut nullus in eis prandia, comeſſationes, diverſaſque potiones per diverſa loca facere præſumat.

Ibid. cap. xcvj. De lectionibus vigiliæ Paſchæ & Pentecoſtes.

Ibid. cap. xcvij. De octo diebus Paſchæ, qualiter feriari debeant.

Ibid. cap. cxiv. *Quando populus ad Ecclesias venerit per dies solemnes, aut communiter* Kyrie eleison *cantent, aut singulariter orationem dicant. Et in Ecclesia cum silentio stent, & pro se, & pro omni populo Dei orent. Corda semper ad Cælum habentes erecta; & moneantur ut luminaria, incensum, & buccellas, & fru-*
Proverb. 3. *ctuum primitias afferant, sicut scriptum est:* Honora Dominum de tua substantia. *Et in eisdem sanctis diebus, nec in plateis, nec in domibus cantica turpia, vel luxuriosa, saltationes, vel lusa faciant diabolica; sed aliquem sapientem & bonum hominem conveniant, & ibi bonis lectionibus, quæ ad animæ salutem pertinent intendant. Revertentes de Ecclesia similiter cantent, & eorum Pastores exeuntes vel redeuntes ad campos, ut vera christianitas in eis agnoscatur.*

Ibid. cap. cxxxvj. Laïcus non debet in Ecclesia publicè lectionem recitare, nec *Alleluya*, sed Psalmos & Responsoria.

Concil. Saltzburg anno 1281. capitul. xvj. De Psalmo, *Domine quid multiplicati sunt*, &c. *Item reminiscens Moysi Servi Domini, qui hostes populi sui, &c.* Tom. 28.

Concil. Saltzburg. anno 1386. cap. 1. De modo dicendi horas canonicas. *Quia, ut accepimus, Clerici diversi, diversi modo in horis canonicis, &c.* v. tom. 29.

Concil. Basileense, anno 1431. Sess. xxj. Quomodo divinum officium in Ecclesia celebrandum sit? *Si quis Principem sæculi rogaturus habeat honesto, &c.*

Ibid. Quo tempore quisque debet esse in Choro? *Qui in matutinis antè finem Psalmi* Venite exultemus, *&c.*

Ibid. Qualiter horæ canonicæ extrà Chorum dicendæ sint? *Quoscumque etiam alibi beneficiatos, seu in Sacris constitutos, &c.*

Ibid. De his qui tempore divinorum vagantur per Ecclesiam, &c. *Quicumque in Ecclesia beneficiatus præsertim, &c.*

Ibid. De tabula pendente in Choro. *Ut cuncta in domo Dei ordinatè procedant, & quilibet sciat quid agendum imminet, &c.* v. locum, tom. 30.

Concil. Turon. anno 1448. cap. 1. De reformandis moribus Ecclesiæ. *Quilibet Sacerdos singulis diebus non solemnibus, dicat officium mortuorum, ad minus cum tribus lectionibus, maximè cum pro fidelibus defunctis celebrabit: quia sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.*

Ibid. cap. ij. *Distributiones quotidianæ & anniversariæ in Ecclesijs Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis. pro intereſſentibus personaliter horis & anniversarijs, non dentur absentibus; ita quod qui non laborat, non manducet.*

Ibid. cap. iij. *Nullus Canonicus, aut aliqua Persona Ecclesiastica in diversis Ecclesijs pro eadem hora distributiones recipiat.*

Ibid. cap. iv. *Præsentes horis canonicis silentium teneant, lectionibus diligenter intendant, orationes devotè audiant, nec bini & bini in Choro horas ipsas dicere præsumant.*

Ibid. cap. v. *Ludos noxios & scandalosos omnibus quidem, sed Clericis præsertim prohibemus.*

Ibid. cap. vj. *Prædicatores cujuscumque gradus vel conditionis existant, non in erectis ad hanc rem theatricis, sed locis Deo dicatis cum omni reverentia & humilitate verbum divinum annuntient. Nec Sacerdotes, nisi in locis consecratis Missas celebrent.*

Concil. Tolet. ad reformandos Cleri, populique mores, anno 1473. Con-

ſtitutio ad removendos abuſus. Cap. xxvij. De Sacerdotibus horas canonicas negligentibus. *Ad hæc cum beneficia propter officia juxtà Patrum Sanctiones, &c.* v. tom. 34.

Concil. Sueſſion. anno 1527. pro reformatione Eccleſiæ. Admonitiones aliquot errorum, cap. xvij. Pſalmodia maturè & cum diſtinctione peragatur: ac muſicus cantus, organorumque modulatio ad devotionem excitans, non ad laſciviam in Eccleſijs exhibeatur. *Et cum in Eccleſijs Dei Pſalmodia cantanda præcipiatur, &c.*

Ibid. cap. xviij. De horis canonicis debitè, reverenter, & honeſtè in Eccleſia decantandis, diſtincto tempore & pulſu.

Ibid. cap. xix. De ijs integrè & maturè legendis à viris Eccleſiaſticis, ſine aliquo levitatis aut irreligioſitatis exemplo. *Admonemus beneficiatos, & alios in Sacris Ordinibus, &c.*

Ibid. cap. xx. De tabula officiariorum in Choro ponenda, & tempore ingreſſus in Chorum, cùm divinum celebratur officium. *Conſtituatur tabula in Choro in qua quid per unumquemque ex Canonicis, &c.* v. locum, ſub fin. tom. 34.

Concil. Colonienſe, anno 1536. pars ſecunda, cap. 1. De officio privato ac publico, vitaque ac moribus Clericorum generatim. *Qui exactè volet cognoſcere Clericorum officium & vitam, &c.* Tom. 35.

Ibid. cap. ij. Undè Clerici appellatio derivata? *Neminem fugit, undè Clerici appellatio derivata ſit, nempè à* κληρος, *quod ſortem ſonat, &c.*

Ibid cap. iij. Clericum ſuo officio intentum eſſe oportere. *Omnis mali ſeminarium cupiditas ſemper fuit, &c.*

Ibid cap. iv. Duplex Clericorum miniſterium. *Clericis & in primis Eccleſiæ Presbyteris duplex miniſterium, divinis & humanis legibus injunctum, &c.*

Ibid. cap v. Biblia à Clericorum manibus nunquam deponenda. *Hic ſatis eſt admonuiſſe omnes pariter Eccleſiaſticis, &c.* v. titul. de vita & honeſtate Clericorum.

Ibid. cap. vj. De horarijs precibus in dies perlegendis, & reformandis breviarijs. *Veteris ergò inſtituti, quo ſancitum eſt, ut, &c.*

Ibid. cap. vij. Pro cujuſlibet affectu non facilè novandum quid in eccleſiaſtico officio, &c. *Sunt in Clero zelum quidem Dei habentes, ſed non ſecundùm ſcientiam, &c.*

Ibid. cap. viij. Quo affectu horarias preces perſolvere oporteat? *Non ſufficerit autem preces iſtas horarias utrumque præmurmuraſſe, &c.*

Ibid. cap. ix. Summâ devotione Miſſæ Sacrum celebrari oportere. *Jam ſi tanto mentis ardore qualibet præces dicendæ, &c.*

Ibid. cap. x. Arguuntur, qui pollutâ mente ad Altare Domini accedunt. *Torrea, nec immeritò, nos ſermo dominicus, qui vetat nos Sanctum dare canibus, &c.*

Ibid. cap. xj. Revidenda Miſſalia ac Breviaria. *Peculiaria Miſſarum argumenta, recens præter, &c.*

Ibid. cap. xij. Quæ omitti, aut decurtari, vel organorum vel cantorum concentu haud debeant? *Jam & illud non rectè fit in quibuſdam Eccleſijs, &c.*

Ibid. cap. xiij. Quemadmodum Miſſa legenda? *Qui legit Miſſam cum reverenda modeſtia, clarè, diſtinctè, &c.*

Ibid. cap. xiv. Quid post elevationem Eucharistiæ agendum? *Post elevationem consecrati Corporis & Sanguinis Dominici, &c.*

Ibid. cap. xv. Organorum melodia, quemadmodum temperanda? *Melodia organorum in Templis sic adhibebitur, ne lasciviam magis quàm devotionem excitet, nevè præter hymnos divinos, ac cantica spiritualia quidquam resonet ac repræsentet.*

Ibid. cap. xvj. Singulis diebus dominicis, quæ ipsis peculiaria sunt officia dicenda. *Mos inolevit non admodùm improbandus, ut, &c.*

Ibid. cap. xvij. Confessio Missæ præambulum, devotè recitanda. *Confessio illa, Missæ præambulum devotè cum Ministris, &c.*

Ibid. cap. xviij. Cur Sacerdos in Altari Ministrum habeat? *Nec sine magna ratione in Concilio Toletano constitutum fuit, ut, &c.*

Ibid. cap. xix. Omnis cultus divinus summâ cum veneratione peragendus? *In summa cultus divinus, quem Sacerdos in domo Dei exhibet, &c.* v. totum, tom. 35.

Ibid. pars nona. Cap. vij. Litaniæ & Rogationes cur institutæ, & quomodo populus admonendus sit? *Litanias, id est Supplicationes seu Rogationes, &c.*

Ibid. cap. viij. Processiones intrà cepta Ecclesiarum peragendæ. *Quod Possessiones per agros & campos peraguntur, &c.*

Ibid. cap. ix. Admonendus populus cur feriæ institutæ. *Diligenter quoque populus admonendus est cur, &c.*

Ibid. cap. x. In ferijs soli Deo vacandum. *Quamobrem cupimus hisce diebus prohiberi nundinas, &c.*

Ibid. cap. xj. Dies dedicationis Templi extrà Coloniam, uno die ubique celebrandus. *v. cætera, eod. tom. 35.*

Statuta Synodi Diœcesanæ Augustensis, anno 1548. titul. xxiij. De consecratione, benedictione, & cæremonijs ecclesiasticis. *Prælatis nostræ Diœcesis, Virgines, Ecclesias, Altaria, &c.*

Ibid. titul. xxiv. *De diebus festis feriandis nihil innovare volentes, &c.* eod. tom. 35.

Ibid. titul. xxv. Ut Oratio Dominica, Angelica, Salutatio, & Symbolum Apostolorum omnibus æqualiter dicantur. *Cum post innumeras innovationes nostras, nostrâ tempestate, &c.*

Edicta Synodi Diœcesanæ Treverensis, anno 1548. De altero medio ad consequendam reformationis executionem. De officiorum perfunctione medio tertio. III. Non licere Prælatis officia sua pro pecunia pacta alicui committere. *Similiter ad tollendum gravem & scandalosum abusum, &c.*

Ibid. Censuræ & Decreta, &c. cap. xxij. De Processionibus in quibus Sacra Hostia cum Imaginibus Sanctorum circumfertur. *Nihil propè tam sanctum est, quòd sæcularium hominum, &c.*

Ibid. cap. xxiij. De stationibus & supplicationibus. *Quantum in processionibus festivis peccat turba populi, &c.*

Ibid. cap. xxiv. Ut distributionum non sint participes qui officijs integris non interfuerint.

Ibid. cap. xxv. De Processionibus ruralibus, &c. *v. locum, eod. tom. 35.*

Concil.

Concil. Mogunt. anno 1549. capitul. xxxix. De benedictione ſalis, aquæ, & aliarum rerum, quæ per exorciſmos & orationes ad uſum fidelium præparantur. *Veterem morem in Eccleſia ſequimur, dum ſalem, aquam, &c.*

Item de Ceremonijs.

Ibid. cap. liij. De Horis Canonicis. *Et ut ab hac retinendæ in verbo Dei, &c.*

Ibid. cap. lxij. De ſacris libris recognoſcendis & repurgandis. *Cùm etiam libros Miſſales, Antiphonarios, agendas, &c.*

Ibid. cap. lxiij. De examine Prælatorum. *Cùm his, qui ad Prælaturas Eccleſiarum provehuntur, &c.*

Ibid. cap. lxxj. Ut Præpoſiti, Decani, Scholaſtici, Cuſtodes, & Cantores apud Eccleſias ſuas reſideant.

Ibid. cap. lxxij. De modo deſerviendi quotidianas diſtributiones.

Ibid. cap. lxiij. Otioſas deambulationes in Eccleſijs inter divina prohibendas.

Concil. Treverenſe, anno 1549. cap. vj. De Horis Canonicis.

Ibid. cap. vij. De his qui dùm Sacra fiunt per Templa vagantur, profana miſcentes colloquia.

Ibid. cap. viij. Quo tempore quiſque in Choro eſſe debeat.

Ibid. cap. ix. De Miſſæ officio ritè peragendo.

Ibid. cap. x. De moderandis ferijs. *eod. tom. 35.*

Concil. Mediolan. anno 1565. Conſtitutionum pars ij. De Horis Canonicis non intermittendis.

Ibid. Qui libri potiſſimùm à Clericis legendi? *v. totum, tom. 36.*

Ibid. De Muſica & Cantoribus.

Ibid. Quando & quomodo ad divina officia conveniendum?

Item. Quomodo verſandum in Choro?

Item. Quando à Choro recedendum?

Item. De Miſſa ſolemni. *v. locum.*

Concil. Mediolan. V. anno 1579. Conſtitutionum pars tertia. Quæ ad divina officia pertineant? *eod. tom. 36.*

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. Quæ ad Confratrias, piavè loca pertinent? *v. loc in fin. tom. 36.*

Concil. Aquileienſe, anno 1596. iv. De divinis officijs. *v. locum.*

DE PASCHATE, ET ALIIS FESTIS.

CANON. APOSTOLORUM, Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ, &c. *Est Canon viij. Apost. ex vers. Dion. Exig.* Si quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus sacri Paschæ diem antè vernum æquinoxium cum Judæis celebraverit, deponatur.

Epistola Thelesphori Papæ, tit. 1. Ut septem hebdomadas antè Pascha Clerici à carne jejunent, nec admittant Laïcos in accusationibus suis. *v. loc. tom. 1. pag. 206.*

Concil. Eliberit. anno 305. capitul. xliij. De celebratione Pentecostes. *Pravam consuetudinem emendari placuit juxtà auctoritatem Scripturarum, ut cunctis diem Pentecostes post Pascha celebremus; non Quadragesimam, nisi Quinquagesimam. Qui non fecerit, novam hæresim induxisse notetur.*

Concil. Arelat. I. anno 340. Can. 1. Ut uno die & tempore Pascha celebretur. *v. locum, tom. 2. pag. 28.*

Concil. Antioch. anno 340. Can. 1. De his qui contrà gerunt his, quæ regulariter de Pascha statuta sunt in Nicæno Concilio. παντὶς τοῖς τολμῶσιν, &c. *Omnes qui audent dissolvere definitionem sanctæ & magnæ Synodi, quæ Nicææ congregata est, in præsentia Religiosissimi Imperatoris Constantini, de Festo S. salutiferi Paschatis excommunicatos & Ecclesiâ ejectos esse statuimus, &c.* v. loc. in fin. 2. tomi.

Concil. Rom. III. anno 325. titul. 1. De Paschatis solemnitate. *eod. tom. 2. sup.*

Concil. Carthag. III. anno 397. Can. 1. Ut Comprovinciales Episcopi, de Pascha suum inquirant Primatem. *Placuit ergò in principio propter errorem, qui sæpè solet oriri, ut omnes Africanæ Provinciæ Episcopi observationem Paschalem ab Ecclesia Carthaginensi curent accipere.*

Ibid. Can. xlj. Ut per singulos annos convenientes Episcopi ad Concilium, & jam de Paschali solemnitate à Primate suo informentur. *Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt: Quoniam de Concilio quædam tractata noscuntur, adjicimus etiam de die Paschæ nobis esse mandatum, ut de Ecclesia semper Carthaginensi (sicut prædictum est) instruamur, & non sub angusto temporis spatio. Aurelius Episcopus dixit: Si Sanctitati vestræ videatur, quoniam nos spopondisse (jam superiùs meminimus) ut singulis quibuscumque annis ad tractandum conveniamus, & cùm convenerimus in unum, tunc divulgabitur sanctius dies Paschæ per Legatos, qui fuerint in Concilio. Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt: Nunc de præsenti cœtu petimus, ut litteris Provinciam nostram de hac die informare dignemini. Aurelius Episcopus dixit: ita fiat necesse est.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. capitul. lxv. De Paſcha ſuo tempore celebrando. *Paſchæ ſolemnitas uno die & tempore celebranda.*

Concil. Carthag. V. Can. vii. De tempore Paſchali ſeu Concilij. *Placuit ut dies venerabilis Paſchæ, formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur.* vide.

Epiſt. xj. Innocentij Papę ad Aurelium. *Tom.* 3.

Concil. Africanum, anno 424. Can. xviij. Ut de Eccleſia Carthaginis dies Paſchæ nuntietur. *Honoratus & Urbanus Epiſcopi dixerunt: Quoniam de commonitorio noſtro omnia cractata noſcuntur, addimus etiam de die Paſchæ nobis eſſe mandatum, ut de Eccleſia ſemper Carchaginenſi, ſicut aſſolet inſtruamur, &c.* ut ſup.

Ibid. Can. xl. Diem Paſchę & diem Concilij nuntiandum. *v. locum, tom.* 4.

Leon. I. Epiſt. lxviij. ad Julianum Epiſcopum. *vide.*

Ejuſd. Epiſt. lxix. ad Martianum Auguſtum. De Paſcha. *vide.*

Ejuſd. Epiſt. 1. ad Dioſcor. Alexandrinum Epiſcopum, cap. 1. De Paſchatis ſanctitate.

Ejuſd. Epiſt. xciv. ad Epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ.

Epiſt. lxiv. Paſchaſini Lilybetani Epiſc. ad Leon. Papam. Reſpondet Pontifici quo tempore ipſe ſentiat Paſcha eſſe celebrandum, & miraculum affert ad eam ſententiam firmandam. *Tom.* 7.

Epiſt. lxiv. Leon. Pap. ad Marcianum Auguſt. De Paſcha.

Ejuſd. Epiſt. lxv. ad Eudociam Auguſtam. De Paſcha. *v. locum, eod. Tom.* 7.

Concil. Agath. anno 506. Can. xxj. Ut ſolemnitates majores in Civitatibus, aut in Parochijs celebrentur. *Si quis etiam extrà Parochias in quibus legitimus eſt, ordinariuſque Conventus, oratorium in agro habere voluerit; reliquis feſtivitatibus, ut ibi Miſſas teneat propter fatigationem familiæ juſtâ ordidatione permittimus: Paſcha verò, &c.*

Ibid. Can. lxiij. De Laïcis, qui in ſolemnitatibus majoribus ad Civitatem non accurrunt. *Ut Cives, qui ſuperiorum ſolemnitatum, id eſt, Paſchæ, ac Natalis Domini, vel Pentecoſtes, feſtivitatibus cum Epiſcopis intereſſe neglexerint, cum in Civitatibus Communionis vel Benedictionis accipiendæ cauſâ poſitos ſe noſſe debeant, triennio à Communione privetur Eccleſiæ.* Epaon. 35.

Ibid. Can. lxiv. De Clericis qui ab Eccleſiæ officio diebus ſolemnibus deſunt. *Si quis in Choro conſtitutus ab Eccleſia ſua diebus ſolemnibus defuerit, id eſt, Natívitate, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte, dum potiùs ſæcularibus lucris ſtudet, quàm ſervitio Dei paret, convenit, ut triennio à Communione ſuſpendatur. Similiter Diaconus, vel Presbyter, ſi tres hebdomadas ab Eccleſia ſua defuerint, huic damnationi ſuccumbant.* (Non extat in antiquis Exemplaribus.)

Concil. Aurel. anno 511. Can. xxv. Ut majores feſtivitates nullus Civium in Villa celebret. *Ut nulli Civium, Paſchæ, Natalis Domini, vel Quadrageſimæ ſolemnitatem in Villa liceat celebrare, niſi quem infirmitas probabitur tenuiſſe.*

Ibid. Can. xxvij. De Litanijs antè Aſcenſionem Domini celebrandis. *Rogationes, id eſt, Litanias antè Aſcenſionem Domini ab omnibus Eccleſijs placuit celebrari; ita ut præmiſſum triduanum jejunium in dominica Aſcenſionis feſtivitate ſolvatur: per quod triduum ſervi & ancillæ ab omni opere relaxentur, quo magis plebs univerſa conveniat. Quo triduo omnes abſtineant, & Quadrageſimalibus cibis utantur.*

Ibid. Can. xxviij. De Clericis qui ad Litanias venire contempſerint.

Diſt 91. Clerici. *Clerici verò, qui ad hoc opus ſanctum adeſſe contempſerint, ſecundùm arbitrium Epiſcopi Eccleſiæ ſuſcipiant diſciplinam.*

Concil. Epaon. anno 517. Can. xxv. Ut nobiliores Cives die Paſchę & Natalis Domini Epiſcopos benedictionis causâ expetant. *Ut Cives ſuperiorum natalium nocte Paſchæ ac Nativitatis Domini ſolemnitate Epiſcopos, nec intereſt in quibus Civitatibus poſitos, accipiendæ benedictionis deſiderio noverint expetendos.*

Concil. Arvern. anno 535. Can. xv. Feſtivitates præcipuæ cum Epiſcopo in Civitate peragendæ *Si quis ex Presbyteris aut Diaconis, qui neque in Civitate, neque in Parochijs Canonicus eſſe dignoſcitur, ſed in Villulis habitans, in oratorijs officio ſancto deſerviens, celebrat divina myſteria, feſtivitates præcipuas, Domini Natale, Paſcha, Pentecoſtem, & ſi quæ principales ſunt reliquæ ſolemnitates, nullatenus alibi, niſi cum Epiſcopo ſuo in Civitate teneat. Quicumque etiam ſunt Cives natu majores, pari modo in Urbibus ad Pontifices ſuos in prædictis feſtivitatibus veniant: quòd ſi qui improbâ temeritate contempſerint, hiſdem feſtivitatibus, quibus in Civitate adeſſe deſpiciunt, à Communione pellantur.*

Epiſt. ij. Vigilij adhuc Pſeudopapæ ad Eutherium. *vide tom. 11. pag. 514.*

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. 1. Ut Paſcha ſecundùm laterculum Victorij celebretur, & per Epiſcopos Epiphaniorum die denuntietur. *Placuit itaque, Deo propitio, ut Sanctum Paſcha, ſecundùm laterculum Victorij ab omnibus uno tempore celebretur Quæ feſtivitas annis ſingulis ab Epiſcopo Epiphaniorum die in Eccleſia populis denuntietur. De qua ſolemnitate quoties aliquid inquiſita vel agnita per Metropolitanos à Sede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur.*

Ibid. Can. iij. Ut Primores Civitatis Paſcha & præcipuas feſtivitates in Civitate celebrent. *Quiſquis de prioribus Civibus Paſcha extrà Civitatem tenere voluerit, ſciat ſibi à cuncta Synodo eſſe prohibitum; ſed principales feſtivitates ſub præſentia Epiſcopi teneant, ubi ſanctum debet eſſe conventum. Tamen ſi aliquis, certâ neceſſitate conſtringatur, ut hoc implere non poſſit, ab Epiſcopo poſtulet commeatum. Quòd ſi hoc poſtulare deſpexerit, in eodem loco, id eſt, in feſtivitate præſenti, ubi tenere voluerit, ſuſpendatur.*

Concil. Bracar. II. anno 572. Can. ix. Ut per ſingulos annos à Metropolitano Epiſcopo Paſcha denuntietur. *Placuit ut poſtquam omnia in Concilio Sacerdotum fuerint ordinata, illud omnibus obſervetur, ut ſuperventurum ipſius anni Paſcha quoto Kalendarum die vel quotâ Lunâ debet ſuſcipi, à Metropolitano Epiſcopo nuntietur, &c.* v. cætera, tom. 12.

Concil. Autiſiodor. anno 578. Can. xj. De vigilijs Paſchæ, Natalis, & aliarum ſolemnitatum. *v. loc. tom. 13.*

Concil. Matiſcon. I. anno 581. Can. x. Ut Clerici dies feriatos celebrent cum Epiſcopo. *Ut Presbyteri, Diaconi, vel quolibet ordine Clerici, Epiſcopo ſuo obedienti devotione ſubjaceant, & non alibi dies feriatos, niſi in obſequio illius liceat tenere, aut celebrare. Quòd ſi quis per quamcumque contumaciam, aut per cujuſcumque patrocinium hoc fortaſſe facere diſtulerit, ab officio degradetur.*

Concil. Lugdun. III. anno 583. Can. v. Ut Epiſcopi Natale Domini, & Paſcha extrà Eccleſiam ſuam non celebrent. *Ut nullus Epiſcoporum Natalem Domini, aut Paſcha, alibi, niſi ad Eccleſiam ſuam, præter infirmitatis incurſum, aut ordinem regium, celebrare præſumat.*

Concil. Matiſcon. II. anno 585. Can. v. De Paſchate per ſex dies feſtos agendo. *Paſcha itaque noſtrum, in quo Summus Sacerdos & Pontifex pro noſtris delictis nullam habens obnoxietatem peccati, immolatus eſt, debemus omnes feſtiviſſimè colere, & ſedulæ obſervationis ſinceritate in omnibus venerari: ut illis ſanctiſſimis ſex diebus nullus ſervile opus audeat facere, ſed omnes ſimul coadunati Hymnis Paſchalibus * indulgentes, perſeverationis noſtræ præſentiam quotidianis Sacrificijs oſtendamus, laudantes Creatorem, ac Regeneratorem noſtrum, veſperè, manè, & meridiè.*

* intendentes.

Concil. Narbon. anno 589. Can. xv. Ut quintâ feriâ, niſi aliqua feſtivitas in eam incidat, feriari & ceſſare liceat. *Ad nos pervenit, quoſdam de populis catholicæ fidei execrabili ritu diem quintam feriam, qui & dicitur Jovis, multos excolere, & operationem non facere, &c.* v. locum, tom. 13.

Gregor. Magn. lib. vij. indict. ij. Epiſt. viij. Innocentio, Mariano, &c. *Cognovimus quod veſtræ ſit Inſulæ, poſt Paſchalem feſtivitatem vobis euntibus, aut directis reſponſalibus veſtris ad Metropolitanum veſtrum utrùm ſciatis, an minimè ipſe vobis de venturo Paſcha ſcriptâ debeat denuntiatione mandare.* v. locum, eod. tom. 13.

Synod. Wigornenſis ab Auguſtino primo Anglorum Epiſcopo habita. *vide Bedam l. 2. Hiſtor. Anglic. c. 2.*

Concil. Tolet. IV. anno 633. Can. v. De annuntiatione Paſchæ antè Epiphaniam inter Epiſcopos exquirenda. *Solet in Hiſpanijs de ſolemnitate paſchali varietas exiſtere prædicationis: diverſa enim obſervantia laterculorum paſchalis feſtivitatis interdum errorem parturit. Proindè placuit ut antè tres menſes Epiphaniorum Metropolitani Sacerdotes litteris invicem ſe inquirant: ut communi ſcientiâ edocti diem Reſurrectionis Chriſti, & Comprovincialibus ſuis inſinuent, & uno tempore celebrandum annuntient.*

Iſidor. de laterculo lib. 6. Elym. c. 17.

Ibid. Can. vij. De celebrando officio in ſexta feria Paſchæ.

Ibid. cap. viij. De non ſolvendo jejunio in ſexta feria Paſchę, exceptis languidis, ſenibus, & parvulis.

Ibid. Can. ix. De benedicendo cereo & lucerna in vigilijs Paſchæ. *v. tom. 14.*

v. Notas hujus Concil. cap. ix. Cerei Paſchalis benedictio à quibus uſurpata? *In Cerei novique luminis benedictione Theodorus p. 73. ſub Petro. D. Ambroſius, D. Auguſtinus, Petrus Diaconus elaborarunt. Eam autem quâ nunc Romana Eccleſia utitur, à Divo Gregorio Magno compoſitum, muſiciſque tonis ornatum ferunt.*

Epiſt. Joannis Pap. IV. & Cleri Romani ad Epiſcopos & Presbyteros Scotiæ. De Paſchate more catholico celebrando. *Reperimus quoſdam Provinciæ veſtræ contra, &c.* v. Bedam lib. 2. Hiſtor. Anglic. c. 19.

Vitaliani Epiſt. v. ad Oſvvi Regem Nordanhumbrorum, anno 655. ejus de Paſchate judicium expectantem. *v. ibid. ex Beda.* Gratulatur gentes ſui Regni ad fidem converſas, utquè Paſcha, cæteraſque Apoſtolorum traditiones obſervari, totamque Inſulam Deo dicari curet, & Reliquias Sanctorum ei mittit. *Not.* Beda ibidem zelum Regis laudat & accendit. Antiſtitem ſe daturum ait Cantuariæ. Munuſcula à Rege capit. Munera etiam Reginæ mittit. Totius converſionem Inſulæ expetit. *v. loc.*

* annunciationis.

Concil. Tolet. X. anno 656. capitul. 1. De celebritate feſtivitatis * dominicæ Matris. *v. locum fusè, tom. 15.*

Synodus Pharenſis, anno 664. De ritu celebrandi Paſchatis. *vide Bedam, Eccl. Hiſtor. Anglic. lib. 3. c. 23.*

Concil. Herudford. anno 673. capitul. 1. De Paſchatis celebritate. *Ut ſanctum diem Paſchæ, in commune omnes ſervemus Dominicâ poſt decimamquartam Lunæ primi menſis.*

Concil. Cæſarauguſt. III. anno 691. capitul. ij. Ut confinitimi Epiſcopi de ſacra ſolemnitate Paſchali annuâ vice Primatum ſuum requirant. *Si quidem ſancta inſtitutio Patrum de Solemnieaee Paſchali præcipiae, &c.* v. loc. tom. 17.

Agath. c. 63. & Epaon. 35.

Concil. Tolet. XVII. anno 694. ſentent. xvj. De Laïcis qui in ſolemnitatibus majoribus ad Civitatem non concurrunt. *Ue Cives ſuperiorum Natalium noti Paſchæ, ae Nativitatis Domini ſolemnitatem Epiſcopis, nec intereſt in quibus Civitatibus poſitus accipiendæ benedictionis deſiderio: noverint, qui hoc facere neglexerint, triennio priveneur Eccleſiæ.*

Epiſt. Ceolfridi Abbatis ad Nattanum Regem Pictorum, pro catholico Paſcha. *v. ex Beda lib. 5. c. 22.* v. locum.

Concil. Cloveshoviæ II. anno 747. capitul. xvj. De diebus Litaniarum. *Sexeo decimo condixerunt Capitulo, ue Litaniæ, id eſt Rogaeiones à Clero omnique populo his diebus cum magna reverentia agantur, id eſt, die ſeptimo Kalendar. maïarum juxtà ritum Romanæ Eccleſiæ, &c.* v. locum.

Ibid. capitul. xvij. De feſtivitate colenda Sancti Gregorij & Auguſtini. *Sepimo decimo conſtitutum eſt præcepto, ut dies Naealibus Beaei Papæ Gregorij & dies quoque depoſitionis, qui eſt 7. Kalendas Junij S. Auguſtini Archiepiſcope aeque Confeſſoris, qui Genti Anglorum miſſus à præfato Papa & Patre noſtro Gregorio, ſcientiam fidei Baptiſmi Sacrameneum, & cæleſtis patriæ notitiam premus atrulit, ab omnibus ſicue decee, honorificè venerentur. Ita ut uterque dies ab Eccleſiaſticis & Monaſterialibus feriatus habeaeur, nomenque ejuſdem B. Patris & Doctoris noſtri Auguſtini in Litaniæ decantatione, poſt S. Gregorij vocationem ſempen ditatur.*

Concil. Mogunt. anno 813. Can. xxxvj. De feſtivitatibus anni. *Feſtos dies in anno celebrare ſancimus, hoe eſt diem dominicum Paſchæ, cum omnè honore & ſobrietate venerari: ſimili modo totam hebdomadam illam obſervari decrevimus. Diem Aſcenſionis Domini plenieer celebrare, item Pentecoſtem ſimiliter ut in Paſcha. In Natali Apoſtolorum Peeri & Pauli diem unum, Nativitaeem S. Joannis-Baptiſtæ, Aſſumptionem Sanctæ Mariæ, Dedicationem Sancti Michaelis, Natalem S. Remigij, S. Martini, S. Andreæ. In Natali Domini dies quatuor, octavas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem S. Mariæ. Ee illas feſtivitaees Mareyrum, vel Confeſſorum obſervare decrevimus, quorum in unaquaque Parochia Sancta Corpora requieſcunt; ſimiliter etiam Dedicationem Templi.*

Diebus feſtis non ducendæ choreæ. apud Ivo. part. 2. c. 77. adje-

Concil. Rom. anno 826. Can. xxxv. De convivijs feſtis diebus non faciendis. *Sune quidam, & maximè Mulieres, qui feſtis, ae ſacris diebus, atque Sanctorum Natalitijs, non pro eorum, quibus delectantur deſideriis advenire, ſed ballando, verba eurpia decantando, choreas tenendo & deducendo, ſimilitudinem paganorum peragendo, advenire procurane: tales enim ſi cum minoribus ad Eccleſiam peccatis, cum majoribus, revertuntur, &c.*

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. lxxvij. Ut feriati ſint octo dies Paſchalis feſtivitatis. *Dies quoque octo Sacro ſanctæ Paſchalis Feſtivitatis omnibus Chriſtianis feriatos eſſe decernimus, ab omni opere rurali, fabrili, carpentario, gynæceo, cæmentario, pictorio, venatorio, forenſi, mercatorio, audientali, ac Sacramentis exigendis; quatenùs eiſdem diebus tantò licentiùs, quantò liberiùs, omnibus Chriſtianis S. Reſurrectionis laudibus, & ſacro-ſanctæ prædicationi jugiter aſſiſtere liceat. Quòd ſi quis temerare præſumpſerit, excommunicetur.* cit his excommunicationem Leo IV. ſi admoniti non ceſſarent.

Not. in vita Leonis Papæ IV. Octavam Aſſumptionis B. Mariæ Virginis celebrari juſſit.

Concil. Ticin. *Sic incipit ſub finem 6. pag.* Per ſingulas Parochias eas feſtivitates populus obſervare ſtudeat, quas proprius Epiſcopus venerari prædicaverit; ita ut neque illas negligant quas Sacerdotes monuerint, neque inani ſuperſtitione eas celebrare præſumant, quæ nequaquam ſunt obſervandæ. Si verò aliqui inventi fuerint, qui Sacerdotibus obtemperare noluerint, per Miniſtros Reipublicæ diſtringantur, & ſatisfactionem pœnitentiæ, quam Presbyteri impoſuerint, ſubire cogantur.

Nicolai Pap. I. Raſponſ. ad conſulta Bulgarorum, *Tit. xj.* In quorum Apoſtolorum, vel Martyrum, ſeu Confeſſorum, atque Virginum, diebus feſtis à labore terreno recedere debeatis, requiritis. In ſolemnitatibus utique B. Mariæ Virginis, & Sanctorum duodecim Apoſtolorum ac Evangeliſtarum, atque Præcurſoris Domini Joannis, & S. Stephani primi Martyris, &c. *v. locum.*

Ibid. Interrogat xij. Quòd interrogatis utrùm liceat in feſtivitatibus Sanctorum judicium peragi, & utrùm eadem die debeat homo, ſi dignus fuerit, ad mortem judicari? Sciendum quoniam in his feſtivitatibus, in quibus ſuperiùs ab omni opere mundano ceſſandum eſſe monſtravimus; multò magis à ſæcularibus negotijs, & adhuc à mortibus abſtinendum fore decernimus, &c. *v. locum, tom.* 22.

Capitula Herardi Archiepiſc. Turon. lxj. De feſtivitatibus anni, quæ feriari debeant, id eſt, Natali Domini, S. Stephani, S. Joannis, & Innocentium, Octavis Domini, Epiphania, Purificatione Sanctæ Mariæ & Aſſumptione, Aſcenſione Domini, & Pentecoſte, Miſſa S. Joannis Baptiſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, S. Michaëlis, atque omnium Sanctorum, S. Martini, & S. Andreæ, & eorum, quorum Corpora, ac debitæ venerationes in locis ſingulis peraguntur.

Ibid. xciij. De Paſcha annotiva ut rememoretur.

Ibid. xciv. De Litania Romana vij. Kalendas Maij ut rememoretur.

Walterij Aurelian. capitula xviij. De Sanctorum feſtivitatibus indicandis & obſervandis. *Ut celebres Sanctorum feſtivitates ſolemni cultu obſervent, &c.*

Concil. Engilenheimenſe, cap. vj. De Paſchate. Quot diebus feriendum ſit in Paſcha & Pentecoſte. *Ut Paſchalis hebdomada feſtivè tota celebretur, & in Pentecoſtem ſecundâ, tertiâ, quartâ feriâ non minùs quam dies dominicus ſolemniter honorentur.*

Epiſt. 1. Urbani Pap. IV. De Feſto Corporis Chriſti. *Scimus ô Filia, quod magno deſiderio deſideravit anima tua, ut ſolemne Feſtum Sacratiſſimi Corporis*

Domini Noſtri Jeſu-Chriſti inſtitueretur in Eccleſia Dei à Chriſti fidelibus perpetuis temporibus celebrandum, &c.

Ibid. Epiſt. ij. ejuſdem ad omnes fideles, de eod. argum. *Tranſiturus de hoc mundo ad Patrem Salvator noſter Dominus Jeſus-Chriſtus, &c.* (Eſt enarratio multorum beneficiorum à Deo in hoc Sacramento pro nobis inſtituto.) *v. locum, tom.* 28.

Item, Relatio cauſæ ob quam inſtituta fuit ſolemnis feſtivitas hujus Sacramenti. *v. locum.*

Item, Inſtitutio dictæ feſtivitatis ſingulis annis, feriâ quintâ poſt Octavam Pentecoſtes ſolemniter celebranda.

Hortatio ad celebrationem dictæ feſtivitatis.

Indulgentia pro illam celebrantibus.

DE DIEI DOMINICAE,

ET

FESTORUM SANCTIFICATIONE.

EPISTOLA 1. Alexandrini Papæ I. ad omnes Orthodoxos, Cap. v. De benedictione ſalis & aquæ, ſive cæterorum elementorum. *v. locum, Tom. 1. pag. 180.*

Decreta Fabiani Pap. ex Gratiano. Ter in anno quiſque fidelium communicet.

Ibid. Ut oblatio Altaris ſingulis diebus dominicis fiat. *v. loc. ibid.*

Concil. Eliberitanum, anno 305. capitul. xxj. De his qui tardiùs ad Eccleſiam accedunt. *Si quis in Civitate poſitus, tres Dominicas ad Eccleſiam non accederit, pauco tempore abſtineat, ut correptus eſſe videatur.*

Ibid. cap. xxvj. Ut omni Sabbato jejunetur. *v. locum, eod. tom. 1.*

Concil. Laodic. Can. xxix. Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς, &c. *Id interpret. Dion. Exig.* De Chriſtianis, qui ſabbatizare, vel juxtà quemdam modum judaïzare noſcuntur. *Quòd non oportèat Chriſtianos judaïzare, & in Sabbato otiari; ſed ipſos eo die. Diem autem Dominicum præferentes otiari ſi modo poſſint, ut Chriſtiani. Quòd ſi inventi fuerint judaïzare, anathema ſint à Chriſto.*

Concil. Nicæn. anno 325. Can. xx. Genu non flectendum die Dominico. *v. locum, tom. 2.*

Concil. Gangrenſe, Can. xviij. Non debere die Dominico jejunare. Εἴ τις διὰ νομιζομένην ἀσκησιν ἐν τῇ κυριακῇ νηστεύοι, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis propter continentiam, aut contumaciam in die Dominico jejunat, anathema ſit.*

Concil. Cæſarauguſt. anno 413. Can. ij. Ut diebus Dominicis nullus jejunet, nec diebus Quadrageſimæ ab Eccleſia ſe abſentet. *v. locum.*

Ibid. Can. iv. Ut tribus hebdomadis quæ ſunt antè Epiphaniam ab Eccleſia nemo recedat. *Tom. 3.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Can. lxiv. De his qui ſtudiosè die Dominico jejunant. *Qui die Dominico ſtudiosè jejunat, non credatur Catholicus.*

Ibid. Can lxxxviij. De his qui Eccleſiâ prætermiſſâ ad ſpectacula pergunt. *Qui die ſolemni, prætermiſſo ſolemni Eccleſiæ conventu, ad ſpectacula vadit, excommunicetur.*

Epiſt. 1. Innocentij Pap. I. titul. iv. Quòd titè omni Sabbato jejunetur *Tom. 4.*

Concil. Afric. anno 424. Can. xxviij. De ſpectaculis, ut die Dominico vel cæteris Sanctorum feſtivitatibus minimè celebrentur.

Leon. I. Epiſt. lxxxj. ad Dioſcor. Epiſcopum Alexandrinum, Cap. ij. De feſtivitatibus, ut ſi una agenda, id eſt Miſſæ celebratio populis non ſuffecerit, nulla ſit dubitatio iterari Sacrificium. *Ut autem in omnibus obſervantia noſtra concordet, illud quoque volumus cuſtodiri: ut cum ſolemnior feſtivitas conventum populi numeroſiorem indixerit, &c.* v. locum, tom. 7.

Concil. Turon. I. anno 461. *v. not. in fin.* Feſtum receptionis S. Martini. *De hac Feſtivitate Baronius in notis Martyrologij die xj. Novembris hæc ſcribit.* Exiſtimamus autem hanc illam eſſe diem, quâ poſt altercationes Pictavienſium conantium ſibi vendicare Corpus ejuſdem S. Martini à Turonenſibus ipſum clam ablatum atque navigio impoſitum, magnâ omnium alacritate in Turonenſem Civitatem receptum eſt, ut ſcribit Gregor. Turon. Hiſtor. Franc. lib 1. cap. ultimo. Undè patet hanc receptionem S. Martini eandem eſſe cum tranſlatione; cùm videlicet è priſtino loco peranguſto in ampliorem Baſilicam ipſam abſolutam fuiſſe. Sidonius qui de ea carmen ſcripſit, ſatis admonet.

Concil. Agath. anno 506. Can. xlvij. Ut antè Miſſam expletam egredi populus non præſumat. *Miſſas die Dominico à Sæcularibus totas teneri ſpeciali ordinatione præcipimus; ita ut antè benedictionem Sacerdotis egredi populus non præſumat. Qui ſi fecerint, ab Epiſcopo publicè confundantur.*

Concil. Aurel. I. anno 511. Can. xxvj. Ut populus antè completam Miſſam egredi non præſumat. *Cùm ad celebrandas Miſſas in Dei nomine convenitur, populus non antè diſcedat, quàm Miſſæ ſolemnitas compleatur, & ubi Epiſcopus fuerit, benedictionem accipiat Sacerdotis.*

Ibid. Can. xxxj. Ut Epiſcopus ab Eccleſia die Dominico non abſit. *Epiſcopus, ſi infirmitate non fuerit impeditus, Eccleſiæ cui proximus fuerit, die Dominico deeſſe non liceat.*

Concil. Tarracon. anno 516. Can. iv. Ut nullus Epiſcopus, vel infrà poſitus, die Dominico cauſas judicare præſumat. *v. titul.* De Epiſcopali Audientia.

Ibid. Can. vij. Ut Diœceſani Clerici ſeptimanas teneant, & die Sabbato omnes in unum conveniant. *v. locum.*

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. xxviij. Die Dominico, quid operis facere liceat, aut non liceat? *Quia perſuaſum eſt populis die Dominico agi cum caballis, aut bobus & vehiculis itinera non debere, neque ullam rem ad victum præparare, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem ullatenus exercere, &c.* v. locum, tom. 10.

Concil. Aurel. V. anno 549. Can. xx. Ut incarcerati diebus Dominicis ab Eccleſiæ Præpoſitis viſitentur. *v. tom. 11. in fine.*

Concil. Turon. II. Can. xxij. De Kalendis Januarij, & Cathedra S. Petri. *Tom. 12.*

Capitula collecta à Martino Epiſc. Bracar. capitul. lvij. De non jejunando die Dominica nec genu flectendo, ſimiliter & in Quadrageſima. *v. eod. tom.*

Concil. Autiſiodor. anno 578. De obſervatione diei Dominicæ. *Non licet die Dominico boves jungere, vel alia opera exercere, niſi pro cauſis conſtitutis.*

Concil. Matiſcon. I. anno 581. Can. x. Ut Clerici dies feriatos celebrent cum Epiſcopo. *Tom. 13.*

Concil. Matiſcon. II. anno 585. Can. 1. De intermiſſo diei Dominicæ cultu reſtituendo. *Vidimus enim populum Chriſtianum temerario more diem Dominicam contemptui eradere, & ſicut in privatis diebus operibus continuis indulgere, &c.* v. loc. fusè.

Ibid. Can. iv. De oblationibus in omnibus Dominicis diebus populo faciendis. *Reſidentibus nobis in Sancto Concilio, cognovimus quoſdam Chriſtianos,*

relicto fratrum cœtu, à mandato Dei aliquibus locis deviaſſe, &c. v. loc. cod. Tom. 13.

Ex Præceptione Guntramni Regis. De obſervando die Dominico, & alijs. *Idcircò hujus decreti ac definitionis generalis vigore decernimus, ut in omnibus diebus Dominicis, in quibus ſancta Reſurrectionis myſteria veneramur, &c.* v. eod. tom. 13. pag. 93.

Concil. Narbon. anno 589. Can. iv. Ut dies Dominicus ab omnibus obſervetur, & nulla eo die fiant opera. *Ut omnis homo tàm ingenuus quàm ſervus, Gothus, Romanus, Syrus, Græcus, vel Judæus, die Dominico nullam operam faciant, nec boves jungantur, excepto ſi in mutando neceſſitas incubuerit. Quòd ſi quiſquam præſumpſerit facere, ſi ingenuus eſt, det Comiti Civitatis Solidos ſex: ſi ſervus centum flagella ſuſcipiat.*

Ibid. Can. xv. Ut quintâ feriâ niſi aliqua feſtivitas in eam incidat, feriati, & ceſſare non liceat. *v. loc. tom.* 13.

Gregor. Magn. lib. vij. indict. ij. Januario Epiſcopo Calaritano. De meſſe exarata. *Dictum quippè mihi eſt quòd Dominico die priuſquàm Miſſarum ſolemnia celebrares, ad exarandam meſſem latoris præſentium perrexiſti, &c.* v. locum, tom. 13.

Ibid. Epiſt. ij. eidem Januario. De meſſe die Dominicorum exarata, ut ſup. *Hoc verò quod ſcribitis multos contra vos nobis querelas deponere, verum eſt; ſed inter diverſos non nos ſed res alia contriſtavit, quomodo id quod nobis, &c.*

Ibid. ejuſd. lib. xj. Epiſt. iij. ad Cives Romanos. De Sabbato non cuſtodiendo cum præcepto legis. *Pervenit ad me quoſdam perverſi ſpiritus homines, prava inter vos aliqua, & Sanctæ Dei adverſa ſeminaſſe, ut die Sabbati aliquid operari prohiberent, &c.* v. locum fusè, tom. 14.

Statuta Synodalia Eccleſiæ Rhemenſis, Cap. vij. Curet Paſtor ovem ſuam, & non negligat: ei injungat intereſſe Miſſæ Sacrificio diebus ſolemnibus & Dominicis; agnoſcat ejus faciem, & ſi bis in anno abſit, prohibeatur eidem Eccleſiæ ingreſſus, & careat paſtorali ſepultura & conſolatione. *v. Tom.* 14.

Ibid. Cap. xx. Feſta abſque omni opere forenſi excolenda, & cum debita veneratione celebranda, hæc ſunt: Nativitas Domini, Circumciſio, Epiphania, Annuntiatio B. Mariæ, Reſurrectio Domini cum die ſequenti, Aſcenſio Domini, dies Pentecoſtes, Nativitas B. Joannis Baptiſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, Aſſumptio Mariæ, ejuſdem Nativitas, Andreæ Apoſtoli, & dies omnes Dominicales. *v. eod. tom.* 14.

Concil. Cabilon. anno 650. Can. xviij. Vt die Dominico ruralia opera nemo exerceat. LICET generaliter ab omnibus Catholicis, & Deum timentibus, diem Dominicum quod eſt prima Sabbati convenit obſervari, & ſicut in ſuperioribus Canonibus eſt ſtatutum, non aliquid novi condentes, ſed vetera renovantes inſtituimus, ut in ipſo die Dominico ruralia opera, id eſt, arare, ſecare, meſſes metere, exartos facere, vel quidquid ad ruris culturam pertinet, nullus penitùs præſumat. Quòd qui inventus fuerit faciens, ſub diſciplina diſtrictionis omnimodis corrigatur.

Concil. Tolet. X. anno 650. Can. 1. De feſtivitatis Dominicæ Matris celebritate. *Tom.* 17.

Leges Eccleſiaſticæ Inæ Regis Occiduorum Saxonum, titul. iij. De opere in die Solis. SERVUS ſi quid operis patrarit die Dominico ex præcepto Domini ſui liber eſto Dominus triginta ſolidos dependito. Verùm ſi id operis injuſſu Domini ſui agreſſus fuerit, verberibus cæditur, aut ſaltem virgarum metum pretio redimito. Liber, ſi die hoc operatur, injuſſu Domini ſui, aut ſervituri addicitor, aut ſexaginta ſolidos dependito. Sacerdos ſi in hanc partem deliquerit, pœna in duplum augetur.

Concil. Berghamſtedæ, anno 697. Can. x. In die Solis operans. Si in veſpera precedente diem Solis, poſtquàm Sol occubuerit, aut in veſpera precedente diem Lunæ poſt occaſum Solis, ſervus ex mandato Domini ſui opus aliquod ſervile egerit, Dominus factum octoginta ſolidis luito.

Ibid. Can. xj. Si ſervus his diebus itineraverit, Domino pendat ſex ſolidos, aut flagello cædatur.

Ibid. Can. xij. Si liber homo id faciat vetito tempore, ſit reus colliſtrigij mulctæ, & qui eum detulerit, dimidium habeat, tàm mulctæ quàm vuirgildi.

Gregor. Pap. II. Capitulare x. anno 714. Vt Dominicis diebus doceantur non licere omninò jejunare propter Reſurrectionis Dominicæ Sacramentum, neque in feſtivitatibus Dominicis, Nativitatis, aut Apparitionis, ſive Aſcenſionis.

Concil. Clovesgoviæ II. anno 747. Can. xiij. Vt uno eodemque tempore ubique feſtivitates Dominicæ, ſeu Martyrum nativitates peragantur. Tertio-decimo definitur decreto, ut uno eodemque modo Dominicæ diſpenſationis in carne ſacroſanctæ feſtivitates in omnibus ad eas ritè competentibus rebus, id eſt, in Baptiſmi officio, in Miſſarum celebratione, in cantilenæ modo celebrentur, juxtà exemplar videlicet, quod ſcriptum de Romana habemus Eccleſia. Itemque ut Martyrologium ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, cum ſua ſibi convenienti pſalmodia ſeu cantilena venerentur.

Ibid. Cap. xiv. De honore & obſervatione Dominici diei. Quarto decimo ſtatuitur loco, ut Dominicus dies legitimâ veneratione à cunctis celebretur, ſitque divino tantùm cultui dedicatus, omneſque Abbates ac Presbyteri iſto Sacratiſſimo die in ſuis Monaſterijs atque Eccleſijs maneant, Miſſarumque ſolemnia agant, omiſſiſque exterioribus negotijs, ac ſæcularium convenientibus atque itineribus, niſi inexcuſabilis quælibet cauſa urgeat, religioſæ converſationis ac benè vivendi formulam, de ſacræ Scripturæ eloquijs ſubjectis famulis prædicando inſinuent: ſed & hoc quoque decernitur, quod eo die, ſive per alias feſtivitates majores, populus per Sacerdotes Dei Eccleſiam ſæpius invitatus ad audiendum verbum Dei conveniat, Miſſarumque Sacramentis ac doctrinæ ſermonibus frequentiùs adſit.

Concil. Vernenſe, anno 755. Can. xiv. De Dominico, quidquid operis facere liceat aut non liceat? QUIA perſuaſum eſt populis de die Dominico agi cum caballis, ſive bobus & vehiculis, itinera non debere, neque ullam rem ad victum præparari, vel ad nitorem domûs vel hominis pertinentem ullatenus exerceri (quæ res ad judaïcam magis quàm ad chriſtianam obſervationem pertinere probatur.) Id ſtatuimus ut die Dominico, quod anteà fieri licuit, liceat. De opere tamen rurali, arato, vel vineæ ſectione, excuſſione, vel ſepe, cenſuimus abſtinendum, quo facilius ad Eccleſiam venientes orationis gratiâ vacent.

cent. Quòd ſi inventus fuerit quis in operibus ſuprà ſcriptis, quæ interdicta ſunt exercere, qualiter emendari debeat, non in Laïcorum diſtrictione, ſed in Sacerdotis caſtigatione conſiſtat.

Concil. Bavaricum apud Dingolvingam, anno 772. 1. De die Dominico ita conſtitutum eſt, ut tali honore habeatur, ſicut in lege ſcriptum eſt, & in decretis Canonum. Et ſi quis præſumpſerit frangere contra legem aut decreta Canonum, tali pœnâ ſubjaceat, ſicut ibi ſcriptum eſt.

Capitul. Aquiſgran. Car. Magn. anno 788. xv. De die Dominica, qualiter ſervanda eſt. Item in eodem Concilio præcipitur, ut à veſpera ad veſperam dies Dominica ſervetur. *Non oportet, &c.* v. locum, tom. 20.

Ibid. lxxxj. *Statuimus quoque ſecundùm quod & lege, &c.*

Ex Capitul. Caroli Magni, de diverſis rebus, partim eccleſiaſticis, partim politicis. ix. Vt in diebus Feſtis vel Dominicis, omnes ad Eccleſiam veniant, & non invitent Presbyteros ad domos ſuas ad Miſſam faciendam.

Concil. Forojul. anno 791. Capitul. xiij. *Diem autem Dominicum inchoante noctis initio, &c.* v. locum, eod. tom.

Concil. Francoford. anno 794. Can. xxj. Dies Dominica quomodo celebranda? *Ut dies Dominica à veſpera ad veſperam ſervetur.*

Capitul. Theodulfi Aurelian. anno 797. Capitul. xxiv. De obſervantia diei Dominici. *Diei verò Dominici, quia in eo Deus lumen condidit, &c.* v. loc. eod. tom. 20.

Ibid. Capit. xlv. Ut diebus Dominicis populus per Miſſas peculiares à publicis non abſtrahatur. *Ut Miſſæ quæ per dies Dominicos peculiares à Sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, ut per eas populus à publicis Miſſarum ſolemnibus, quæ horâ tertiâ canonicè fiunt, abſtrahatur: quia peſſimus uſus eſt apud quoſdam, qui in diebus Dominicis, ſive in quibuſlibet feſtivitatibus, mox ubi Miſſam celebrari, etiamſi pro defunctis ſit, audierint, abſcedunt, & per totum diem à primo manè ebrietati & comeſſationi potiùs quàm Deo deſerviant.*

Ibid. Capit. xlvj. Ut omnes ad Matrem Eccleſiam Miſſarum ſolemnia & prædicationem audituri conveniant, neque antè peractum officium cibum capiant. *v. locum, eod. tom. 20.*

Ex Capitul. Caroli Magn. anno 9. datis in Aquenſi Palatio, tit. xxj. De mercatis, ut die Dominico non agantur, ſed in diebus, quibus homines ad opus Dominorum ſuorum debent operari.

Concil. Arelat. VI. anno 813. Can. xvj. Ut in die Dominico mercata & placita non fiant, nec opus rurale & ſervile. *Nè in diebus Dominicis publica mercata, neque cauſationes, diſceptationeſque exerceantur, & penitùs à rurali & ſerviti opere ceſſetur: his ſolummodò peractis, quæ ad Dei cultum & ſervitium pertinere noſcuntur.*

Concil. Mogunt. Car. Magn. Can. xxxvij. De Dominicis diebus cum veneratione obſervandis. *Omnes dies Dominicos cum omni veneratione decrevimus obſervari, & à ſervili opere abſtinere, & ut mercatus in eis minimè ſit, nec placitum, ubi aliquis ad mortem vel ad pœnam judicetur.* Capitular. lib. 5. c. 85.

Concil. Rhemenſe II. anno 813. Can. xxxv. De ijs, quæ diebus Dominicis fieri non debent. *Ut diebus Dominicis, ſecundùm Domini præceptum, nullæ opera ſervilia quilibet perficiat, nec ad placita conveniat, nec etiam donationes in publico facere præſumat, neque mercata exerceat.*

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xxxvij. Quòd exceptis diebus Dominicis, & tempore Paſchali flexis genibus orandum ſit.

Ibid. Can. xxxviij. Quomodo fideles ad Eccleſiam convenire, atque in ea verſari debeant?

Ibid. Can. xxxix. Vt in Eccleſijs, earumvè atrijs placita non fiant.

Ibid. Can. xl. Vt mercata & placita die Dominico non fiant. *Itemque interdicatur, nè mercata & placita uſquàm fiant die Dominicâ, quâ oportet omnes Chriſtianos à ſervili opere in laude Dei & gratiarum actione uſque ad veſperam perſeverare.*

Concil. Cabilon. II. anno 813. Cap. 50. De obſervatione diei Dominicæ. *Diei intereà Dominici obſervacio & veneracio plurimùm negligitur; undè oportet ut authenticâ conſtitutione illius venerandæ diei obſervatio juxtà Imperium Domini Imperatoris ſtatuatur.*

Capitular. Caroli Magni, anno Imperij ejus 13. Capitul. xv. De ijs quæ Dominico die fieri non debeant. *Nè Dominicis diebus mercatum fiat, neque placitum; & ut his diebus nemo ad pœnam, vel ad mortem judicetur, & de operibus cavendis admoneatur.*

Capitul. Aquiſgran. anno 816. Cap. xlvj. De flectendo genu. *v. locum, eod. tom.* 20.

Ibid. Cap. lxviij. De his qui die Dominico jejunant, tanquàm nihil præ cæteris differente, &c. *v. titul.* De Jejunio Quadrageſimę.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. 1. Cap. 50. De obſervatione diei Dominici. *Nullo modo divinæ auctoritati concordat, quòd Religio Chriſtiana, ſicut à Sanctis Patribus traditum accepit, & Eccleſiæ auctoritas ſe habet, diem Dominicam, in quo Auctor vitæ à mortuis reſurrexit veneranter, venerabiliterque non colit, &c.* v. loc. fusè, tom. 21.

Concil. Arelat. Can. 16. Mogunt. Can 37. addit. 1. cap. 9.

Ibid. lib. iij. Cap. v. De diei Dominici obſervatione. ..... *Salubriter admonemus cunctos fideles, ut diei Dominico debitum honorem & reverentiam exhibeant, quoniam hujus dehonoratio & à Religione Chriſtiana valdè abhorret, & ſuis violatoribus animarum periculum procul dubio generat.*

Ibid. Cap. xix. De obſervatione diei Dominici. ..... *Nam & obnixè deprecamur, ut in obſervacione diei Dominici, ſicuti jam dudum vos deprecati ſumus, debitam adhibeatis curam; quatenùs niſi magnâ compellente neceſſitate, in ipſa die à curis & ſolicitudinibus mundanis, quantùm poteſtis vos exuatis, & quod tantæ diei veneracioni competit, & vos faciatis, & veſtros ſacro veſtro exemplo & doceatis, & agere compellatis.*

Concil. Aquiſgran. II. anno 836. Cap. iij. Can. xviij. *Die Dominicâ, & alijs diebus Feſtis, abſque opere ſervili à veſperè uſque ad veſperam celebrare facite.* v. titul. *De Jejunio Quadrag.*

Capitula à Domno Carolo Rege in Synodo Sueſſion. anno 853. Cap. vij. Ut malla & placita in locis ſacratis, & diebus feſtis non fiant.

Ibid. Cap. viij. Item, ut tempore Quadrageſimæ, & alijs jejuniorum diebus non fiant. *v. tom. 21. ſub fin.*

Nicol. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. v. *Quartâ feriâ quamvis è cæteris diebus, præter ſextam feriam ſic ampliùs mœroribus operandum, pro eo quod Dominus ipſo die, in corde terræ, id eſt Judæ traditoris, quodammodo ſepultus erat, dùm hunc ipſe morti tradere meditabatur, &c.* v. locum fusè, tom. 22.

Ibid. x. De diebus quibus ab operibus servilibus est cessandum. *Nosse cupimus, si liceat alicui Sabbato vel Dominico laborationem aliquam exercere: De hoc sæpè memoratus S. Papa Gregorius Romanos alloquens, ait, &c.* v. loc. fusè.

Ibid. xj. & xij. De diebus Festis.

Ibid. xxxv. Vide Respons. xxxiv. & titul. *De Bello & Pace.*

Capitul. Herardi Archiepisc. Turon. ij. De die Dominica, ut à vespera usque ad vesperam celebretur; & ut servilia opera & verba turpia, atque mercata, causarum audientiæ, conventusque publici absque Ecclesiasticis prohibeantur.

Leges ecclesiasticæ ab Alvredo Magno Rege Anglorum, titul. x. De illis qui mercandisant diebus Dominicis.

Ibid. titul. xj. De operantibus diebus Dominicis.

Ibid. titul. xiij. De diebus in quibus ordalium & jusjurandum prohibeantur; *v. locum, tom.* 24.

Ibid. titul. xiv. Nè die Dominicâ homo forisfactus occidatur.

Concil. Mamnetense, incerto anno, Can. ix. De Eulogijs populo à Presbytero dandis. *In Dominicis & Festis diebus Presbyteri, &c.* v. eod. tom. 24.

Ibid. Can. xix. De * Eulogijs populis à Presbytero dandis. *Ut de oblationibus, quæ offeruntur à populo, & consecrationi supersunt, vel de panibus quos offerunt fideles ad Ecclesiam, vel certè de suis, Presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido, ut post Missarum solemnia, qui communicare non fuerunt rati, Eulogias omni die Dominico, & in diebus Festis exindè accipiant, & illa undè Eulogias Presbyter daturus est antè in hæc verba benedicat.* ORATIO. Domine, Sancte Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere digneris hunc Panem tuâ sanctâ & spiritali benedictione, ut sit omnibus salùs mentis & corporis, atque contrà omnes morbos & universas inimicorum insidias tutamentum. Per Dominum nostrum Jesum-Christum Filium tuum Panem vitæ, qui de Cœlo descendit, & dat vitam ac salutem mundo, & tecum vivit & regnat, &c. * Panè benedicto.

Leges ecclesiasticæ Edoüardi Senioris Regis Angliæ, titul. vij. De ijs què die Dominico sua negotia agunt. *v. locum.*

Ex Excerptionibus Egberti Archiepiscopi. *Ratio Sabbati.* DEUS Creator omnium creavit hominem in sexta Feria, & in Sabbato requievit ab operibus suis, & sanctificavit Sabbatum propter futuram significationem Passionis Christi, & quietis in Sepulchro. Non ideò requievit, quia lassus esset, qui omnia sine labore fecit, cujus omnipotentia non potest lassari, & sic requievit ab operibus suis, ut non alias creaturas, quas anteà fecerat posteà fecisset. Non fecit alias creaturas, posteà, sed ipsas quascumque fecit, omni anno usque ad finem sæculi facit. Homines creat in animabus & corporibus, & animalia & bestias sine animabus: omnis anima hominis à Deo datur, & ipse renovat creaturas suas, sicut Christus in Evangelio ait: *Pater meus usque modò operatur & ego operor.* Joan. 5. Christus pro nobis passus est in sexta mundi ætate, in sexta feria, & reformavit perditum hominem Passione suâ, & operatis miraculis suis requievit in Sepulchro per Sabbatum, & sanctificavit Dominicam diem Resurrectione suâ: nam Dominica dies prima dies sæculi est, & dies Resurrectionis Christi, & dies Pentecostes, & ideò sancta est, & nos ipsi debemus esse specialiter Sabbatum sabbatizantes, id est, vacantes ab operibus servitutis, id est, peccatis: quia *qui facit peccatum servus est peccati.* 1. Joan. 3. Sed quia non possumus esse

ſine peccatis, caveamus in quantùm poſſumus, & emendemus quidquid peccaverimus. Demus bona exempla ſubditis nobis, & corrigamus noſmetipſos, & ſubditos, & exhortemur in meliora jugiter. Amen.

Ibid. De die Dominico. Die Dominico nihil aliud agendum eſt, niſi Deo vacandum in hymnis & pſalmis, & canticis ſpiritualibus: dies quoque Paſchalis hebdomadæ omnes æquali religione colendi ſunt.

Concil. Erpfordienſe, anno 932. Cap. 1. Ut deinceps naralitia duodecim Apoſtolorum ſummâ veneratione ſolemniter celebrentur, &c. *v. locum, tom. 25.*

Concil. Engilenhimenſe, anno 948. Cap. vj. Quot diebus feriendum ſit in Paſcha & Pentecoſte? *Ut Paſchalis hebdomada feſtivè tota celebretur, & in Pentecoſten ſecunda, tertia, quarea feria non minùs quam dies Dominicus ſolemniter honorentur.* v tit. *De Paſcha.*

Concil. Ænhamenſe, anno 1009. Cap. xv. in alijs Capitulis ejuſd. Concil. De die Dominica. *Dominicæ ſolemnia diei cum ſummo honore magnoperè celebranda, &c.* v. loc. eod. tom.

Concil. incerti Authoris, loci, ac temporis, Cap. xxij. *v. titul.* De oratione dominica & Symbolo.

Conſtitutiones Wilielmi Epiſcopi Pariſ. titul. xj. Præcipitur quòd Presbyteri Parochianos ſuos, qui tribus Dominicis continuis ſe ab Eccleſia ſua abſentaverint ſine cauſa juſta & neceſſaria, interdicant, & ad Epiſcopum mittant interdictos: militibus diſcutrentibus defertur. *v. loc. ſub pag. 566. tom. 26.*

Hic titulus deſideratur. Cap. xxij. Feſtum B. Matthiæ in anno Biſſextili in primo vel ſecundo die poteſt celebrari. *In fin. tom. 27.*

Concil. Scoticum, anno 1203. De celebratione diei Dominicæ. *Tom. 28.* Mandatum ſanctum Dominicæ diei de Gælo venit in Jeruſalem, & inventum eſt ſuper Altare S. Simeonis, quod eſt in Golgotha, ubi Chriſtus crucifixus eſt pro peccatis mundi, & mandavit Dominus hanc Epiſtolam, quæ apprehenſa eſt ſuper Altare S. Simeonis; quam per tres dies & per tres noctes homines aſpicientes corruerunt in terram, rogantes Dei miſericordiam, & poſt horam tertiam erexit ſe Patriarcha, & Akarias Archiepiſcopus, & expanderunt inſulam, & ſanctam acceperunt Epiſtolam Dei. Quam cum accepiſſent invenerunt ſuperſcriptum illud: *Ego Dominus, qui præcepi vobis, ut obſervetis diem ſanctum Dominicum, & non cuſtodiſtis eum, & de peccatis veſtris non pœnituiſtis, ſicut*
Matt. 24. *dixi per Evangelium meum: Cælum & Terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.* v. locum, tom. 28.

Concil. Oxonienſe, anno 1222. Cap. viij. De Feſtis. Hæc ſunt Feſta, in quibus prohibitis alijs operibus, conceduntur opera agriculturæ & carrucarum. *Statuimus ut Feſta ſubſcripta ſub omni veneratione ſerventur, &c.* Hæc ſunt Feſta, in quibus poſt Miſſam opera ruſticana concedimus, ſed antequàm, non. *Octava Epiphaniæ, SS. Joannis & Pauli, &c.* v. locum, rom. 28.

Not. Feſta S. Ruperti, Virgilij, & Auguſtini celebrentur.

Concil. Saltzburg anno 1274. Capitul. xix. De veneratione Patrum, ſive Patronorum. *Patres noſtros venerabiles, & Patronos venerabiliter, &c.* v. eod. rom. 28.

Concil. Ravennate, anno 1311. Capitul. x. De annuntiatione Feſtorum, & celebratione ipſorum, & obſervatione jejuniorum. *Statuimus inſuper, quòd Feſta Sanctorum Patronorum Eccleſiarum, &c.* v. ſub fin. 28. tom.

Concil. Palentinum, anno 1322. Cap. iv. De Ferijs. *Quamvis divinæ legis præcepto sanctum est, &c.* v. tom. 29.

Concil. Basileense, Sess. xxxvj. De Conceptione Gloriosissimæ Virginis Mariæ. *Elucidantibus divinæ gratiæ mysteria mercedem gloriosam repromisit, &c.* In hac festivitate conceditur Indulgentia 150. dies.

Ibid. Sess. xlvij. De Visitatione Beatæ Mariæ Virginis. *Inter assiduas Militantis Ecclesiæ turbationes & procellas, &c.* v. loc. tom. 30.

Concil. Frisingense, anno 1440. Cap. xv. De benedictione salis & asperforij diebus Dominicis. *Cupientes affectum devotionis augmentari, &c.* in fin. tom. 33. In hac festivitate conceditur Indulgentia 100. dies.

Ibid. cap. xvj. De celebratione Missarum. *v. locum.*

Concil. Tolet. anno 1473. Cap. vij. Quòd observentur dies Dominici & Festivi. *Tom.* 34.

Ibid. Constitutio ad removendos abusus, Cap. xx. De diebus Dominicis & Festorum sanctificationibus. *v. locum.*

Concil. Senon. anno 1527. Admonitiones aliquot errorum, &c. Cap. xv. Die Dominico non celebrentur Missæ in Capellis, etiam ex fundatione, nisi post completam Missam Parochialem. *v. loc. in fin. tom.* 34.

Concil. Colonienſe, anno 1536. pars septima, Cap. xxiv. Quomodo singulis Dominicis diebus plebs ad audiendam Missam se præparabit? *v. locum, tom* 35.

Ibid. pars nona, Cap. ix. Admonendus populus cur Ferię institutæ.

Ibid. cap. x. In Ferijs soli Deo vacandum.

Ibid. cap. xj. Dies Dedicationis Templi extrà Coloniam, uno die ubique celebrandus. *v. loc. eod. tom.* 35.

Statuta Synodalia Diœcesanæ Augustensis, anno 1548. titul. xxiv. De Ferijs & Festis Sanctorum. *In diebus Festis feriandis nihil innovare volentes, &c.* eod. tom. 35.

Concil. Moguntinum, anno 1549. Cap. xxxix. De benedictione salis, aquæ, & aliarum rerum, quæ per exorcismos & orationes, ad usum fidelium præparantur. *eod. tom.*

Ibid. cap. lxj. Sanctorum solemnitates Dominicis cedant.

Ibid. cap. xcviij. Mercatus diebus Dominicis & Festivis prohibendos.

Concil. Mediolan. I. anno 1565. pars 1. in fine. De Festorum dierum cultu. *Tom.* 36.

Concil. Mediolan. III. anno 1575. De Festorum dierum cultu. *eod. tom.*

Concil. Mediolan. V. anno 1579. Quæ ad dies Festos, & sacra tempora pertinent. *Nè quis diebus Dominicis, Festisque ex Urbe, Oppido, aliovè loco, &c.* v. loc. fusè. *Die Sacro Purificationis Beatissimæ Mariæ Virginis usus, ritusque, &c.* v. loc. fusè.

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. De cultu Sanctorum. *Æquissimum est, cum rationeque pietatis conjunctum, &c.*

Ibid. De diebus Festis. *Dei munere, beneficioque cum Ecclesia Mediolanensi, &c.*

Concil. Aquilcense, anno 1596. Rubric. xiv. De Festorum dierum sanctificatione. *Festos dies in honorem Dei, & Sanctorum ejus institutos ad gratias Deo agendas, &c.* v. loc. in fin. tom. 36.

DE ORATIONE DOMINICA ET SYMBOLO.

CONCIL. NICÆN. anno 325. titul. xxviij. De non flectendo genu in oratione. *vide locum, tom. 2.*

Concil. Carthag. III. anno 397. Capitul. xxiij. De precibus & orationibus. *v. tom. 3. pag. 481.*

Concil. Agath. anno 506. Can. xiij. Ut Symbolum antè octo dies Paſchæ competentibus prædicetur. *v. locum, tom. 10.*

Concil. Gerund. anno 517. Can x. Ut omnibus diebus horis veſpertinis, & matutinis oratio dominica dicatur. *eod. tom. 10.*

Concil. Tolet. III. anno 589. Can. ij. De Symbolo proferendo à populo in Eccleſia. *v. locum, tom. 13.*

Concil. Tolet. IV. anno 633. Capitul. x. De dominica oratione quotidiè patenter pronuntianda. *v. locum, tom. 14.*

Vide Not. hujus Concilij in fine. Cap. x. De oratione dominica in Miſſa recitanda. *Dominicam Orationem in Sacrificio Miſſæ, vel publico vel privato eſſe dicendam Chriſtus docuit, auct. Hieron. lib. 3. adversùs Pelagianos; Chriſtus Apoſtolos ſuos ut quotidiè in Corpore illius Sacrificio credentes andeant loqui*: Pater noſter qui es in Cælis. *Cregor. lib. 7. Epiſt. 63.* Mos fuit, *inquit*, Apoſtolorum ad ipſam orationem dominicam Immolationis Hoſtiam conſecrare. *Tertul. lib. de oratione, Cap. 9. & Ambroſius de Sacramento, Cap. 4. Auguſt. Sermo verbis Domini 28.*

Concil. Tolet. VIII. anno 653. Lex edita in eod. Concil. *Not.* Cur Symbolum Nicænum & Conſtantinopolitanum publicè, Apoſtolicum occultè & tacitè recitentur in divino officio. *v. locum, tom. 15.*

Concil. Francoford. anno 794. Can. xxxiij. Ut orationem dominicam & Symbolum fidei omnes doceantur.

Ibid. Can. lij. Quòd non in tribus tantùm linguis orandus ſit Deus. *Tom. 20.*

Capitulare Theodulfi Epiſc. Aurelianenſis, anno 797. capitul. ij. Quòd lectioni & orationi aſſiduè vacandum ſit.

Ibid. cap. iij. Quòd lectioni ſuccedere debeat operatio.

Ibid. cap. xxij. Ut omnes fideles orationem dominicam & Symbolum diſcant. *Commonendi ſunt fideles, ut, &c.* v. locum, tom. 20.

v. Not. in vita Leon. Pap. III. Cur Leo Symbolum Nicænum duabus tabulis Græcè & Latinè inſcribi curaverit. *v. loc. in fin. eod. tom. 20.*

Ibid. cap. xxiij. Ut omnes bis ſaltem quotidiè, manè & veſperi Deum orent.

Ibid. cap. xxix. Quomodo orandi fideles uti debeant?

Ibid. cap. xxx. De confeſſione peccatorum Deo quotidiè facienda. *v. loc.*

Concil. Mogunt. anno 813. Can. xlv. Ut Symbolum & orationem dominicam omnes diſcant. *Symbolum quod eſt ſignaculum fidei, &c.*

Concil. Rhemenſe II. eod. anno, Can. 1. Ut fidei rationem unuſquiſque diſcat, & operibus obſervet.

Ibid. Can. ij. Quòd orationem dominicam ignorare chriſtiano non liceat.

Ex Capitulis Caroli Magni. Capitular. Epiſcoporum. v. Quænam populo præcipuè inſinuanda ſunt? *Ut unuſquiſque Sacerdos orationem, &c.* v. loc. eod. tom. 20. pag. 298.

Homilia Leonis Pap. IV. *Attendite ut omnibus Parochianis, &c.* v. locum tom. 21.

Nicol. Pap. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. lij. De benedictione menſæ.

Ibid. liv. De humilitate quam poſtulat oratio. *Dicitis quòd Græci fateantur, quòd, &c.*

Ibid. lv. Quid in Eccleſia Græcorum manus ad pectus conſtringere? Quid in noſtra pectus percutere?

Ibid. lvj. De Oratione & Jejunio.

Ibid. lviij. Mulieres velato capite orare in Eccleſia debent.

Ibid. lx. De aſſiduitate orationis. *De cætero ſcire vos velle ſignificatis, quot vicibus laicalis perſona per unumquemque diem orationem facere debeat. In quo ſcire vos convenit, neminem exceptum eſſe ab eo, quod Dominus in Evangelio dicit:* Oportet ſemper orare & non deficere; *& Apoſtolus:* Sine intermiſſione orate; *quòd ſaniſſimè præfato Sancto Auguſtino docente, ſic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi, quæ nullo die prætermitti debeant, quærite & invenietis.* *Ioan. 18.* *1. Theſſ. 5.*

Ibid. lxiv. De abſtinentia Conjugatorum. Item & lxv. de eodem.

Ibid. lxxiv. Omni loco orandum.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. xvj. De oratione dominica & Symbolo. *v. locum, tom. 22.*

v. Not. in vita Stephani Pap. V. Quid in Templo agendum ſit? Orationes, cur in Templo faciliùs exaudiantur? *v. loc.*

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. 1. Communis oratio pro concordia tàm Cleri quàm populi, &c. *v. tom. 24.*

De Excerptionibus Egberti Archiepiſcopi. De oratione dominica. Ut unuſquiſque Sacerdos orationem dominicam & Symbolum populo ſibi commiſſo curiosè inſinuet, ac totius religionis ſtudium, & chriſtianitatis cultum eorum mentibus oſtendat.

Capitula incerti Authoris, loci, ac temporis. Cap. xxij. De oratione dominica & Symbolo, & manè & veſperè orando. *Commonendi ſunt fideles, ut generaliter omnes à minimo ad maximum, &c. Dicendum eſt illis, ut ſingulis diebus, qui ampliùs non poteſt, ſaltem duabus vicibus oret, manè ſcilicet & veſperè, dicens Symbolum, ſive orationem dominicam, &c.* v. locum, tom. 25.

Ibid. cap. xxix. De formula orandi, & peccata confitendi. *Admonere debetis fideles, ut aſſiduitatem & ſtudium habeant orandi, &c. Omni enim die Deo in oratione noſtra, aut ſemel, aut bis, aut quando ampliùs poſſimus, confiteri debemus peccata noſtra.*

Statuta Synodi Diœceſanæ Auguſtenſis, anno 1548. titul. xxv. Ut Oratio dominica, angelica ſalutatio, & Symbolum Apoſtolorum, ab omnibus æqualiter dicantur. *Cùm poſt innumeras novationes noſtras, noſtrâ tempeſtate, &c.* Tom. 35.

Concil. Mediolan. V. anno 1579. De oratione antè operis inchoationem. *Non decet chriſtianum hominem opus aliquod antè ſuſcipere, &c.* v. loc. tom. 36.

DE PANE AZIMO, ET FERMENTATO.

EPIST. MELCHIADIS PAPÆ ad omnes Hiſpaniæ Epiſcopos. *v. ejus notas.* Fermentum quid, & cur ſit dictum? *v. locum, tom. 1. in fin. pag. 694.*

Concil. Laodicenum, Can. xiv. Ad alias Parochias Eulogias, quæ oblatę ſunt, minimè deſtinendas. *v. tom. 2.*

Innocent. Pap. I. Epiſt. *1.* ad Decentium, titul. v. De Fermento, quòd Civitatis tantùm Presbyteris dirigatur. *De Fermento verò, quòd die Dominicâ per titulos mittimus, ſuperfluè nos conſulere voluiſti, cùm omnes Eccleſiæ noſtræ intrà Civitatem ſint conſtitutæ, quarum Presbyteri, quia die ipsâ propter plebem ſibi creditam nobiſcum convenire non poſſunt. Idcircò Fermentum à nobis confectum per Acolythos accipiunt, ut ſe à noſtra Communione, maximè illâ die, non judicent ſeparatos, quod per Parochias fieri debere non puto; quia non longè portanda ſunt Sacramenta, nec nos per Cœmeteria diverſa conſtituti Presbyteris deſtinamus, & Presbyteri eorum conficiendorum jus habeant atque licentiam.* v. Eulogium. (Baronius Per Fermentum Eulogias intelligit, Syrmondus Euchariſtiam. Defquef. de Azimo, c. 5.

Capitula collecta anno 572. in fine 12. tom. Cap. lxx. De eo quod non liceat Clericis ſive Laïcis Catholicis ab Hęreticis Eulogias accipere, aut cum ipſis vel Schiſmaticis orare.

Concil. Florentinum Generale ſub Eugenio Pap. IV. anno 1438. Capite vij. *infrà.* De Azimo & Fermentato. *Neſcit profectò bonus ille vir quantùm differat inter Judaïcum Paſcha & Azima, & myſticum Sacrificium.* v. locum, tom. 32. pag. 835.

Concil. Florentinum, anno 1438. De Euchariſtia. Deſcribitur ibidem in cedulis licitam fuiſſe additionem, *Filioque*; & Corpus Chriſti ſive in Azimo, ſive in Fermentato Pane triticeo veraciter confici. *Et quia circa primatum & conſecrationem Sanctiſſimi Corporis Domini noſtri Jeſu-Chriſti ſupererant dubia, &c.* v. locum, tom. 33. pag. 455.

De Eulogis, vide Concil. Mamnet. c. 9. tom. xxiv. pag. 680. Meldenſe, c. 45. xxj. 489. & 566. xxiv. 398. xxij. 541. xxiv. 684. Laodic. c. 14. ij. 90. xij. 690.

v. quoque de Paſcha & alijs Feſtis.

DE JEJUNIO QVADRAGESIMAE.

CIBORUM DELECTU.

EPISTOLA THELESPHORI PAPÆ, ad omnes Chriſti univerſaliter Fideles, titul. 1. Ut ſeptem hebdomadas antè Paſcha Clerici à carne jejunent. *v. locum, tom. 1. pag. 206.*

Epiſtola 1. Calliſti Pap. I. titul. 1. De temporibus jejuniorum. *Ibid. pag. 275.*

Concil. Eliberit. anno 305. Can. xxiij. De temporibus jejuniorum. *Jejuniorum ſuperpoſitiones per ſingulos menſes placuit celebrari; exceptis diebus duorum menſium, Julij & Auguſti, ob quorumdam infirmitatem.*

Ibid. Can. xxvj. Ut omni Sabbato jejunetur. *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die ſuperſtitiones celebremus.* v. ejus notas, pag. 206.

Epiſt. Melchiadis Pap. tit. iij. De jejunio dominicæ diei & quintæ feriæ. *v. loc. in fin. tom. 1.*

Concil. Ancyr. anno 314. Can. xiv. Τοὶς ἐν κλήρῳ, &c. Ex interpret. Iſidor. Mercatoris, Can. xiij. *Hi qui in Clero ſunt Presbyteri & Diaconi, & à carnibus abſtinent, placuit eas quidem contingere, & ita, ſi voluerint continere. Quòd ſi in tantùm eas abominantur, ut nec olera, quæ cum eis coquuntur, exiſtiment comedenda, tamquam non conſentientes regulæ ab ordine ceſſare debebunt.*

Concil. Laodicenum, Can. xlix. Ὅτι οὐ δεῖ τὴν, &c. *Interpret. Dion. Exig.* Oblationes offerri in Quadrageſima non oportere. *Quod non oporteat in Quadrageſima Panem benedictum offerri, niſi in Sabbato & Dominica.*

Ibid. Can. l. Ὅτι οὐ δεῖ, &c. *Ibid. interpret. Dion. Exig.* Non debere jejunium ſolvi in quinta feria majoris * ſeptimanæ. *Quod non oporteat in Quadrageſima in ultimæ ſeptimanæ quinta feria jejunium ſolvere, totamque Quadrageſimam ſine veneratione tranſire; magiſque conveniat omnem Quadrageſimam diſtricto venerari jejunio.* * hebdomadæ.

Ibid. Can. lj. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν, &c. *Id. interpret. Dion. Exig.* Non debere in jejunio commemorationes Martyrum fieri. *Quod non oporteat in Quadrageſima Martyrum natalitia celebrari, ſed eorum ſancta commemoratio in diebus Sabbatorum & Dominicarum fieri conveniat.*

Ibid. Can. lij. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν, &c. *Id. interpret. Dion. Exig.* Ut natalitia vel nuptiæ in Quadrageſima non fiant. *Quod non oporteat in Quadrageſima aut natalitia, aut nuptias celebrari.*

Concil. Gangrenſe, Can. ij. De his qui abominantur, qui carnibus veſcuntur. Εἴ τις βδελύττα χρέα κυρίκ, &c. *Si quis carnem edentem, abſque ſanguine, & Idolis immolato & ſuffocato, cum pietate & fide condemnat, uti ſpem non habentem, propter hujuſmodi perceptionem, anathema ſit.*

Ibid. Can. xix. De his qui eccleſiaſtica jejunia abſque neceſſitate diſſolvunt: Εἴ τις τῶν ἀσχουμένων χαρὶς, &c. *Si quis eorum qui pietatis exercitationi ſtudent abſque neceſſitate corporis inſoleſcae, & tradita in commune jejunia, & ab Eccleſia obſervata diſſolvat, nimirùm perfectâ quæ in eo eſt, ratiocinatione illâ improbante, anathema ſit.*

Decreta Liberij Papæ. Quòd in diebus jejunij nulla jurgia eſſe debeant.

Ibid. Ut in ſacris diebus jejuniorum conjugati à conjugibus ſe abſtineant.

* Peſtilentiæ. Ibid. Si evenerit fames, aut inæqualitas * aëris, quid agendum? *v. totum, tom. 3. pag. 161.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Capitul. lxiv. De his qui ſtudiosè dominico die jejunant. *Qui ſtudiosè dominico die jejunat, non credatur Catholicus.*

Innocent. I. Epiſt. 1. ad Decentium Eugubinum, Cap. iv. Quòd ritè omni Sabbato jejunetur. *Sabbato verò jejunandum eſſe ratio evidentiſſima demonſtrat. Nam ſi diem dominicum ob venerabilem Reſurrectionem Domini noſtri Jeſu-Chriſti, non ſolùm in Paſcha celebramus, verùm etiam per ſingulos circulos hebdomadarum ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſi 6. feriâ propter Paſſionem Domini jejunamus, Sabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam & lætitiam temporis illius videtur incluſum, &c.* v. totum, tom. 4.

Concil. Nicæn. anno 419. Capitul. xx. De non flectendo genu. *v. loc. tom. 4.*

Decreta aliqua Concilij Arauſic. I. anno 441. Ut in Sabbato jejunia non ſolvantur. *v. loc. tom. 7.*

Concil. Agath. anno 506. Can. xij. Ut omni Quadrageſimæ Sabbato jejunetur. *Placuit etiam ut omnes Eccleſiæ filij exceptis diebus dominicis in Quadrageſima etiam die Sabbato, Sacerdotali ordinatione, & diſtrictionis communione jejunent.*

Concil. Aurel. I. anno 511. Can. xxiv. Ut antè Paſcha, Quadrageſimæ obſervetur, non Quinquageſima. *Id à Sacerdotibus omnibus decretum eſt, ut antè Paſchæ ſolemnitatem, non Quinquageſima, ſed Quadrageſima teneatur.*

Concil. Gerund. anno 517. Can. ij. Ut Litaniæ poſt Pentecoſten à quinta feria uſque in Sabbato celebrentur. *De Litania, ut expletâ ſolemnitate Pentecoſtes, ſequens ſeptimana à quinta feria uſquè ad Sabbatum, per hoc triduum abſtinentia celebretur.*

Ibid. Can. iij. De ſecundis Litanijs faciendis Kalendis Novembris. *Item, ſecundæ Litaniæ faciendæ ſunt Kalendis Novembris; eâ tamen conditione ſervatâ, ut ſi ijſdem diebus dominica interceſſerit, in alia hebdomada ſecundum prioris abſti-*
* Sabbati. *nentiæ obſervantiam à quinta feria incipiantur, & in * Sabbato veſpere Miſſâ factâ finiantur. Quibus tamen diebus à carnibus & à vino abſtinendum decrevimus.*

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. ij. Ut Quadrageſima in omnibus Eccleſijs æqualiter teneatur, & Sabbatis jejunium non ſolvatur. *Hoc etiam determinus, &c.* v. locum, tom. 11.

Concil. Bracar. I. anno 563. Can. xiv. *Item placuit ut quicumque, &c.* v. locum, tom. 12.

Not. hujus Capituli. Eſum carnis Euſtachiani abominantur, quare?

Capitula collecta à Martino Bracar. in fin. tom. 12. Capit. xlviij. De non celebrandis Natalitijs Martyrum in Quadrageſima.

Ibid. cap. 50. De non ſolvendo jejunio in quinta feria Paſchæ. *v. locum, tom.* 12. *in fine.*

Concil. Lugdun. II. Can. vj. De Litanijs primâ Novembris hebdomadâ, in omni Eccleſia celebrandis. *Placuit etiam univerſis, &c.* v. locum, eod. tom. 12. in fine.

Concil. Turon. II. Can. xvij. De obſervatione jejuniorum Monachis obeunda. *De Jejunijs verò antiquæ, &c.* v. locum, & titul. De Monachis & Monialibus.

Concil. Autiſiodor. anno 578. Can. ij. Ut Quadrageſimæ initium in Epiphania nuntietur. *Ut omnes Presbyteri, &c.*

Concil. Matiſcon. I. anno 591. Can. ix. Ut à Feſto S. Martini ad Natalem Domini, ſecunda, quartâ, & ſextâ feriâ jejunetur, & Canones legantur. *Ut à feria Sancti Martini uſque ad Natale Domini, ſecundâ, quartâ & ſextâ Sabbati jejunetur, & Sacrificia Quadrageſimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus Canones legendos eſſe ſpeciali definitione ſancimus, ut nullus ſe fateatur per ignorantiam deliquiſſe.* 11. qu. 1. Nullus Clericus.

Concil. Tolet. IV. anno 633. Can. viij. De non ſolvendo jejunio in ſexta feria Paſchæ, exceptis languidis, ſenibus, & parvulis. *Quidam in die ejuſdem dominicæ Paſſionis * ad horam nonam jejunium ſolvunt, convivijs abutuntur, & dum Sol ipſe eodem die tenebris palliatus lumen ſubduxerit, ipſaque elementa turpata mœſtitiam totius mundi oſtenderint, illi jejunium tanti diei polluunt, epuliſque inſerviunt. Et quia totum eumdem diem univerſalis Eccleſia propter Paſſionem Domini in mœrore & abſtinentia peragit; quicumque in eo jejunium, præter parvulos, ſenes & languidos, antè peractas indulgentiæ preces reſolverit, à Paſchali gaudio repellatur, nec in eo Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini percipiat, qui diem Paſſionis ipſius per abſtinentiam non honorat.* * ab hora nona.

Concil. Tolet. VII. anno 653. Can. ix. De his qui in pretextu incommodæ ægritudinis, Quadrageſimæ jejunium ſolvunt. *Novæ intentionis admonitu, detecta eſt ingluvies horrenda voracium, quæ dum fræno parſimoniæ non adſtringitur, religioni contraïre * cenſetur: nam dicente Scripturâ*; Qui ſpernit minima, paulatim decidet in maxima. *Illi tanto edacitatis improbæ ſumptu graſſaneur, ut cæleſtia penè ſumma contemnere videantur, &c.* v. locum, tom. 15. * monſtratur. Eccl. 19.

Concil. Conſtantinopolitanum, univerſale & reprobatum. *v. ejus Notas.* Can. lv. De jejunio Sabbati. *v.* Can. lxvij. De ſanguini & ſuffocati abſtinentia, hunc Canonem ſtultum, dementem & erroneum eſſe oſtendunt. *v. loc. tom.* 17.

Concil. Berghamſtedæ Canones, anno 697. Can. xv. Servo carnem offerens in jejunio. *Si quis Servo ſuo carnem in jejunio dederit comedendam, Servus liber exeat.*

Ibid. Can. xvj. Sponte edens. *Si Servus ex ſponte ſua eam ederit, aut ſex ſolidis luat, aut flagello.*

Capitular. Gregor. II. datum Martiniano Epiſcopo, &c. Capitul. vij. Ut nihil in præceptione ciborum judicetur immundum, niſi quod fuerit Idolis immolatum: quia juxtà quod magiſterio Apoſtolico docetur, *Omnis Creatura Deo bona*; & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. 1. Tim. 4.

Ibid. Capitul. x. Ut dominicis diebus doceantur non licere omninò jeju-

nare, propter Reſurrectionis Dominicæ Sacramentum, neque in Feſtivitatibus Dominicis, Nativitatis, aut Apparitionis, ſive Aſcenſionis.

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium, ij. ejuſd. Epiſt. 1. ad Bonifac. Archiepiſcopum. *Inter cætera agreſtem caballum aliquantos comedere adjunxiſti, pleroſque & domeſticum, hoc nequaquam fieri deinceps, Sanctiſſime Frater, ſinas; ſed quibus potueris, Chriſto juvante, modis per omnia compeſce, & dignam eis impone pœnitentiam: immundum eſt enim atque execrabile.*

Ibid. xxix. De ſuffocato & ſanguine non edendo. *Suffocatum dicimus quod ſine ſanguinis effuſione perimitur, vel quod in laqueo necatur. Si quis à lupo, vel à cane, aut in laqueo ſuffocatum invenerit, nullatenus manducetur: nec ſanguinem alicujus beſtiæ quis manducare aut bibere præſumat. Quòd ſi quis fecerit, quadraginta dies pœniteat.*

Ibid. xxx. *Si quis contempſerit indictum Jejunium contrà decreta Seniorum, quadraginta dies pœniteat.*

Ibid. in eodem, in fine. *Si Piſcis in piſcina mortuus inventus fuerit, nullatenus manducetur; & ſi quis manducaverit, ſeptem dies pœniteat.*

Zachar. Pap. Epiſt. xij. ad Bonifac. Archiepiſcopum. poſt. 6. lin. 3. pag. *In primis de volatilibus, id eſt, Graculis & Corniculis, atque Ciconijs, quæ omnino cavendæ ſunt ab eſu Chriſtianorum; etiam & Fibri atque Lepores, & Equi ſilvatici, multò amplius evitandi.*

Id. ibid. in eadem, ſub finem quartæ pag. *Nam & hoc inquiſiſti poſt quantùm temporis debeat Lardum comedi. Nobis à Patribus conſtitutum (pro hoc) non eſt. Tibi autem petenti concilium præbemus, quòd non oporteat illud mandi, priuſquàm fumo ſiccetur, aut igne coquaeur. Si verò libet ut incoctum manducetur, poſt Paſchalem feſtivitatem erit manducandum.*

Concil. Cloveshoviæ II. anno 747. Can. xviij. De jejunio quarti, ſeptimi, & decimi menſis. *Octavo-decimo ſtatutum eſt mandato, ut jejuniorum tempora, id eſt, quarti, ſeptimi, & decimi menſis, nullus negligere præſumat; ſed antè horum initia per ſingulos annos admoneatur plebs, quatenùs legitima univerſalis Eccleſiæ ſciat atque obſervee jejunia, concorditerque univerſi id faciant, nec ullatenùs in ejuſmodi diſcrepent obſervatione, ſed ſecundùm exemplar, quod juxtà ritum Romanæ Eccleſiæ deſcriptum habemus, ſtudeant celebrare.*

Capitular. Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. Cap. xlviij. Item in eo-
lib. 1. c. 48. dem, ut eccleſiaſtica à Sacerdotibus jejunia conſtituta ſine neceſſitate rationa-
Concil. Gangr. Can. 19. bili non ſolvantur. *Si quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem ſuperbiat, & jejunia communia, quæ totius Eccleſiæ traditio celelebrat, putaverit diſſolvenda, perfectam eſſe apud ſe judicans, anathema ſit.*

Epiſt. Caroli Magni ad Offam Regem Merciorum. *Presbyter iſte & Scotus*
Alcuini Epiſt. 85. *apud nos moratus eſt aliquanto tempore in Parochia Hildeboldi Colonienſis Epiſcopi; ſed reprehenſibilis factus, ut fertur, à quodam accuſatore, quòd carnem diebus Quadrageſimalibus comediſſet. Noſtri verò Sacerdotes judicare renuerunt, quia plenum teſtimonium accuſantium ſuper eum non invenerunt. Tamen nec eum loco conſueto habitationis ſuæ propter infamiam diutiùs morari permiſerunt; nè Sacerdotalis honor apud imperitum vulgus vileſceret, vel ritmigerula loquela aliqui hortarentur violare ſanctum jejunium.*

Capitularè

Capitulare Theodulfi Aurelian. Epiſcopi, anno 797. Cap. xxxvij. Quòd Jejunium Quadrageſimæ ſummâ curâ obſervandum ſit. IPSA autem Quadrageſima cum ſumma obſervatione cuſtodiri debet, ut Jejunium in ea, præter dies Dominicos, qui abſtinentiæ ſubſtracti ſunt, nullatenùs reſolvatur: quia ipſi dies decimæ ſunt anni noſtri, quos cum omni religione & ſanctitate tranſigere debemus. Nulla in his occaſio ſit reſolvandi Jejunij; quia aliquo tempore ſolet Jejunium cáritatis causâ diſſolvi, iſto verò nullatenùs debet: quia in alio jejunare in voluntate & arbitrio cujuſlibet poſitum eſt, in hoc verò non jejunare præceptum Dei tranſcendere eſt. Et in alio tempore jejunare præmium abſtinenti acquirere eſt; in hoc verò præter infirmos ac parvulos, quiſquis non jejunaverit, pœnam ſibi acquirit; quia eoſdem dies Dominus, & per Moyſem, & per Eliam, & per Semetipſum, ſacro Jejunio conſecravit.

Ibid. Cap. xxxviij. Quòd cum Jejunio Eleemoſyna jungenda ſit. DIEBUS verò Jejunij Eleemoſyna facienda eſt, & cibum vel potum, quo quiſque uti debuit, ſi non jejunaret, pauperibus eroget: quia jejunare, & cibos prandij ad cœnam reſervare, non mercedis, ſed ciborum eſt incrementum.

Ibid. Cap. xxxix. Quòd Jejunium antè veſpertinum officium ſolvi non debeat. SOLENT plures qui ſe jejunare putant, mox ut ſignum audiunt ad nonam manducare; quia nullatenùs jejunare credendi ſunt, ſi antè manducaverint quàm veſpertinum celebretur officium. Concurrendum eſt enim ad Miſſas, & auditis Miſſarum ſolemnibus, ſive veſpertinis officijs, largitis Eleemoſynis, ad cibum accedendum eſt. Si verò aliquis neceſſitate conſtitutus fuerit ad Miſſam convenire non valeat, æſtimata veſpertina hora, completâ oratione ſua Jejunium abſolvere debet. *De conſecrat. diſt. Solent.*

Ibid. Cap. xl. A quibuſnam abſtinendum ſit cum jejunetur? ABSTINENTIA verò in his diebus omnium delitiarum eſſe debet, & ſobriè & caſtè vivendum. Qui verò ovis, caſeo, piſcibus, & vino abſtinere poteſt, magnæ virtutis eſt. Qui autem his, aut infirmitate interveniente, aut quolibet opere, abſtinere non poteſt, utatur tantum ut Jejunium uſquè ad veſperum ſolemniter celebret, & vinum non ad ebrietatem, ſed ad refectionem corporis ſui ſumat. A caſeo verò, lacte, butyro, & ovis abſtinere, & non jejunare, dementiſſimum eſt, & omni ratione ſemotum. Vini enim ebrietas & luxuria prohibita ſunt, non lac, & ova. Non enim ait Apoſtolus, nolite comedere lac & ova: ſed *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Epheſ. 5.

Ibid. Cap. xlj. Quibus diebus in Quadrageſima communicare debeant fideles? SINGULIS diebus Dominicis in Quadrageſima, præter hos qui excommunicati ſunt, Sacramenta Corporis & Sanguinis Chriſti ſumenda ſunt, & in Cœna Domini, & in Paraſceve, in Vigilia Paſchæ, & in die Reſurrectionis Domini, penitùs ab omnibus communicandum, & ipſi dies Paſchalis hebdomadæ omnes æquali religione colendi ſunt.

Ibid. Cap. xlij. Quòd Jejuniorum diebus ceſſare debeant lites & contentiones. IN his Jejuniorum diebus nullæ lites, nullę contentiones eſſe debent; ſed in Dei laudibus & in opere neceſſario perſiſtendum. Arguit enim eos qui contentiones & lites Quadrageſimæ tempore exercent, & qui debita à debitoribus exigunt, Dominus per Prophetam dicens: *Ecce in die Jejunij veſtri inveniuntur voluntates veſtræ, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones jejunatis & percutitis pugno impiè.* Iſai. 58.

Ibid. Cap. xliij. Quod diebus Jejuniorum abſtinendum ſit à Conjugibus. ABSTINENDUM eſt enim in his ſacratiſſimis diebus à Conjugibus, & caſtè & piè vivendum, ut ſanctificato corde & corpore iſti ſancti dies tranſigantur, & ſic perveniatur ad diem ſanctum Paſchæ: quia penè nihil valet Jejunium, quod conjugali polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemoſynæ non commendant.

Admonitio Caroli Magni Imp. ad Presbyteros. ix. Ut nullus præſumat in Cœna Domini Jejunium ſolvere.

Concil. Mogunt. anno 813. Can. xxxiv. De quatuor temporibus obſervandis. CONSTITUIMUS ut quatuor tempora anni, ab omnibus cum Jejunio obſerventur, id eſt, in menſe Martio hebdomadâ primâ & feriâ quartâ & ſextâ & Sabbato, veniant omnes ad Eccleſiam horâ nonâ cum Litanijs ad Miſſarum ſolemnia. Similiter in menſe Junio hebdomadâ ſecundâ, feriâ quartâ & ſextâ & Sabbato jejunetur uſquè ad horam nonam, & à carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in menſe Septembrio hebdomadâ tertiâ, & in menſe Decembrio hebdomada, quæ fuerit plena antè Vigiliam Natalis Domini, ſicut & in Romana Eccleſia traditum.

Capitular. c. 86 diſt. 76 conſtituimus.

Ibid. Can. xxxv. De indicto Jejunio. QUÒD ſi quis indictum Jejunium ſuperbiendo contempſerit, & obſervare cum cæteris Chriſtianis noluerit, in Gangrenſi Concilio præcipitur ut anathematizetur, niſi emendare ſtudeat.

Ibid. c 87. Can. 19.

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xlvij. De obſervanbis Jejunijs quæ pro aliqua neceſſitate indicuntur. JEJUNIA quando generaliter pro aliqua neceſſitate indicuntur, diligenter ab omnibus cuſtodienda ſunt & obſervanda. Nec ſe aliquis improbitate gulæ patiatur corrumpi, ut de communi conſortio ſequeſtratus, effectum Jejunij, quem cum cæteris abſtinendo conſequi debuit, ingluviæ ventris victus turpiter amittat.

Concil. Aquiſgran. anno 816. Cap. lxiij. De his qui eſum carnium in Clero conſtituti diffugiunt. *Concil. Ancyr. c. 13.* De his qui in Clero ſunt Presbyteri & Diaconi, & à carnibus abſtinent, placuit eas quidem contingere, & ita ſi voluerint continere. Quòd ſi in tantùm eas abominantur, ut nec olera, quæ cum eis coquuntur, exiſtiment comedenda, tanquam non conſentientes regulæ ab ordine ceſſare debebunt.

Ibid. Cap. lxv. De his qui abominantur eos, qui carnibus veſcuntur. *Ex Concil. Neocæſar. c. 2.* Si quis carnes edentem, præter ſanguinem & Idolis immolatum & ſuffocatum, cum religione & fide condemnat, velut ſpem propter hujuſmodi perceptionem non habentem, anathema ſit.

Ibid. Cap. lxviij De his qui Dominico die jejunant tanquam nihil præ cæteris differente. *Si quis propter continentiam quæ putatur, aut contumaciam, in die dominico jejunat, anathema ſit.*

Ibid. Cap. lxix. De his qui eccleſiaſtica Jejunia abſque neceſſitate diſſolvunt. *Si quis eorum, qui continentiæ ſtudent abſque neceſſitate corpora tradita in commune Jejunia, & ab Eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſolvit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit.*

Concil. Aquiſgran. II. anno 836. Cap. iij. De perſona Regis Filiorumque ejus & Miniſtrorum.

Ibid. Cap. xvij. Ut Eccleſiaſticis Quadrageſimæ tempus ſub quiete agere

liceat. VESTRAM intereà, Deo amabilis Auguſte, petimus clementiam uti abſque inevitabili neceſſitate ſanctum tempus Quadrageſimæ liceat Eccleſiaſticis Viris ſub quiete agere, quatenùs tempus illud quod purificatio eſſe debet aliorum temporum, non inquinetur inquietudine perturbationum.

Ibid. Can. xviij. Ut placita & nuptiæ diebus Dominicis non fiant. JEJUNIUM diebus Dominicis tenere, & Canonica interdicit auctoritas, & Reſurrectionis Dominicę tanta ſolemnitas. Et ideò placita illis diebus, neque nuptias pro reverentia tantæ ſolemnitatis celebrari viſum eſt. *Concil. Gangr c. 18. aſſt. 30. ſi quis.*

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. lxxvj. Ut Comites, ſeu Judices, placitum aut mallum non teneant poſt quartam feriam in capite Jejunij. *Ut Regia Majeſtas obſervare præcipiat omnibus Reipublicæ Miniſtris, quòd à Divina auctoritate, & Sanctorum Patrum conſtitutione cautum eſſe dignoſcitur: videlicet ut nemo Comitum, aut quiſquam ex Judiciaria poteſtate, poſt quartam feriam; quæ caput Jejunij nominatur, in qua omnes pœnitentes manus impoſitionem ad vacandum ſolummodo pœnitentiæ & divinis officijs accipiunt, placitum aut mallum tenere præſumant.*

Homil. Leonis Pap. IV. *in ult. pag.* Ab illa quarta feria uſque in diem Reſurrectionis Domini nullus manducet carnem vel ſanguinem.

Concil. Sueſſion. II. anno 853. Act. viij. Cap. viij. Caroli Calvi. Ut tempore Quadrageſimæ & alijs Jejuniorum diebus, malla vel placita non fiant. *Ut Miſſi noſtri Comitibus, & omnibus Reipublicæ Miniſtris, firmiter ex verbo noſtro denuntient atque præcipiant, ut à quarta feria antè initium Quadrageſimæ, nec in ipſa quarta feria uſque poſt Octavas Paſchæ, mallum vel placitum publicum, niſi de concordia & pacificatione diſcordantium, tenere præſumant. Similiter etiam à quarta feria antè Nativitatem Domini uſque poſt conſecratos dies obſervent, nec non & in Jejunijs quatuor temporum, & in Rogationibus ſimili obſervatione eoſdem feriatos venerari omnimodis ſtudeant.*

Nicol. Pap. I. Reſponſ. ad Conſulta Bulgarorum, Cap. iv. De carnium abſtinentia. QUOT temporibus vel diebus in circuitu ſit anni à carnibus abſtinendum, nunc vobis qui rudes eſtis, & in fide quodammodo parvuli, ſuperfluè ducimus exponendum. Verùm interim in diebus Jejuniorum, in quibus per abſtinentiam & lamentum pœnitentiæ præcipuè Domino ſupplicandum eſt, modis omnibus eſt à carnibus abſtinendum, &c. *v. reliqua, tom. 22.*

Ibid. Cap. v. De eodem argumento. QUARTA feriâ, quamvis è ceteris diebus præter ſextam feriam ſit amplius mœroribus operandum, pro eo quod Dominus ipſo jam die in corde terræ, id eſt, Judæ traditoris quodammodo ſepultus eſt, &c. *v. loc. fusè.*

Ibid. Cap. xliij. Quæ animalia munda vel immunda, ſeu volatilia, liceat manducare? QUÆ animalia ſeu volatilia liceat manducare? quantùm exiſtimo Dominus evidenter oſtendit, cùm poſt diluvium animalia cuncta Noë tribuit, & Filijs ſuis edenda, dicens: *Omnes Piſces maris manui veſtræ traditi ſunt, & omne quod movetur & vivit erit vobis in cibum quaſi olera virentia,* &c. Gen. 9. *v. loc. fusè.*

Ibid. Cap. xliv. De non venando in Quadrageſima. NULLA ratio ſinit in Quadrageſimali tempore venationibus uti: venantes autem nihil præter carnes captant; ut ergò nihil carnale ſectari videamini, decenter à carnibus cap-

tandis in Quadrageſimali præcipuè tempore vobis eſt abſtinendum : quantò enim Jejunij tempore arctius eſt divinis cultibus inſiſtendum ; tantò eſt à cunctis mundi nocivis oblectamentis longiùs recedendum ; præſertim cùm neminem niſi reproborum venationes exercuiſſe ſacra deſignet hiſtoria.

Ibid. Cap xlv. De eodem argumento. A NOBIS ſcire cupitis, ſi in Quadrageſimali tempore Judicia ſint exercenda, & ad mortem aliquis addicendus. In quo nos novitatis eadem de Quadrageſimali tempore ſuper hac reſpondere conſultatione, quæ diebus feſtis, nos duodecimo harum Reſponſionum Capitulo jam reſpondiſſe dignoſcimur.

Ibid. Cap. xlvj. De Bello Quadrageſimæ tempore. JAM verò ſi Quadrageſimali tempore liceat, ſi neceſſitas exigit, vel ſi non exigit ulla neceſſitas, ad Bella procedere, non vobis neceſſarium eſt exponendum ; cùm priorum propoſitionum ſolutionibus, quid vos conveniat agere, etiam nobis tacentibus jam ipſi colligitis. Bellorum quippè ac prælíorum certamina, nec non omnium jurgiorum initia diabolicæ fraude ſunt artis profectò reperta, & dilatandi regni cupidus, vel iræ, vel invidiæ, vel alius cujuſpiam vitij dilector, tantùm his intendere, ſeu delectari convincitur. *v. cætera in loc.*

Ibid. Cap. xlvij. De Jocis in Quadrageſima interdictis. CONSULITIS, ſi liceat in Quadrageſimali tempore Jocis vacare ; quòd non ſolùm in Quadrageſimali, verùm etiam in nullo tempore licitum eſt Chriſtianis. Sed quia vobis, qui in montem nondum aſcendere tanquam infirmi poteſtis, ut indè ſublimia mandata Dei percipiatis, ſed in campeſtribus quemadmodùm Filij quondam Iſraël poſiti eſtis, &c. *v. loc.*

Ibid. Cap. xlviij. Nuptiæ in Quadrageſima fieri prohibentur. UNDE nec Uxorem ducere, nec Convivia facere in Quadrageſimali tempore convenire poſſe nullatenùs arbitramur. Iterum quid hinc Sacri Canones dicant, Epiſcopo veſtro docente, ſcietis.

Ibid. Cap. l. De abſtinentia Conjugatorum in Quadrageſima. QUID de eo, qui de Quadrageſimali tempore cum Uxore ſua coïerit, ſit judicandum Epiſcopi veſtri, & Sacerdotibus qui ab eo conſtituetur, arbitrio conſiderandum ac diffiniendum committimus, qui ſingulorum mores agnoſcere poterunt ; & uniuſcujuſque veſtrûm cauſas libratis perſonis ac temporibus diſcernere, ſed moderari debebunt. Porrò cum ea eodem tempore ſine aliqua contaminatione dormire omninò liceret, ſi ignis & palea ſine læſione communionem aliquam habuiſſent, vel ſi diabolicæ fraudis aſtutiæ neſcirentur ; nam ubi Maſculus cum Fœmina pariter converſantur, difficile eſt inſidias hoſtis antiqui deeſſe, quæ
2. *Reg.* 13. nimirùm non defuere, ubi ſolitaria Fratris & Sororis Ammonis & Thamar extitit praviſſimo ſpatio commemoratio.

Ibid. Cap. lxx. De hora ſumendi cibum. CONSULENTIBUS Vobis, ſi liceat abſque Jejuniorum tempore quantumculumcumque valdè manè comedere : Reſpondemus, qui neminem Patrum noſtrorum antè horam diei tertiam manducaſſe, nec Sancta Eccleſia antè horam hanc traditionem ſumendi cibum accepiſſe recolimus, &c. *v. locum fusè.*

Iſaac. Epiſcopi Lingon. Canones. De mallis vel placitis ſæcularibus, quibus temporibus obſervari debeant ? *in* 2. *pag.* Volumus omnibus Comitibus, omnibuſque Reipublicæ Miniſtris firmiter denuntiare, ut à quarta feria antè

initium Quadrageſimę, nec in ipſa quarta feria uſque poſt in Octavas Paſchæ mallum vel placitum, &c. *v. locum.*

Capitula Herardi Archiepiſcopi Turon. De Jejunijs quatuor temporum. x. De Jejunijs quatuor temporum, & alijs pro diverſis neceſſitatibus conſtitutis, ut non ſolvantur, niſi certis infirmitatibus.

Ibid. Cap. lxxxiij. Qui Sabbato Paſchæ uſque ad noctis initium non jejunant, excommunicentur; & à Paſchali communione ſecernantur.

Walterij Aurelian. Capitula. Cap. xiij. De obſervatione Jejuniorum. *Ut Jejunia à Paſtoribus injuncta, &c.* v. locum ibid.

Excerptiones Egberti Archiepiſc. De Jejunio non ſolvendo. *Indicta Jejunia nullus præſumat infringere vel violare, nè iram Dei incurrat.*

Canones dati ſub Edgaro Rege, anno 967. Can. xxv. De Jejunio. *Docemus etiam ut Feſtorum temporibus & Statutis Jejunijs, Conjugatus quilibet ab Uxore ſua ſe contineat.*

Canones Alfrici, anno 1047. *paulò poſt ibid.*

Capitula incerti Authoris, loci ac temporis. Cap. xxxvij. De obſervatione Quadrageſimæ. *Ipſa autem Quadrageſima cum ſumma obſervatione cuſtodiri debet, &c.*

Ibid. Cap. xxxviij. & xxxix. de eodem. *Diebus verò Jejunij eleemoſyna facienda eſt, &c. Solent plures qui ſe jejunare putant, mox ut ſignum audierint, ad horam nonam manducare, &c.*

Item & Cap. xl. xlj. xlij. xliij. & xliv. A quibus rebus & quomodo abſtinendum ſit. *Abſtinentia verò in his diebus penè omnium delitiarum eſſe debet, & ſobriè & caſtè vivendum, &c. Singulis diebus Dominicis in Quadrageſima præter hos qui excommunicati ſunt, &c. In his Jejuniorum diebus, nullæ lites, nullæ contentiones eſſe debent, &c. Abſtinendum eſt enim in his ſacratiſſimis diebus à Conjugibus, &c. Admonendus eſt Populus, ut ad Sacroſanctum Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini nequaquam indifferenter accedat, &c.* vide locum, tom. 25.

Gregor. Pap. VIII. anno 1187. Epiſt. ij. ad omnes Fideles. De Jejunio ſervando ad placandum Deum offenſum. *Nunquàm meliùs Superni Judicis ira pacatur, quàm, &c.* v. loc.

Concil. Ravennate, anno 1314. Capitul. xvj. De obſervantia Jejuniorum facienda tempore convocandorum Conciliorum. *Cùm certo certius ſit, quod Deus propter orationum inſtantiam, &c.* in fin. tom. 28.

Concil. Palentinum, anno 1322. Cap. xvj. De obſervatione Jejuniorum. *Ut Quadrageſimæ & quatuor temporum Jejunia à Sanctis Patribus inſtituta, &c.* v. locum, tom. 29.

Concil. Senon. anno 1527. Decretum Fidei, Cap. vij. De Jejunijs eccleſiaſticis. *Cùm in omnibus Eccleſiaſticis Conſtitutionibus, utilis quædam honeſtas, &c.* Tom. 34.

Concil. Colonienſe, anno 1536. pars nona, Cap. ij. Jejunia ab Eccleſia indicta reverenter obſervanda. *Jejunia ergò ab Eccleſia indicta, &c.*

Ibid. Cap. iij. Irriſores Eccleſiaſticorum Jejuniorum refelluntur. *Qui Eccleſiæ ordinationem irrident, illique Divum Paulum opponunt, &c.* Tom. 35.

Concil. Mogunt. anno 1549. Capitul. xlvij. De Jejunio & ciborum delectu. *Plebem Chriſtianam Paſtores noſtri, ſumpta ex Divinis, &c.* eod. tom. 35.

Concil. Trident. anno 1549. Seſſ. xxv. in fine. De delectu ciborum, Jejunijs, & diebus feſtis. *Inſuper hortatur Sancta Synodus, & per Sanctiſſimum, &c.* eod. tom. in fine.

Concil. Mediolan. IV. anno 1576. De Sacris quatuor Temporibus. *Sacra quatuor Jejuniorum Tempora ex Sancti Spiritûs doctrina ſalubriter inſtituta, &c.* v. locum, tom. 36.

Ibid. Formula denuntiationis Jejunij quatuor Temporum. *Quòd Sacrorum Temporum ratio & devotionis chriſtianæ admonet conſuetudo, &c.*

Item. De Ferijs. *Quo tempore ad ſalutem animæ toto corde, totaque mente, &c.*

Item. De Sancto Ambroſio. *Devotione congruâ, & debitis honòribus B. Chriſti Confeſſor Ambroſius Epiſcopus, &c.* v. titul. De Dominica die, & Feſtorum ſanctificatione.

DE SANCTORUM
INVOCATIONE ET CULTU,
DE MARTYRIBVS,
EORUMQUE MEMORIJS.

CONCIL. GANGRENSE, anno 305. Can. xx. ex interpret. Iſidor. Mercat. *Dion. Exig.* Εἴ τις αἱρετίκὸς, &c. Communicandum in Baſilicis Martyrum. *Si quis ſuperbo affectu utens & abhorrens conventus Martyrum, & Sacra quæ in eis celebrantur, & eorum memorijs, anathema ſit.*

Concil. Carthaginenſe I. anno 347. Capitul. ij. De Martyrum Sepulchris & honorificentia. *Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, neque ad paſſiva corpora, quæ ſepulturæ tantùm propter miſericordiam Eccleſiaſticam commendari mandatum eſt, redigat, ut aut inſaniâ præcipitatos, aut aliquo tali pacto, aut aliquâ ratione peccati * diſjunctos non ratione vel tempore competenti, quo Martyria celebrentur, Martyrum nomine appellet. At ſi quis ad injuriam Martyrum, claritati eorum adjungat infamiam, placet eos, ſi Laïci ſint, ad pœnitentiam redigi: ſi autem ſint Clerici, poſt commonitionem & poſt cognitionem, honore privari. Univerſi dixerunt: Rectè * ſtabilit Sanctitas veſtra, hoc & ſingulis Concilijs ſtatutum eſt.*

deeſt ad, in 41. niſi.

* diſcretos.

* ſtatuit.

Concil. Carthag V. anno 398. Capitul. xiv. De Baſilicis quæ ſine Martyrum Reliquijs dedicatæ ſunt. *v. titul.* De Eccleſijs, Altaribus, &c.

Præterritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum auctoritates. *In fin. Concil. Carth. VII. p.* 470. *tom.* 4. Sententia v. Quòd omnia Sanctorum merita, dona ſint Dei. *v. locum.*

Concil. Afric. anno 424. Can. xiij. De Paſſionibus Martyrum. *v. locum, eod. tom.* 4.

Ibid. Can. l. De falſis memorijs Martyrum.

Ibid. Can. lj. De Idolorum Reliquijs extirpandis. *v. locum.*

Gregor. Magn. lib. ij. Epiſt. l. De geſtis Sanctorum per Italiam. *v. locum, tom.* 13.

Ejuſd. lib. vij. indict. 1. Epiſt. xxix. Eulogio Epiſcopo Alexandriæ. UTILIS ſemper eſt docti Viri allocutio; quia, aut diſcit audiens quod neſcire ſe noverat, aut cognoſcit quod eſt ampliùs id quod ſe & neſciſſe neſciebat. Quia in re ex audientium numero ego nunc factus ſum, cui Sanctiſſima Veſtra Beatitudo ſcribere ſtuduit, ut cunctorum Martyrum geſta, quæ piæ memoriæ Conſtantini temporibus ab Euſebio Cæſarienſi collata ſunt, tranſmittere debeamus. Sed hæc neque ſi collata non ſint, neque ſi ſint antè Veſtræ Beatitudinis ſcripta cognovi. Ago ergò gratias, quia ſanctiſſimæ veſtræ doctrinæ

ſcriptis eruditus cœpi ſcire quod neſciebam. Prętęr illa enim quæ in ejuſdem Euſebij libris de geſtis Sanctorum Martyrum continentur, nulla in Archivo hujus noſtrę Eccleſiæ, vel in Romanæ Urbis Bibliothecis eſſe cognovi, niſi pauca quædam in unius codicis volumine collecta. Nos autem penè omnium Martyrum, diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus, collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſolemnia agimus. Non tamen in eodem volumine quis qualiter ſit paſſus indicatur, ſed tantummodò nomen, locus & dies paſſionis ponitur. Undè fit ut multi ex diverſis terris atque Provincijs per dies, ut prædixi, ſingulos cognoſcantur Martyrio coronati. Sed hæc habere vos beatiſſimos credimus. Ea verò quæ tranſmitti voluiſtis, quærentes quidem non invenimus, ſed adhuc non invenientes quęrimus, & ſi potuerint inveniri, tranſmittemus.

Not. in fin. Concil. Tolet. IV. Martyris & Confeſſoris quot modis nomina ſumantur? *v. loc. tom.* 14.

De Eccleſiaſtica Hiſtoria Rufini Presbyteri Romani. *Tom.* 19. *pag.* 89.

Ibid. De Epiſtola S. Baſilij ad Nicopoletas.

De Martyrio S. Anaſtaſij Martyris Perſæ, cujus initium eſt pag. 227. & miraculis ejus, pag. 228. *v. tom.* 19. *in fine.*

De Vita B. Mariæ Ægiptiæ, cujus initium eſt pag. 293.

Ex Paſſione S. Martyris Procopij, cujus initium eſt, pag. 296.

Capitulare Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. Capitul. xvj. De ignotis Angelorum nominibus. Item in eodem Concilio præcipitur, ut ignota Angelorum nomina, nec fingantur, nec nominentur, niſi illorum, quos habemus in auctoritate; hi ſunt, Michaël, Gabriël, Raphaël. *Quòd non oporteat Chriſtianos derelictâ Dei Eccleſia abire, & Angelos nominare, & Congregationes facere, quæ omnia interdicta ſunt. Quicumque autem inventus fuerit occultè huic idololatriæ vacans, anathema ſit: quoniam derelinquens Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei, acceſſit ad Idola.*

Lib. 1. *cap.* 16.

Ibid. Capitul. xlij. De falſis nominibus Sanctorum. *v. loc. tom.* 20.

Concil. Francoford. anno 794. Capitul. xlij. Quinam Sancti in Eccleſia venerandi ſint? *Ut nulli novi Sancti colantur aut invocentur, nec memoriæ eorum per vias erigantur: ſed hi ſoli in Eccleſia venerandi ſint, qui ex auctoritate paſſionum, & vitæ merito electi ſunt.*

Capitula Eccleſiaſtica Caroli Magni, ex eiſd. Cap. xviij. De Eccleſijs, ſeu Sanctis noviter ſine auctoritate inventis, niſi Epiſcopo probante, minimè venerentur: ſalvâ etiam & de hoc, & de omnibus Eccleſijs canonicâ auctoritate.

xviij. append. 1. *cap.* 10.

Epiſt. Amolonis Lugun. Archiepiſcopi ad Theutboldum, Civitatis Lingonicæ Epiſcopum. In ſupplemento Conciliorum Galliæ, pag. 49. *Quòd ſi votum & deſiderium*; v. locum, ad hæc verba: *probabiliter recitentur.*

Epiſtola Ludovici Pij Auguſti, ad Hilduin. Abbatem Sancti Dionyſij. De conſcribenda vita Sancti Dionyſij Epiſcopi Pariſienſis. *v. locum, tom.* 21.

Gregor. Pap. IX. Epiſt. ix. De Canonizatione Sancti Dominici. *v. loc. tom.* 28.

Concil. Saltzburgt. anno 1274. Capitul. xix. De veneratione Patrum, ſive Patronorum. *Feſta S. Ruperti, Virgilij, & Auguſtini celebrentur.* cod. tom.

Concil. Herbipolenſe, anno 1287. Capitul. xxxiv. De Apoſtolis reprobatis. *Lectatores ſeu reprobatos Apoſtolos in eorum reprobata regula, &c.* ibid.

Concil. Ravennate III. anno 1314. Capitul. xv. De veneratione Sanctorum in confeſſione habenda. *Quoniam devotio & pulchritudo demonſtratur in uniformitate Eccleſiæ, &c.* in fine ejuſd. tom.

Concil. Senon. anno 1527. Decret. xiij. De veneratione Sanctorum. *Ut abyſſus abyſſum invocat, & in aliud ſcelus ex alio labimur, &c.* Tom. 34.

Ibid. Decret. xiv. De veneratione Sacrarum Imaginum. *vide titul.* De Imaginibus.

Concil. Moguntinum, anno 1549. Capitul. xlv. De invocatione & veneratione Sanctorum. *Doctrinam magno totius Eccleſiæ conſenſu, &c.* v. locum, tom. 35.

Concil. Tridentinum, anno 1549. Seſſ. xxv. De invocatione, veneratione, & Reliquijs Sanctorum, & Sacris Imaginibus. *Mandat Sancta Synodus omnibus Epiſcopis, &c.* in fin. tom. 35.

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. De cultu Sanctorum. *Æquiſſimum eſt, cum rationeque pietatis conjunctum, &c.*

Ibid. De diebus Feſtis. *Dei munere beneficioque cum Eccleſia Mediolanenſis, &c.* vide locum, tom. 36.

DE VIGILIIS.

CONCIL. ELIBERITANUM, anno 305. Capitul. xxxiv. Nè Cereum in Cœmeterijs incendatur. *v. locum, tom. 1.*

Ibid. Capitul. xxxv. Nè Fœminæ in Cœmeterijs pervigilent. *Placuit prohiberi, nè Fœminæ in Cœmeterio pervigilent, eo quòd ſæpè ſub obtentu orationis, latenter ſcelera committant.*

Concil. Carthaginenſe IV. anno 398. Capitul. De Vigilijs Clericorum. *Clericus qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate Vigilijs deeſt, ſtipendijs privetur.*

Epiſt. SS. Lupi Tricaſſini & Euphronij Auguſtodunenſis, ad Thalaſium Epiſcopum Andegavenſem. *Vigilia Natalis Domini, &c.* ad hæc verba: *Lectione præſumee.*

Concil. Autiſiodor. anno 578. Can. iij. Ut Vota & Vigiliæ in Eccleſia exolvantur. *Non licet compenſos in domibus proprijs, nec pervigilias in Feſtivitatibus Sanctorum facere; nec inter ſentes, aut ad arbores ſacrivos, vel ad fontes vota exolvere: ſed quicumque votum habuerit, in Eccleſia vigilet, & matriculæ ipſum votum, aut pauperibus reddat: nec ſeuptilia aut pede aut homine lineo fieri penitùs liceat.*

Ibid. Can. v. Vigiliæ Sancti Martini interdictę. *Omninò & inter ſupradictas conditiones pervigilias, quas in honore Domni Martini obſervant, omnimodis prohibite.* v. titul. *De Superſtitionibus.*

Ibid. Can. xj. De Vigilijs Paſchæ, Natalis, & aliarum ſolemnitatum. *Non licet in vigilia Paſchæ antè horam ſecundam noctis vigilias perexplere; quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere, nec in Natali Domini, nec in reliquis ſolemnitatibus.*

IMAGINES.

CONCIL. ELIBERITANUM, anno 305. Can. xxxvj. Nè picturæ in Eccleſia fiant. *Placuit Picturas in Eccleſia eſſe non debere, nè quod colitur & adoratur in parietibus depingatur.*

Concil. Conſtantinopolitanum adversùs cultum Sanctarum Imaginum congregatum, anno 754. reprobatum. *Notæ.* Conſtantinus impius contrà Sanctas & Venerabiles Imagines Concilium iniquum trecentorum triginta Epiſcoporum congregavit in Palatio Hieriæ: quorum primi erant Epheſinus Filius Abſimari, & Paſtillus Pergenſis, qui apud ſe quæ viſa fuerunt, dogmatizaverunt, &c. *v. locum, tom.* 17. Item ibid. Inter alia referunt quòd antequàm in hoc Templo Epiſcopi convocati convenirent, Imagines viram Domini Noſtri Jeſu-Chriſti artificioſiſſimè repræſentantes priùs deleri penitùſque abradi, atque in locum earum animalium formas ſubſtitui procurarint.

Ibid. Epiſt. Pauli Pap. I. *v. notas.* Scribit ad Imperatores pro veneratione Imaginum.

Concil. Gentiliacenſe, anno 767. De cultu Sanctarum Imaginum. *v. loc. in fine ejuſd. tom.* 17.

Gregor. Mag. lib. vij. indict. ij. Epiſt. liv. titul. viij. Secundino incluſo. *Imagines quas, &c. Pauli continentes, &c.* v. locum, tom. 13.

Ibid. Ejuſd. Epiſt. cx. Sereno Epiſcopo Maſſilienſi. *Quòd Fraternitati veſtræ, &c.* v. locum.

Ibid. Ejuſd. lib. ix. indict. iv. Epiſt. ix. ad Serenum Epiſc. Maſſilienſem. *Perlatum ſiquidem ad nos, &c.* ad hæc verba, *humiliter proſtantur.* Vide integram Synodum Nic. II. quæ Sanctorum Imaginum cultum adſtruit Act. in definitione τῶν ἁγίων, &c. *v. locum, tom.* 14.

Concil. Nicæn. II. anno 787. Epiſt. 1. Gregor. Pap. de Sacris Imaginibus, ad Leonem Iſaurum Imperatorem.

Ibid. Act. iv. Dehinc Actio circumfert teſtimonia Sacræ Scripturæ, ac diverſorum Sanctorum Patrum Imaginibus.

Ibid. Act. v. Quinta præterea continet Actio teſtimonia oſtendentia Iconomachos æqualia ſuper Imaginibus.

Ibid. Sermo ſanctæ memoriæ Patris noſtri Athanaſij de Imagine Domini Noſtri Jeſu-Chriſti veri Dei noſtri, facto miraculo in Civitate Beryto. *v. loc. tom. 19. pag.* 231.

Ibid. Leontij Epiſcopi Neapoleos Cypri, ex 5. Sermone pro Chriſtianorum Apologia contrà Judæos, ac de Imaginibus Sanctorum.

Ibid. De Miraculis Sanctorum Coſmæ & Damiani. *v. loc. pag.* 271. *eod. tom. & titul.* De Miraculis.

Concil. Francoford. anno 794. Can. ij. Synod. Græcorum, de adorandis Imaginibus rejecta. ALLATA eſt in medium quæſtio de nova Græcorum Synodo, quam de adorandis Imaginibus Conſtantinopoli fecerunt; in qua

ſcriptum habeatur, ut qui Imaginibus Sanctorum, ita ut Deïficæ Trinitati ſervitium, aut adorationem non impenderent, anathema judicarentur. Qui ſuprà Sanctiſſimi Patres noſtri omnimodis adorationem & ſervitutem renuentes contempſerunt, atque conſentientes, condemnaverunt.

Epiſt. Theodonis Studitæ, ad Synodum Iconomachicam, in Concilio bul. Coſtantinop. III. *Poſt* 23. *lin.*.... Nos itaque omnium minimi, qui præſentes, quique abſentes, utriuſque enim idem eſt ſermo, tanquàm unanimis in uno, eodemque divino conſenſu, conſonam univerſæ ſub Cælo Eccleſię fidem tenentes, divinam Salvatoris Noſtri Jeſu-Chriſti, & Sanctiſſimæ Matris ejus, aut cujuſcumque Sanctorum Imaginum erigere & adorare, non ſolùm ex Sancta Nicęna ſecunda Synodo, alteravè, quæ antè illam diviniſſimè docuit, ſecurum & tutum eſſe affirmamus; ſed ab ipſomet adventu Domini Noſtri ac Dei tàm ſcripto, quàm ſine ſcripto fundati, ſecurè ſuprà Sedem illam conſiſtimus, de qua Chriſtus ait: *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Ec-*
Matt. 16. *cleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam.*

Epiſt. Ludovici Pij Imperat. ad Eugen. II. Pap. anno 824. in Conventu Pariſ. per Jeremiam Senon. & Jonam Aurel. miſſa cum Actis Concilij Pariſ. *In med. pag*..... Novit quippè Sanctitas Veſtra, qualiter populus Græcorum in hac Imaginum veneratione diviſus ſit. Ideò rogamus, ut almitas veſtra curam & diligentiam adhibere dignetur, quomodo per veſtram ſaluberrimam doctrinam atque admonitionem magis ad concordiam & unitatem revocetur, quam propter hoc ad majorem diſcordiam & diſſentionem impellatur.

Ejuſd. Commonitorium Jeremiæ & Jonæ Epiſcopis, cùm ab eo Legati Romam irent ad Eugen. ..... *Poſtquam verò hanc rationem de earumdem Imaginum cauſa conſummaveritis, ſi tamen hoc ad nihilum Romana pertinacia permiſerit, ut ratio inter vos habita aliquo bono & convenienti fine elaudatur, & ille vobis indicaverit quod Legatos ſuos ob eamdem cauſam in Græciam mittere velit, volumus ut eum interrogetis, ſi ei placeat, ut noſtri Legati pariter eum ſuis in Græciam pergant.*

Conventus Pariſienſis de cauſa Imaginum, anno 824. *Ex ſupplemento Conciliorum Galliæ antiquorum collectore Petro de la Lande, qui acta hujus Conventûs publicavit, ex Codice Sancti Remigij Rhemenſis qui eſt in Bibliotheca Thuana, num.* 270.

Nicol. Pap. I. Epiſt. ad Michaëlem Imperat. De Imaginum adoratione. *In init. 6. pag*..... De Imaginibus autem earumque obſervationibus licet nulla neceſſitas eſſet ſcribere, eò quod noſtrorum Anteceſſorum Venerabilium Pontificum ſancta ſolicitudo catholico ardore ſuccenſa, multa & valdè utilia Eccleſiæ Dei profutura inſtituit; tamen quia frequens iteratio informationis ſolet venerabiliorem intentionem reddere audiendi: ideòque de eiſdem pro conſervanda unitate populo Dei aliquid imponere curamus. Priſtinam itaque Sanctorum Patrum traditionem, quam à Prædeceſſoribus noſtris beatiſſimis & orthodoxis Pontificibus, qui poſt B. Petrum in ejus Apoſtolica Sede reſederunt, nobis obſervandam ſuſcipimus, & hactenus immutilatam, hęc ſancta catholica & Apoſtolica tenet ac defendit Eccleſia.

Oportet ergò totâ mentis intentione, ſummique deſiderij conamine venerandas, tam Domini Noſtri Jeſu-Chriſti, quàm ſuæ Sanctiſſimæ Genetricis, & Beato-

Beatorum Apoſtolorum, atque omnium Sanctorum, Imagines venerari & colere: ut eo quo valemus annixu contrà hęreticorum veſaniam, qui ab earum veneratione populum prohibent, reſiſtere ſtudeamus.

De veneratione ſacrarum imaginum.

Nam in pace Eccleſiæ conſtitutis, nil contrarium eſſe poteſt, ſi Sanctorum effigies proprię depictæ fidelibus augeant incrementi amorem. Reverà quia dùm eorum vultus aſpicitur, & operis actio recolitur, Deus, cujus habitatio in eis eſſe dignoſcitur perfectè laudatur. Certè ſi Deus, qui eſt inviſibilis & incorporeus, non per propriam ſubſtantiam Deïtatis, ſed per ſubjectam creaturam mortalium apparuit oculis, ut credentibus ſummum eſſet culmen honoris: quare animæ Sanctorum quæ manentes in corpore vultus uniuſcujuſque habuiſſe noſcuntur, ſecundùm diſpoſitionem Dei dicit ipſi placentia operatas eſſe, non venerentur à nobis magno honore? Cur eorum execramur effigies, per quos agnovimus fidei veritatem?

Apparuit namque Deus Abrahæ Patri noſtro, non in carne, neque in anima, ſed in ſpecie trium virorum: quibus ille aliud cernens, & aliud eſſe intelligens, pronus in terra adoravit & dixit: *Domine, ſi inveni gratiam in oculis* Gen. 18. *tuis, afferam aquam, & laventur pedes veſtri.* Credidit illicò Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam, & Amicus Dei appellatus eſt. Apparuit denique Jacob per ſubjectæ creaturæ ſpeciem, undè & dixit: *Vidi Dominum à* Gen. 32. *facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea.* Ecce incorporeus Deus & inviſibilis per ſpeciem ſubjectæ creaturę; ita ſe mortalium voluit videri obtutibus, ut credentibus eſſet ad gratiam: cur nobis Sanctorum Icones, quos corporeos, & viſibiles fuiſſe credimus, ſi illos ut verè chriſtiani veneremur amicos, poterunt eſſe ad culpam? Nam ſi eorum effigies execrabiles eſſe crederentur, profectò & ipſorum reliquiæ, quorum caro corruptionem ſenſit in tumulo, pro neutro (quod abſit) haberi deberentur. Verumtamen ſi ad eorum conſortium venire optamus, profectò hìc omnia in honore Sanctorum, id eſt, tam Reliquias non ſolùm corporum ſed & veſtimentorum, ſeu etiam Imagines, vultus eorum in quolibet loco depictas, celeberrimo honore venerari debemus: reminiſcentes illud, quod Iſaias ſpeciem ſubjectę creaturæ ſe vidiſſe teſtatur, dicens: *Vidi Dominum Sabaoth ſedentem ſuper ſolium excelſum, & ea quæ ſub ipſo erant,* Iſa. 6. *implebant Templum, &c.*

Acceſſit itaque Moyſes & Aaron, ut viderent Thronum ubi ſteterat Deus, & erat ſub pedibus ejus tanquam opus lapidis Saphiri, & velut firmamentum Cæli in claritate fulgoris; & ſtabat Cherubim ex auro mundo. Quæ omnia ſecundùm quod Salomon poſteà in Templo inſtruxit in monte cum Domino loquens imaginata & prefignata vidit.

Hæ & his ſimilia prędecedentes Patres ſciendo, Iconas Salvatoris N. Jeſu-Chriſti, ejuſque Sanctiſſimæ Genitricis ſemperque Virginis, omniumque Sanctorum in parietibus Eccleſiarum, ſecundùm quod tempus hodiè probat, depinxerunt, & pingere pro congruis locis omni dilectione uſque in præſens non prohibuerunt. Quid Chriſtiano veriſſimo nocet, ſi quod amat & diligit, non ad adorandum deificet, ſed ad tremendum terribiliter, in pariete vel in ligno depingit?

Verùm quid officit, ſi aſpicimus Imagines Chriſti in Templo Eccleſiæ, & in arcano cordis præmeditamur eum venturum cujus Imaginem cernimus, ci-

tiùs vivorum & mortuorum Judicem adventurum? Quid Fidei noſtræ contradicit, quod in centro camera ſuper Altare, ejus figuram quod Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis, animę noſtræ affectando deſiderant, cujus Imago nominis titulum retentat, & quia per naturam Filium adoramus, quare per adoptionem nomen novum ſcriptum in calculo vel gemmis non adoramus? Altare itaque ſanctum à quo Deo omnipotenti Sacrificiorum vota perſolvimus, lapis eſt naturaliter communis, nihil differens ab alijs tabulis, quæ parietes noſtros & pavimenta adornant. Quia verò ſacratum eſt Dei adjutorio, & benedictionem ſuſcepit, undè & menſa ſancta efficitur: Panis iterùm qui ſuper eum offertur, panis eſt quidem communis; ſed quando ipſe Sacramento ſacratus fuerit, Corpus Chriſti in veritate fit, & dicitur. Sic & vinum modicum aliquid digna exiſtentia antè benedictionem, poſt ſanctificationem ſpiritûs, Sanguis Chriſti efficitur. Ipſa enim Crucis Imago antequam ſuſcipiat ejus formæ figuram, lignum ab omnibus commune eſt: ſuſcipiens autem omnimodò venerandam ſimilitudinem, ſacra eſt, & dæmonibus terribilis, propter quod in ea figuratus eſt Chriſtus.

Hæc brevi ſtilo tranſcurrentes, cùm multa dicere queviſſemus, veſtræ Sere-
Hadr. Epiſt. 1. nitati tranſcripſimus: quia Hadrianus Sanctiſſimus Præſul Anteceſſor noſter multa de his in Epiſtolis, quæ hactenus apud Conſtantinopolitanam habentur Eccleſiam, ſcribens contradidit: in quibus quidquid hujus rei neceſſitas coëgerit, invenire poteritis.

Ejuſd. Epiſt. vij. ad Michaëlem Imperat. Cap. vj. ex Synodo Romæ habita in Baſilica Conſtantiniana. *In fin. 7. pag.* Quòd oportet nos majorum noſtrorum ſtatuta immoto mentis intuitu conſervare, & in omnibus Sanctorum Patrum ſemper dogmata venerari, diffinimus de Sacris & Venerandis Imaginibus Domini Noſtri J. C. ejuſque ſemper Virginis Genitricis Mariæ, omniumque Sanctorum, qui Deo ab Abel juſto placuiſſe creduntur, quos Eccleſia Sancta in univerſo orbe diffuſa antiquitùs accepit, quæcumque Sedis Apoſtolicæ Præſules pro eis decreverunt, ac ſtatuerunt, illibata perſiſtere atque intemerata manere. Quapropter Joannem quondam Conſtantinopolitanum Antiſtitem & Sequaces ipſius, qui eas frangendas atque calcandas eſſe ore polluto aſſeverant, quandiù de his Nobiſcum non ſenſerint, & juxtà Sanctorum Pontificum Romanorum decreta, & aliorum Catholicorum Patrum inſtituta non ſapuerint, ſancimus eos à Chriſto & ab Eccleſia Catholica atque Apoſtolica eſſe anathema.

Ejuſd. Epiſt. viij. *In fine 25. pag.* Quòd autem ſcripſiſtis vos idcircò quoſdam noſtrorum adeſſe voluiſſe, quoniam dicebamur cum expugnatoribus Sacrarum Imaginum concertare; nova perfectò adinventio eſt: nam apud Vos præſentia eſt Miſſorum noſtrorum pro Imaginibus Sacris, nec dignè decertatum eſt, nec impugnatores earum hactenùs errare deſierunt; ſed ſicut uſque ad illud tempus apud vos ſuper hac cauſa ſtrepitus & blaſphemiæ non ceſſarunt, ita & nunc ibidem prophana prædicantur, & hùc uſque ſacrilega pronuntiantur. Undè apparet Legatos noſtros non causâ pietatis à vobis, ſed crudelitatis argumento fuiſſe quæſitos. Verùm ad quid fuerint petiti, res ipſa declarat; videlicet (ſicut jam dictum eſt) ut quod de Ignatio judicandum erat & acceptum apud omnes, & fixum ſemper maneret, ut potè quod tantæ auctoritatis Vicarij judicaſſent. Nos enim nec ſaltem tenuis rumor aſperſit aliquando cum prava

ſapientibus ſuſcipere, quantò minùs concertare? Si quidem nuſquam frigidus, nuſquam tepidus, labor Sanctorum Apoſtolicæ Sedis Præſulum circa debitam Sacrarum reverentiam Imaginum, & competentem venerationem apparuit, nec deſuerunt harum impugnatoribus Deceſſorum noſtrorum certamina, qui hoc egerunt ſcriptis, hoc diverſis laboribus, hoc etiam ſuis increpationibus apud mundi hujus Principes, ut talis error eminùs pelleretur: quamvis dixeritis non noſti eguiſſe Vos ad expugnandos hæreticos pro eo quod jam fuerit hujuſmodi hæreſis in Nicæna ſecundò convocata Synodo, & à magno Methodio deindè ſubverſa, quaſi non & ipſi ſecundò in Nicæa collectę Synodo, Apoſtolica noſtra Sedes præſederit, & prima contrà mala ſentientes ſpiritalem ſagittam emerſerit. *Studium Apoſtolicæ Sedis erga reverentiam imaginum.*

Ejuſd. Epiſt. x. ad Clerum Conſtantinopolitanum, ex Concil. Romano, Cap. vj. *Quoniam oportet nos Majorum noſtrorum ſtatuta immoto mentis intuitu conſervare, & in omnibus Sanctorum Patrum ſemper dogmata venerari, &c.* ut ſuprà Epiſt. 7. ead. ſunt verba. De ſacris imaginibus.

Nicol. Pap. I. Reſponſ. ad Conſulta Bulgarorum. Cap. vij. De veneratione Reliquiarum. SCISCITAMINI præterea, ſi liceat Crucem Domini cum Reliquijs mundo ſive immundo hanc habenti oſculari vel portare; quod ei qui mundus eſt, omninò licet; nam in oſculo quid niſi amor, quo quiſque circa ea flagrat innuitur? In deportatione verò ejus quid niſi mortificatio carnis vel compaſſio proximorum exprimitur? Si quidem hanc & Dominus bajulare præcipit, ſed in mente; verùm & cum corpore geſtatur, ut & mente geſtari debeat faciliùs admonetur: Crux quippè à cruciatu dicitur, & ut præfatus exponit Antiſtes, duobus modis Crucem Domini bajulamus, cùm per abſtinentiam carnem afficimus, aut per compaſſionem proximi, neceſſitatem illius noſtram putamus. Igitur Crucem Domini, Paſſionem ejus venerantes, oſculamini; & pro ejus amore, ſi neceſſitas exigit, eadem cogitatione armamini: portare eam, ſed cum ſumma reverentia, & corpore & corde mundiſſimo, ita ut a mente veſtra nunquam decidat, id eſt, ut & per abſtinentiam carnem ſemper afficiatis, & per compaſſionem neceſſitatem proximorum, veſtram putetis. Qui enim dolorem exhibet in aliena neceſſitate, Crucem portat in mente. Immundum autem hanc portare nullo pacto permittimus; ſcriptum quippè eſt: *Mundamini qui fertis vaſa Domini.* Nullum verò Domini vas ſacratius eſt Cruce Dominicâ, quæ appenſum portare Dominum meruit. Oſculari autem eam immundo non licet: quoniam eo ipſo quod immundus eſt, ipſe ſibi teſtis eſt, quam mortificationem carnis non diligat; ergò quam non amat nec oſculetur, nè fortè de eo dicatur, quod de reprobis à Domino per Prophetam increpatoriè dicitur: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Et Pſalmiſta: *Dilexere* (inquit) *eum in ore ſuo, & in lingua ſua mentiti ſunt.* De Reliquijs verò Sanctorum eadem dicimus, quorum corpora templa & vaſa fuere, ſuntque Dei quibuſque ad omnia bona opera tanquam organis ſanctus uſus eſt, quando voluit ſpiritus. *S. Greg. homil. 37. in Lucam.* Iſa. 52. Iſa. 29. Matt. 15. Pſal. 77.

Ibid. Cap. viij. *de eod. argum.* Ergò præmiſſâ dignâ reverentiâ, ſi munditia mentis & corporis comitatur, etiam Quadrageſimali tempore, de quo ſpeciali conſultatione percunctati eſtis, Crucem Domini & portare, & ſuperiori Regulâ cuſtoditâ, licet cùm libuerit oſculari, ſed & tunc maximè, atque

ibi antiqui hoſtis, vel pugnæ vel inſidiæ præcipuè formidantur.

Regulæ ſanctę ac univerſalis octavæ Synodi Conſtantinopolitanæ, anno 870. Regula iij. Ut cultus Sanctarum Imaginum firmus conſiſteret.

Ibid. Regula vij. Nè Sacras Imagines anathematizati pingere audeant.

Epiſt. Pauli Pap. I. *ſub finem 1. pag.* UNDE ſæpius ſuos Miſſos cum Apoſtolicis oblecratorijs atque admonitorijs litteris præfatis Conſtantino & Leoni Auguſtis direxit, pro reſtituendis confirmandiſque in priſtinum venerationis ſtatum Sacratiſſimis Imaginibus Domini Dei & Salvatoris N. J. Chriſti, Sanctæque ejus Genitricis, atque Beatorum Apoſtolorum, omniumque Sanctorum Prophetarum, Martyrum & Confeſſorum. Hic enim Beatiſſimus Pontifex cum omnibus ſpiritualibus ſuis ſtudijs magnam ſolicitudinis curam ergà Sanctorum Cœmeteria indeſinenter gerebat. Undè cernens plurima eorumdem Sanctorum Cœmeteriorum loca neglecta, ac deſideria & antiquitate maxima demolita atque jam vicina ruinæ poſita, protinùs eadem Sanctorum Corpora de ipſis dirutis abſtulit Cœmeterijs. Quæ cum Hymnis & Canticis ſpiritualibus intrà hanc Civitatem Romanam introducens, alia eorum per Ritulos ac Diaconias, ſeu Monaſteria, & reliquas Eccleſias cum condecenti ſtuduit recondi honore.

Imagines in Epiſt. 1. Gregor. Pap. ad Leonem Iſaurum Imperat. Synodi Nicænæ II. *Tom. 19. in fine 7. pag.*..... Et dicis nos lapides & parietes ac tabellas adorare. Non eſt ita ut dicis, Imperator? ſed ut memoria noſtra excitetur, & ut ſtollida & imperita craſſaque mens noſtra erigatur, & in altum provehatur per eos, quorum hæc nomina, & quorum appellationes hæc ſunt Imagines, & non tanquam Deos, ut tu inquis, abſit; non enim ſpem in illis habemus: ac ſiquidem Imago ſit Domini, dicimus: *Domine Jeſu-Chriſte Fili Dei ſuccurre & ſalva nos.* Sin autem Sanctæ Matris ejus, dicimus: *Sancta Dei Genitrix Domini Mater intercede apud Filium tuum verum Deum noſtrum, ut ſalvas faciat animas noſtras.* Sin verò Martyris: *Sancte Stephane, qui pro Chriſto ſanguinem tuum fudiſti, qui ut Protomartyr loquendi confidentiam habes, intercede pro nobis.* Ut de quovis Martyre, qui paſſus eſt Martyrium ita dicimus, tales per illos preces offerimus: nec ita eſt, ut dicis, Imperator? quaſi Deos Martyres appellemus. Averte cogitationes tuas malas, te obteſtor; & libera animam tuam à ſcandalis & execrationibus, quibus ab univerſo mundo inceſſeris, quandoquidem vel à parvulis parvis illuderis, &c.

Item ibid. De Imaginibus. Sancti Patris noſtri Anaſtaſij ad Simeonem Epiſc. Botræ Sermo de Sabbato, *cujus initium eſt, eod. tom. 19. pag.* 264. Si Patres oportet, ſecundùm quod dictum eſt, & ſicuti ipſe fateris, interrogare, nec non & ſeniores. *Et poſt pauca*; ſicut enim dum * diligitur Imperator, Imago ejus pro ipſo adoratur: cùm verò jam præſens fuerit, ſuperfluum eſt deſerto primitivo adorare Imaginem. * Ergo quia non adoratur, eò quòd præſto ſit is, propter quem adoratur, inhonorari oportet. *Et poſt pauca.* Sicut enim qui contumeliam infert Imagini Imperatoris, pœnam juſtam perpetitur, ac ſi eidem Imperatori contumelias irrogaſſet; quamquam Imago nihil aliud ſit quàm lignum & colores ceræ commixti & temperati: eodem modo qui figuram alicujus inhonorat, in eumdem ipſum, cujus figura eſt, refert injuriam.

* *gr. abeſt.*

* *gr. non tamen quia.*

Joannes Reverendiſſimus Monachus Presbyter & Vicarius Orientalium

Principum Sacerdotum dixit: Oſtendit Pater, quod abſente Imperatore, Imago ejus honoratur, * alioquin inhonoratur. Ita & nunc Dominatore omnium Jeſu-Chriſto ſenſibiliter nobis abſente (inviſibilis eſt enim carnis noſtræ oculis, at verò ſicut Deus ubique adeſt) ergò honoranda ejus Imago eſt, quemadmodum & Pater intellexit.

* *gr. non tamen eo præſente inhonoratur.*

Ibid. S. Patris noſtri Joannis-Chryſoſtomi Sermo in lavationem 5. feriæ, *pag.* 276. Omnia facta ſunt propter gloriam Dei & uſum noſtrum. Nubes ad imbrium miniſterium, terra ad fructuum abundantiam, mare ad mercatorum copiam. Omnia tibi miniſtrant, imò autem Imagini Dei. Nam quando Imperiales caracteres & Imagines in Civitatem introducuntur, obviam veniunt Principes & vulgus cum laudatione, non tabulam honorantes, neque perfuſam cerâ picturam, ſed characterem Imperatoris: ſic creatura non terrenum habitum, ſed cæleſtem figuram veneratur.

Ibid. S. Baſilij de xxx. Capitulis de Sancto Spiritu. *pag.* 278. Quia Rex dicitur, & Regis Imago, & non ſunt duo Reges: nam neque imperium ſcinditur, neque gloria dividitur. Sicut enim Principatus noſter, qui nobis imperat & poteſtas una eſt, & * non multæ, eò quòd Imagines honor ad primitium tranſeat.

* *gr. adit. Ita & laus quæ a nobis datur una eſt.*

Sancta Synodus Octava Generalis Conſtantinopolitana IV. anno 870. titul. iij. De Imaginibus. *Tom.* 23. *in fine.* Sacram Imaginem Domini N. J. Chriſti, & omnium Liberatoris & Salvatoris æquo honore, cum libro Sanctorum Evangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per ſyllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, ſalutem conſequemur omnes; ita per colorum imaginariam operationem, & ſapientes & idiotę cuncti, ex eò quòd in promptu eſt, perfruuntur utilitate: quæ enim in ſyllabis ſermo, hæc & * ſcriptura quæ in coloribus eſt, prædicat, & commendat; & dignum eſt, ut ſecundùm congruentiam rationis, & antiquiſſimam traditionem propter honorem, quia ad principalia ipſa referuntur, etiam derivativè Iconæ honorentur & adorentur, æquè ut Sanctorum ſacer Evangeliorum liber, quoque typus Pretioſæ Crucis. Si quis ergò non adorat Iconam Salvatoris N. non videat formam ejus, quando veniet in gloria paterna † glorificari & glorificare Sanctos ſuos: ſimiliter autem & Imaginem Intemeratæ Matris ejus & Dei Genitricis Mariæ; inſuper & Iconas SS. Angelorum depingimus, quemadmodum eos fugerat verbis divina ſcriptura; ſed & laudabiliſſimorum Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, & Sanctorum Virorum, ſimul & omnium Sanctorum, & honoramus & adoramus. Et qui ſic ſe non habent, anathema ſint à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto.

* *al. pictura.*

Ibid. titul. vij. De Imaginibus. QUOD juſtum eſt, & juſtè exequendum, Deiloquus Moyſes evidenter lege promulgat, cùm bonum non ſit bonum, niſi ſecundùm rationem efficiatur; bonum ergò profectò, & valdè proficuum eſt, ſanctas & venerabiles Iconas pingere, ſed & proximos diſciplinas divinæ ac humanæ ſapientiæ docere: non autem bonum nec omninò proficuum ab indignis horum aliquid fieri. Hujus rei gratiâ nequaquam Iconas operari in ſacris Templis, ſed neque in quovis loco docere anathematizatos ab hac ſancta & univerſali Synodo definimus, & promulgamus uſquequò à propria ſeductio-

Deut. 16.

† *Hoc dictum cum Apoſtolo compara, qui ad Theſſalonic. ſcribit*: Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis ejus, cum venerit glorificari in Sanctis ſuis.

ne ac malitia convertantur. Quiſquis ergò poſt hanc definitionem noſtram ad picturę Sanctarum Imaginum in Eccleſijs, aut doctrinæ actionem quoquomodo eos admiſerit, ſi quidem Clericus fuerit proprio gradu periclitetur, ſi verò Laïcus, ſeparetur, & Divinorum Myſteriorum communione privetur.

Concil. Senon. anno 1527. Cap. xij. tit. xiv. De veneratione Sacrarum Imaginum. *Si tam candidè quàm curiosè hæreticus ea loca perluſtraſſet, &c.* v. tom. 34. in fine.

Ibid. Cap. xl. Imagines Sacræ præcedente Epiſcopi viſitatione, in Eccleſijs collocentur, neque prætextu novi Miraculi erigatur Capella, aut Altare novum, niſi Epiſcopus loci de eo negotio antè definierit. *Et ut nihil ſine diſcretione in Eccleſia Dei fiat, expediens & rationabile viſum eſt, &c.*

Concil. Mogunt. anno 1549. Cap. xlj. De Imaginibus. *Imaginum autem uſum velut pro erudienda plebe, &c.*

Ibid. Cap. xlij. De abuſu Imaginum prohibendo. *Cùm utilis & legitimus Imaginum uſus, &c.*

Ibid. Cap. xlv. De invocatione & veneratione Sanctorum. *vide locum, tom. 35.*

Concil. Trident. anno 1549. Cap. xvj. Seſſ. xxv. De invocatione, veneratione, & Reliquijs Sanctorum, & Sacris Imaginibus. *vide locum, eod. tom. 35.*

DE RELIQUIIS.

CONCIL. CARTHAG. V. anno 398. Capitul. xiv. De Baſilicis, quæ ſine Martyrum Reliquijs dedicatę ſunt. *v. loc. tom. 3. pag. 557.*

Vide Suggeſtionem Legatorum ad Hormiſdam Papam, quâ Reliquias S. Laurentij, & Sanctuaria Apoſtolorum Juſtiniano concedi petunt, qui illa in Baſilica Apoſtolorum collocare cupiebat. *v. tom. 10.*

Concil. Epaon. anno 517. Can. xxv. Ut Sanctorum Reliquiæ in Oratorijs Villaribus non ponantur. *Sanctorum Reliquiæ in Oratorijs Villaribus non ponantur, niſi forſitan Clericos cujuſcumque Parochiæ vicinos eſſe contingat, qui ſacris cineribus pſallendi frequentia famulentur. Quòd ſi illi defuerint, non antè propriis ordinentur, quàm eis competens victus & veſtitus ſubſtantia deputetur.* Ivo part. 3. cap 78. Ex manuſcripto Lugdunenſi.

Gregor. Magn. lib. 1. Epiſt. xxix. ad Andræam Illuſtrem. De Dibiria tranſmittit Clavem à Corpore Sancti Petri, & de Catenis ejus. *Omnipotens Deus dulciſſimo cordi veſtro incidet, quia & abſens corpore à caritate veſtra animo non receſſi. Bona enim veſtra, etiamſi volo obliviſci, non valeo. Hoc autem quod ad me Epiſcopatûs ordinem cognoſcitis pervenisſe, ſi me diligitis, plangite, quia hic hujus mundi terræ occupationes ſunt, ut per Epiſcopatûs ordinem penè ab amore Dei me videam eſſe ſeparatum, quod incеſſanter deſleo, atque ut pro me Dominum exoretis, rogo. Præterea Sanctiſſimam Clavem à S. Petri Apoſtoli Corpore vobis tranſmiſi, quæ ſuper ægros multis ſolet miraculis coruſcare. Nam etiam de ejus Catenis interius habet eadem igitur Catena, quæ illa ſancta colla tenuerunt, ſuſpenſæ, colla veſtra ſanctificent.*

Ibid. Ejuſd. Epiſt. xxx. *De eod. argumento.* BONA Excellentiæ veſtræ expertus, tanto ergà vos amore conſtringor, ut veſtra memoria de meo pectore aboleri nullatenùs poſſit. Sed contrà amorem non modicè conſtriſtor, quia quietem me quærere cognoviſtis, & ad inquietudinem perduxiſtis. Vobis quidem omnipotens Deus, quia hoc bono animo feciſtis, bona æterna retribuat: ſed me à tanto loci hujus periculo qualiter voluerit, abſolvat. Quia ſicut peccata mea merebantur, non Romanorum, ſed Longobardorum Epiſcopus factus ſum, quorum ſyntheſiæ ſpatæ ſunt, & gratia pœna. Ecce ubi me patrocinia veſtra perduxerunt. Gemo quotidiè occupationibus preſſus, & reſpirare non valeo. Sed vos, qui adhuc valetis, hujus mundi occupationes fugite, quia quantò in eo quiſque profecerit, tantò ut video ab amore Dei ampliùs decreſcit. Præterea Sanctiſſimam Clavem à B. Petro Apoſtolorum Principis corpore vobis tranſmiſi, quæ ſuper ægros multis ſolet miraculis coruſcare; nam etiam de ejus Catenis interiùs habet. Eædem igitur Catenæ, quæ illa ſancta colla tenuerunt ſuſpenſæ colla veſtra ſanctificent. *Ioan. Diac lib. 1. cap. 51.*

Ibid. Ejuſd. lib. ij. Epiſt. iij. ad Joannem Abbatem. De Tunica S Joannis. *De Tunica verò S. Joannis omninò gratè ſuſcepi, quia ſolicitus fuiſti mihi indicare: ſed ſtudeat Dilectio tua mihi ipſam Tunicam, aut quòd melius eſt, eumdem Epiſcopum qui eam habet, cum Clericis ſuis, & cum ipſa ad me tranſmittere; quatenùs*

& benedictione Tunicæ perfruamur, & de eodem Episcopo vel Clericis mercedem habere valeamus.

Ibid. Ejusd. Epist. xix. ad Petrum Subdiac. Campaniæ, ut de Reliquijs S. Severini transmittat. *Cor nostrum piâ divinitatis inspiratione compungitur, loca quondam execrandis erroribus deputata, in Catholicæ Religionis reverentiam dedicare. Quia igitur Ecclesiam positam juxtà domum Merulanam regione tertiâ, quam superstitio diù Ariana detinuit, in honorem S. Severini cupimus consecrare, experientia tua Reliquias B. Severini summoperè debitâ cum veneratione transmittat; quatenùs quæ nostris animis perficienda decrevimus, implere Omnipotentis gratiâ suffragante possimus.*

Ibid. Ejusd. Epist. xxxiij. ad Dynamium Patricium Galliarum. *Sub finem.* ..... Transmisimus autem B. Petri Apostoli benedictionem, Crucem parvulam, cui de Catenis ejus beneficia sunt inserta. Quæ illius quidem ad tempus ligaverunt, sed vestra colla in perpetuum à peccatis solvant. Per quatuor verò in circuitu partes, de B. Laurentij Craticula, in qua perustus est, beneficia continentur; ut hoc ibi Corpus illius pro veritate erematum est, vestram mentem ad amorem Domini accendat.

Ibid. Ejusd. lib. iij. Epist. xxx. ad Constantinam Augustam. Ne Reliquiæ Sanctorum juxtà veterem Ecclesiæ Romanæ consuetudinem ex suis locis extrahantur. Item de Apostolorum Petri & Pauli, & S. Laurentij Miraculis, quæ circà illorum Corpora contigerunt; & de Monachis Græcis mortuorum ossa effodientibus: & de Sancti Pauli Catenis. *v. locum, tom.* 13.

Ioan diac. lib. 3. c. 55.

Ibid. Ejusd. lib. v. Epist. lj. Brunichildæ Francorum Reginæ. *Post* 8. *lin.* ..... Congruo honore vestram Excellentiam salutantes, indicamus Latori præsentium Leuparico, quem vos esse Presbyterum scripsistis, per quem eloquia vestrarum suscepimus litterarum, Reliquias nos Beatorum Apostolorum Petri & Pauli juxtà Excellentiæ vestræ petitionem, cum ea veneratione, quâ dignum est præbuisse. Sed ut in nobis magis magisque laudabilis & religiosa possit clarere devotio, providendum vobis est, ut Sanctorum beneficia cum reverentia & devoto honore condantur, & servientes ibidem nullis oneribus, nullisque molestijs affligantur.

Ibid. Ejusd. lib. vij. indict. ij. Epist. xj. De Reliquijs concedendis Gregorio expræfecto. *v.*

Ibid. Epist. xij. De Reliquijs collocandis in Ecclesia S. Mariæ (Spoletanæ.) *v.*

Ibid. Epist. lxxxvj. & lxxxvij. *vide.*

Ibid. Epist. cxxvij. Recharedo Visigothorum Regi. *Sub fin. ult. pag.* ..... Clavim vero parvulam à Sacratissimo B. Petri Apostoli Corpore vobis pro ejus benedictione transmisimus, in qua inest ferrum de Catenis ejus inclusum, ut quod collum illius ad Martyrium ligaverat, vestrum ab omnibus peccatis solvat. Crucem quoque dedi Latori præsentium vobis offerendam, in qua lignum Dominicæ Crucis inest, & Capilli B. Joannis-Baptistæ: ex qua semper solatium Nostri Salvatoris per intercessionem Præcursoris ejus habeatis.

Ibid. lib. viij. indict. iij. Epist. lxj. ad Adeodatam. De Reliquijs ei concessis, quæ multitudine Miraculorum differebantur. *Tom.* 14. UT MORAM in dandis Reliquijs quas Gloria vestra petit, faceremus, non voluntate distuli-

limus, ſed præcedentis rei nos caſus fecit ambigere. Deus autem omnipotens cordis veſtri devotionem intuens, miraculorum ſignis admonentibus à veſtra vos intentione fraudari non pertulit. Sed ideò deſiderium veſtrum modicâ voluit dilatione differri, ut docentibus Miraculis, & amor vobis creſceret in veneratione Sanctorum, & major fieret exultatione gaudiorum. Quia ergò in affectu poſtulatę rei gloriæ veſtræ vota completa ſunt, hortamur, ut cujus Prædicatores colitis, ejus ſollicitè mandata ſervetis. Et ſicut devotâ religione terrena Sanctorum honoribus loca conſtruitis, ſic quoque cum eis manſionem vobis procurare in cæleſtibus feſtinetis, quatenùs & hic illos in omnibus adjutores, & in futura mereamini habere vita conſortes.

Ibid. Ejuſd. lib. ix. Epiſt. xxvj. De petitione pro Sanctuarijs S. Severini concedendis. *Joannes Servus & Actor Domni Venantij Sanctuaria B. Severini Confeſſoris oblatâ petitione ſupraſcripto Domno ſuo à Nobis poſtulat deberi concedi, quatenùs ejus nomine Oratorium, proprijs conſtructum ſumptibus, poſſit ſolemniter conſecrari. Et ideò, Frater cariſſime, præfatis deſiderijs, ex noſtra te præceptione conveniat obedire, ut devotionu ſuæ in conſecratione quam poſtulat, potiatur affectu.*

Ibid. Epiſt. lxxiij. ad Petrum Epiſc. Hydruntinum. De Reliquijs S. Leontij. *Opportunus Abbas Monaſterij S. Leontij in quinto Romanæ Urbis milliario ſitum eſt, Sanctuaria ejuſdem Martyris quæ de Eccleſia nomini ipſius dedicata, ut aſtruit, furto ablata ſunt, ſibi denuò poſtulat debere concedi, ut in loco eodem recondantur: ideò, Frater cariſſime, quia ejuſdem Beatiſſimi Martyris Corpus in Brunduſij Eccleſia, cui viſitationis impendu officium, eſſe dignoſcitur, præfati Viri deſiderijs ex noſtra te præceptione convenit obedire, ut in devotione quam poſtulat, ſortiatur effectum. Data menſe Auguſti indict. 4.*

Ibid. Ejuſd. lib. xj. Epiſt. xx. ad Paſſivum Epiſcopum Firmanum. De Reliquijs S. Severini, & Orario conſtruendo. *Proculus Diaconus Eccleſiæ Aſculanæ petitoriâ nobis inſinuatione ſuggeſſit, in fundo Greſſiano juris ſui Monaſterium ſe pro ſua devotione fundaſſe, quod in honorem Sancti Savini Martyris deſiderat conſecrari. Et ideò, Frater cariſſime, ſi in tua Parochia memorata conſtructio jure conſtitit, & nullum corpus ibidem conſtat humatum, præcepta primitùs donatione legitimâ, id eſt, conduma una, boves par unum, armenta capita quinque, oves & capras promiſcuas capita viginti, in fundo Greſſiano ubi ipſum Monaſterium fundatur uncias octo, in fundo Statiani uncias octo, fundum Paterni in integro poreos decem, lectis ſternia, geſtiſque municipalibus alligata, &c. ſecundùm morem. Data menſe Decembri indict 6.*

Ibid. Ejuſd. lib. xij. Epiſt. viij. De Corpore B. Donati in Caſſiopi Caſtro.

Ibid. Epiſt. xxxj. Obſecratio Auguſtini. *Obſecratio ut Reliquiæ Sancti Sixti Martyris nobis tranſmittantur.* CONCESSIO GREGORIJ. Fecimus quod petiſti quatenùs populus qui in loco quondam S. Sixti Martyris Corpus dixerunt venerari, quod tuæ Fraternitati, nec verum, nec veraciter ſanctum videtur, certa ſanctiſſimi & probatiſſimi Martyris beneficia ſuſcipiens, colore incerta non debeat. Mihi tamen videtur, quia ſi corpus quod à populo cujuſdam Martyris eſſe creditur, nullis illic Miraculis coruſcat, & neque aliqui de antiquioribus exiſtunt, qui ſe à parentibus paſſionis ejus ordinem audijſſe fateamur; ita Reliquiæ quas petiſti ſeorsùm condendæ ſunt, ut locus in quo prędatum corpus jacet, modis omnibus obſtruatur, nec permittatur populus

certum deferere, & incertum venerari.

Vita, Epiſtola, & Decreta Deusdedit Papæ, anno 614. *vide ejus Not.* Crux Chriſti in Perſidem tranſlata. *v. tom.* 14.

v. quoque Not. in Vita Honorij Pap. I. Crux ſancta reſtituitur & exaltatur.

v. etiam in Decret. Gregorij Pap. III. Reliquiarum Cultores relegantur, Gregorius pro Imaginibus quid? Reliquiarum cultus. *v. locum, tom.* 17.

Concil. Bracar. III. anno 675. Cap. vj. De damnata præſumptione quorumdam Epiſcoporum, qui in Feſtivitatibus Martyrum ad Eccleſiam procedentes, appenſis collo Reliquijs, ab Abbatis Diaconibus in Sellulis vectantur. BONA quidem res eſt, divina Sacerdotibus contrectare myſteria: ſed cavendum valdè eſt, nè hoc quiſque ad uſum pravitatis ſuæ intorqueat, undè ſoli Deo de bono conſcientiæ placere debuerat: ſcriptum eſt enim: *Væ his qui faciunt opus fraudulenter & deſidiosè.* Ut enim quorumdam Epiſcoporum deteſtanda præſumptio, noſtro ſe Cœtui intulit dirimenda, agnovimus quoſdam de Epiſcopis, quod in ſolemnitatibus Martyrum ad Eccleſiam progreſſuri, Reliquias collo ſuo imponant, & ut majoris faſtûs apud homines gloria intumeſcat, (quaſi ipſi ſint Reliquiarum arca) Levitæ Albis induti in Sellulis eos deportant. Quæ deteſtanda præſumptio abrogari per omnia debet, nè ſub ſanctitatis ſpecie ſimulata vanitas ſola prævaleat, ſi modum ſuum uniuſcujuſque ordinis reverentia non agnoſcat. Et ideò antiqua in hac parte & ſolemnis conſuetudo ſervabitur, ut in Feſtis quibuſque Arcam Dei cum Reliquijs, non Epiſcopi, ſed Levitæ geſtent in humeris, quibus & in veteri Lege onus id impoſitum novimus & præceptum. Quòd ſi etiam Epiſcopus Reliquias per ſe deportare elegerit, non ipſe a Diaconibus in Cellulis vectabitur, ſed potiùs pediſequa eò, unà cum populis progreſſione procedente ad conventicula Sanctarum Eccleſiarum S. Dei Reliquiæ per eumdem Epiſcopum portabuntur. Jam verò qui hæc inſtituta ſciendo adimplere diſtulerit, quandiù in hoc vitio fuerit, à Sacrificando ceſſabit.

Jer. 18.

Zachar. Pap. Epiſt. xv. ad Epiſcopos Francorum. *Poſt* 12. *lin.*..... Verùm etiam & pro Corpore B. Benedicti quod furtivè ablatum eſt à ſuo ſepulchro, ut reſtituatur. In hoc opere æquitatis & miſericordiæ libenter aurem accommodantes, hortamur Dilectionem ac Sanctitatem veſtram, ut primùm omnium Frater cum ſuo Fratre ad pacis redeant unitatem, & confundatur iniquitas in medio eorum. Caritas verò Dei vobis prædicantibus & miniſtrantibus exuperet inter eos. Deindè & præfati B. Benedicti fructus juxtà petitionem Dei Servorum Monachorum, illius ſublimitas, & veſtra ſanctitas indubiè ad proprium remittat locum: ut & ipſi gaudeant de ſuo reſtituto Patre, voſque perennem habeatis mercedem & laudem, pro eo quòd juſti operati fuiſtis ipſum ad ſuum reverti tumulum, ex quo clàm ablatus eſt. Nec enim habet Sanctitas veſtra quid offenſionis in hoc bono opere reſtitutionis ejus pertimeſcere debeat coràm Deo, dùm creditur, quia ad obtinendum hoc opus ipſius ſuffragantibus orationibus, & voluntate præfati Religioſi Dei ſervi ſunt permoti. Benè valete.

Concil. Calchut. anno 787. Capitul. xix. Ut Reliquias Paganorum ritum quiſque abjiciat.

Concil. Nicæn. II. anno 787. ℣. Οτι τας εγκαινιζομενας πασι εκλογος καταθεσιας λειψανων αγιων δειν ανακαινιζεσθαι. Εφη Παυλος ὁ θειος αποστολος, &c. *Est Can. vij.* Quòd Templa noviter ſine reconditis Sanctorum Reliquijs dedicata oporteat ſuppleri. *Ait Paulus divinus Apoſtolus* : Quorumdam peccata manifeſta ſunt, quorumdam autem & ſubſequuntur. *Peccatis ergò præcedentibus, & alia peccata accidunt. Impiam itaque Chriſtianos accuſantium hæreſim, & aliæ impietates ſubſecutæ ſunt. Sicut enim venerabilium Imaginum vultum abſtulerunt ab Eccleſia, ita & alios quoſdam mores deſeruerunt, quos & oportet renovari, & ſecundùm ſcriptam, & non ſcriptam legiſlationem denuò detineri. Quotquot ergo venerabilia Templa conſecrata ſunt abſque Sanctis Reliquijs Martyrum, definimus in eis Reliquiarum unà cum ſolita oratione fieri poſitionem. Et ſi à præſenti tempore inventus fuerit Epiſcopus abſque Lipſanis conſecrare Templum, deponatur, ut ille qui Eccleſiaſticas Traditiones tranſgreditur.* 1 *Tim.* 5.

Concil. Moguntinum, anno 813. Can. lj. Nè Corpora Sanctorum transferantur de loco ad locum. *Deinceps verò Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus præſumat transferre ſine conſilio Principis, vel Epiſcoporum, & Sanctæ Synodi licentia.* De conſecr. diſt. 1. corpora Sanctorum.

Capitulare 1. Ludovici Pij Imperatoris. Cap. xxiij. De examinatione Sanctæ Crucis non facienda. *Sancitum eſt, ut nullus deinceps quamlibet examinationem Crucis facere præſumat; ne Chriſti Paſſio, quæ eſt glorificatio, cujuſlibet temeritate contemptui habeatur.* Lib. 1. c. 102.

Paſchalis Pap. I. Epiſt. ij. De inventione Reliquiarum Sanctæ Ceciliæ. [C'eſt une viſion de ce Pape, à qui Sainte Cecile avoit revelé que les Lombards n'avoient point emporté ſon Corps, & luy avoit découvert le lieu où il étoit.] ..... *Et quia convenit noſtro Apoſtolico moderamini, ut diverſa Corpora Sanctorum, quæ diù inculta jacuerunt, cum ſumma vigilantia ob honorem Omnipotentis Dei intrà hujus almæ Urbis clauſtra honeſtè congregare, inter quos & Corpus Beatæ Ceciliæ Martyris pervigiles omninò inquirere deberemus: & quia jam dudùm fama inter quoſdam vulgaverat, quod ejuſdem Beatæ Cæciliæ Corpus ab Aiſtulpho Longobardorum Rege furtim fuiſſet ablatum, idcircò penè oblivionis obtentu poſtponere credebamus, &c.* v. locum fusè, tom. 21.

Epiſt. Amolonis Archiepiſc. Lugdun. ad Theutboldum Civitatis Lingonicæ Epiſcopum. (Il parle d'un concours extraordinaire.) *V. locum apud de la Lande, in Supplemento Conciliorum Galliæ, pag.* 148.

Nicol. Pap. I. Reſponſ. ad Conſulta Bulgarorum. Reſp. vij. De veneratione Reliquiarum.

Ibid. Reſp. viij. de eodem argumento. *V. locum, tom.* 22.

Decreta Generalis Concilij Lateranenſis IV. anno 1215. Cap. lxij. Nè Reliquiæ oſtendantur extrà Capſam, nè novæ habeantur in veneratione ſine Romana Eccleſia. *Cùm ex eo quod quidam Sanctorum Reliquias exponunt venales, &c.* v. loc. tom 28.

Concil. Ravennate II. anno 1311. Capitul. v. De Reliquijs Sanctorum, & earumdem veneratione. *Statuimus quod ſi in Eccleſijs Cathedralibus, &c.* v. eod. tom. ſub finem.

Concil. Turon. anno 1448. Cap. xvj. Prohibemus nè ignotæ Sanctorum aliquorum Reliquiæ quæſtus gratiâ per noſtram Provinciam deferantur. Con-

trarium facientes per locorum Ordinarios diſtrictè compeſcantur. *Tom.* 34.

Concil. Moguntinum, anno 1549. Cap. xliij. De Reliquijs Sanctorum. *Reliquias Sanctorum velut divinæ gratiæ olim receptacula, &c.* Tom. 35.

Concil. Trident. anno 1549. Seſſ. xxv. De invocatione, veneratione, & Reliquijs Sanctorum, & Sacris Imaginibus. *Mandat Sancta Synodus omnibus Epiſcopis, &c.* in fin. tom. 35.

Concil. Mediolan. IV. anno 1576. Quæ ad Sanctorum cultum, Sanctorumque Corporum celebritatem pertinent. De Sacris Reliquijs, Miraculis, & Imaginibus. *Ad ea quæ de Sacris Reliquijs per nos primi & tertij Concilij Provincialis decretis, &c.* v. locum, tom. 36.

Concil. Aquileienſe, anno 1549. Rubric. xv. De Reliquijs Sanctorum. *Sanctorum Reliquias in Cælo regnantium, quæ viva fuerint membra Chriſti Domini, &c.* v. locum, in fin. tom. 36.

DE EXE-

DE EXEQUIIS, ET SEPVLTVRIS.

CONCIL. NICÆN. anno 325. titul. xlvij. De non eligendo ſibi Succeſſore in Epiſcopatu. *v. locum, tom. 2.*

Ibid. titul. lxiv. De ordine ducendi funus Epiſcopi, Chorepiſcopi, & Archidiaconi, & officio exequiarum. *v. locum.*

Ibid titul. lxxij. De non præcipiendo ut aliquis eligatur poſt mortem ſuam, & quando hoc liceat ſuperiori. *v. locum.*

Definitiones Eccleſiaſticæ Synodi Calchedon. anno 451. Can. xxij. Non licet Clerico Epiſcopi ſui defuncti res diripere, &c. *v. tom. 9. pag. 142.*

Concil. Valentin. anno 524. Can. ij. Ut defuncto Epiſcopo, de rebus ipſius vel Eccleſiæ nullus quidquam * præſumat. *vide.*

* Præſumat invadere.

Ibid. Can. iij. Ut Propinqui morientis Epiſcopi de rebus ejus nihil uſurpent, ſine Metropolitani & Comprovincialium conſcientia. *vide.*

Ibid. Can. iv. De exequijs morientis Epiſcopi, & qualiter humetur. *Illud etiam provido Concilio decretum eſt, ut quia ſæpè Sanctorum Antiſtitum per abſentiam Commendatoris Epiſcopi, Exequiæ deferuntur; ita ut Veneranda Pontificis membra, dum tardius funerantur, injuriæ omninò ſubjaceant: Epiſcopus qui poſt mortem Fratris ad ſepeliendum eum ſolet invitatus incurrere, infirmum magis, & adhuc in corpore poſitum admonitus viſitare non differat; ut aut de * revelatione Conſacerdotis amplius gaudeat, aut certè de ordinatione domûs ſuæ Fratrem admoneat, ejuſque probabilem voluntatem in effectum tranſmittat, ac recedentem à ſæculo poſt oblatum in ejus commendatione Sacrificium Deo, mox ſepulturæ tradat diligentiſſimè, & ſuperiùs conſtituta * canonica non differat adimplere. Si autem, ut fieri ſolet Antiſtes obitu repentino diſceſſerit, & Confinitanei Sacerdotes de longinquo minimè adeſſe potuerint, uno die tantùm cum nocte examinatum corpuſculum Sacerdotis maneat: non ſine Fratrum ac Religioſorum frequentia, vel pſallentium excubatione ſervatum à Presbyteris cum omni diligentia in * loculo conditum ſeorſùm, non ſtatim humetur, ſed honorificè commendetur, donec ſine mora, invitato undequaque Pontifice * ab ipſo ut condecet, ſolemniter tumuletur, ut & injuriæ tollatur occaſio, & mos antiquitùs in ſepeliendis Sacerdotibus obſervetur.* Tom. 11.

* relevatione.

* Canonicè.

* Loco.

* Sacerdotis corpus ab ipſo.

Fragmenta quę citantur in hoc Concilio. c. 4. Cur mortuorum fidelium corpora honorificè ſepeliantur? Modus ſepeliendi diverſus fuit. Teſtimonium S. Auguſtini, de ſepultura, in lib. de cura pro mortuis agenda.

Concilij Vaſenſis Capitulum ex decreto Gratiani. De ſepulturis, quomodo non eſt accipiendum pretium. *Præcipiendum eſt ſecundùm Canonum, &c.* eod. tom. 11.

Concil. Tolet. II. anno 531. Capitul. iv. Ut quidquid de jure Eccleſiæ Clerici tenuerint, poſt obitum eorum ad Eccleſiam revertatur. *ibid.*

Concil. Aurel. II. anno 533. Can. v. Ut nullus ad ſepeliendum Sacerdotem Sacerdos venire diſſimulet. *Nullus Epiſcopus ad ſepeliendum Epiſcopum venire confictâ occaſione diſſimulet, nè cujuſlibet corpuſculum diutiùs inhumatum negligentiâ interveniente ſolvatur. Is verò Epiſcopus qui defunctum advenerit ſepelire, præter expenſam neceſſariam, nihil pretij pro fatigatione depoſcat.*

Ibid. Can. vj. Ut qui ſepelit Epiſcopum deſcriptam domum Eccleſiæ relinquat. *eod. tom.* 11.

Concil. Arvernenſe, anno 535. Can. iij. Cadavera mortuorum non obvolvenda Pallis ſacratis. *Obſervandum nè pallis vel miniſteriis divinis defunctorum corpora obvolvantur.*

Ibid. Can. vij. Nè Opertorio Corporis Dominici defuncti Sacerdotis corpus obtegatur. *Nè Opertorio Corporis Dominici, Sacerdotis unquàm corpus dum ad tumulum evehitur, obtegatur: nè ſacro velamine uſibus ſuis reddito, dum honorantur corpora, Altaria polluantur.*

Concil. Bracar. I. anno 563. Can. xviij. *Item placuit ut corpora defunctorum nullomodo in Baſilica Sanctorum, &c.* Tom. 12.

Not. in hoc Concil. Defunctorum corpora olim in Eccleſijs ſepelire illicitum fuit.

Capitula collecta à Martino Epiſc. Bracar. Capitul. lxix. De eo quod non liceat Chriſtianis prandia ad monumenta portare. *Tom.* 12.

Concil. Autiſiodor. anno 578. Can. xij. Nè mortuis Euchariſtia detur nec oſculum, & nè velo, vel pallâ involvantur. *Non licet mortuis nec Euchariſtiam nec oſculum tradi, nec velo vel pallis corpora eorum involvi.*

Ibid. Can. xiv. Nè quis in Baptiſterio ſepeliatur. *Non licet in Baptiſterio corpora ſepeliri.*

Ibid. Can. xv. Nè mortuus ſuprà mortuum mittatur. *Non licet moreuum ſuper mortuum mitti.*

Concil. Matiſcon. II. anno 585. Can. xvij. De alieno ſepulturæ jure non uſurpando. *Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris ſepulcra reſerare, & mortuos ſuos ſuperimponere, vel aliorum, quod nefas eſt, mortuis ſuis religioſa loca uſurpare, ſine voluntate ſcilicet Domini ſepulcrorum. Ideòque ſtatuimus, ut nullus deinceps hoc peragat; quod ſi factum fuerit, ſecundùm Legum decreta ſuperimpoſita corpora de eiſdem tumulis rejactentur.*

Concil. Tolet. III. anno 589. Can. xxij. Quòd Religioſorum corpora cum hymnis & canticis tantùm deferenda ſunt ad ſepulcra. *Religioſorum omnium corpora qui divinâ vocatione ab hac vita recedunt eum pſalmis tantummodò Pſalmentium vocibus debere ad ſepulcra deferri, &c.* Tom. 13. vide quæ annotavimus in Concil. Valent. cap. iv. de mortuorum Exequijs.

13 qu. 2. qui divina.

Gregor. Magn. anno 589. lib. 1. Epiſt. xj. ad Clementinam. De morte Eutherij Epiſcopi conſolatur. *v. eom.* 13.

Ejuſd. lib. iv. indict. xiij. Epiſt. xliv. *in med. pag.*..... Sicut indignos nos pro B. Petri Apoſtoli reverentia mens fidelium reveratur; ita noſtram infirmitatem, decet ſemetipſam ſemper agnoſcere, & impensè ſibi venerationis onera declinare. Ex amore quippè fidelium hujus Sedis Rectoribus mos ultrà meritum

erupit, & cum eorum corpora humanda deferuntur, hæc Dalmaticis contegant, eaſdem Dalmaticas pro ſanctitatis reverentia ſibimet parciendas, populus ſcindat, & cum adſint multa à Sacris Corporibus Apoſtolorum Martyrumque velamina à peccatorum corpore ſumitur, quod pro magna reverentia reſervatur: de qua re præſenti decreto conſtituto, ut Feretrum quo Romani Pontificis Corpus ad ſepeliendum ducitur, nullo tegmine tegetur. Quam decreti mei curam gerere, Sedis hujus Presbyteros ac Diaconos cenſeo. Si quis verò ex eorum ordine hæc curare neglexerit, anathema ſit: & reſponderunt omnes; anathema ſit. *Id Greg. in Synod. Rom. c. 5. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 7. & pag. 5. cap. 109. Anſel l. 6. c. 83. Grat. 2. q. 7. c. 58.*

Ejuſd. Epiſt. v. lib. vij. Indict. 1. Bono Epiſcopo Meſſanæ. *Filius noſter Fauſtinus vir eloquentiſſimus ad nos veniens queſtus nobis eſt, quod Pater ejus quondam Peltraſius aliqua veſtræ Eccleſiæ, ſepulturæ ſuæ, gratiâ juris alieni reliquerit. Et quidem quid de hac re ſæculi leges habeant, & ipſi noſtis, & nos audivimus; quia hæres ad ſolvendum cogitur, ſi auctor ejus, aut teſtator aliena legaverit. Sed quia, &c.* v. loc. eod. tom. 13.

Ibid. eod. lib. indict. ij. Epiſt. lvj Januario Epiſcopo Calaritano. *Quæſta eſt nobis Nereida clariſſima Fœmina, quòd ab ea centum ſolidos pro Filiæ ſuæ ſepultura fraternitas veſtra non erubeſcat exigere, atque ei ſuper doloris gemitum majorem diſpendij ſtudeat inferre moleſtiam. Quòd ſi ita ſe veritas habet, quia grave nimis eſt, & procul nimis eſt à Sacerdotis officio pretium de terra conceſſa putredini quærere, & de alieno velle facere luctu compendium; ab hac ſe petitione Fraternitas veſtra contineat, & moleſtia ei de cætero non exiſtat, &c.* v. locum. *Abraham à Filijs Hemor, hoc eſt Ephron Filio.* v. locum. Grat. 15. q. 2. cap. 12. Ivo part. 12. cap. 10. Gen. 23.

Concil Tolet. VII. anno 646. Capitul. iij. De Exequijs morientis Epiſcopi. *Ea quæ competunt * honeſtati contingit, ſæpè quorumdam deſidiâ non impleri. Proindè quia notum eſt, quæ dignitas in morientis Epiſcopi Exequijs, ex Canonibus conſervetur, traditioni moris antiqui hoc tantùm adjecimus, ut ſi quis Sacerdotum ſecundùm ſtatuta Valentini Concilij ad humanda * decedentis Epiſcopi membra venire commonitus pigrâ voluntate diſtulerit, appellantibus Clericis obeuntibus Epiſcopi; apud Synodum, ſive apud Metropolitanum Epiſcopum tempore anni unius, nec faciendi Miſſam, nec communicandi habet omninò licentiam. Presbyteri autem, ſive Clerici, quibus major honoris locus apud eamdem Eccleſiam fuerit, cujus Sacerdos obierit, ſi omni ſollicitudine pro Exequijs aut jam mortui, aut continuò Antiſtitis morituri ad commonendum Epiſcopum tardi inveniamur, aut per quamcumque moleſtiam animi id negligere comprobentur, totius anni ſpatio ad pœnitentiam in Monaſterijs deputentur.* Ivo part. 5. c. 330. qui hæc citat ex Conc. Tolet. 8. cap. 2. Burch. lib. 2. 4. cap. 216. * ſanctiſſimis, * defuncti.

V. hujus Conc. notas. Pro Exequijs quid accipere liceat? Qui defunctum Epiſcopum advenerit ſepelire, præter expenſam neceſſariam nihil pretij pro fatigatione depoſcat. De hac re decrevit Concil. Rhem. cap. 5. & 6. & Valentin. Hiſpaniæ c. 2. Arelat. II. c. 5.

Excerptum à B. Gregor. III. Can. xx. De violatoribus ſepulcrorum. *v. loc. tom.* 17.

Capitular. Theodulfi Aurel. Epiſc. anno 797. Capitul. ix. Ut nemo deinceps in Eccleſia præter paucos, qui id meriti ſint, ſepeliatur. *Antiquus in his Regionibus in Eccleſia ſepeliendorum mortuorum uſus fuit, & plerumque loca divino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hoſtias præparata, Cœmeteria ſive Po-*

lyandria facta ſunt; undè volumus, ut ab hac re deinceps abſtineatur, ut nemo in Eccleſia ſepeliatur, niſi fortè talis ſit perſona Sacerdotis, aut cujuſlibet juſti hominis, quæ per vitæ meritum talem vivendo ſuo corpori defuncto locum acquiſivit, &c. v. reliq. tom. 20.

Concil. Arelat. VI. anno 811. Can. xxj. De ſepeliendis intrà Baſilicas.

Capitular. lib. 2. c. 47. *Ut de ſepeliendis in Baſilicis mortuis illa conſtitutio ſervetur, quæ ab antiquis Patribus conſtituta eſt.*

Concil. Mogunt. anno 815. Can. lij. Qui mortui in Eccleſia ſepeliantur?

13. qu. 2. Nullus. *Nullus mortuus infrà Eccleſiam ſepeliatur, niſi Epiſcopi aut Abbates, aut digni Presbyteri, vel fideles Laïci.*

Capitul. Caroli Magni Imperat. anno Regni ejus 13. Cap. xx. In Eccleſijs ſepelire quos liceat? *Ut mortui non ſepeliantur in Eccleſia, niſi Epiſcopi, vel Abbates, vel Fideles, vel boni Presbyteri.*

Synodus apud Celichyth. anno 816. Can. x. Ut Epiſcoporum fiant Exequiæ. *Decimo jubetur, & hoc firmiter ſtatuimus aſſervandum, tàm in noſtris diebus, quàm etiam futuris temporibus, omnibus Succeſſoribus noſtris, qui poſt nos illis Sedibus ordinentur, quibus nos ordinati ſumus: ut quandocumque aliquis ex numero Epiſcoporum migraverit de ſæculo, tunc pro anima illius præcipimus, ex ſubſtantia uniuſcujuſque rei decimam partem dividere ac diſtribuere pauperibus in eleemoſynam,* &c. v. locum, in fine tom. 20.

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. lxxij. De ſepulturis infrà Eccleſiam, & de ſepulcris non violandis, vel pecunia pro ſepultura non exigenda. *Ut nemo quemlibet mortuum in Eccleſia, quaſi hæreditario jure, niſi quem Epiſcopus,* &c. Tom. 21.

Nicol. I. Reſponſ. ad Conſulta Bulgarorum. xcviij. De eo qui ſeipſum occidit. *Si ſit ſepeliendus, qui ſeipſum occidit, vel ſi ſit pro eo officium offerendum requiritis: ſepeliendus eſt quidem, nè viventium odoratui moleſtiam ingerat; non tamen eſt, ut alijs pavor incutiatur, ſolito cum obſequijs more ad ſepulcra ferendus. Sed & ſi qui ſunt qui ejus ſepulturæ ſtudio humanitatis obſequuntur; ſibi non illi qui ſui extitit homicida præſtare videntur. Sacrificium verò pro eo non eſt offerendum, qui non ſolùm ad mortem uſquè peccavit, ſed & moreis ſibimet interitum propinavit. Quis enim magis peccatum ad mortem facit, pro quo Joannes*

1. Joan. 5. *Apoſtolus dicit non orandum, quàm is qui Judam imitatus ſui ipſius homicida fuiſſe magiſtro diabolo comprobatur.*

Ibid. xcix. De Sepulturis. *Si eſt Chriſtianus intrà Eccleſiam ſepeliendus, inquiritis: hanc S. Papa Gregorius quæſtionem abſolvit, dicens: cum gravia peccata*

Greg. lib. 4. dialog. c. 50. *non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in Eccleſia ſepeliantur; quod eorum proximi quoties in eadem ſacra loca conveniunt ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt, non ad abſolutionem potiùs quàm ad majorem damnationis cumulum eorum corpora in Eccleſijs ponuntur.*

Ibid. c. De eod. argum. *Qui in prælio defunctus fuerit, utrùm reportandus ad propria ſit, ſi parentes ejus, aut ſocij ejus voluerint, ex præcedente Capitulo poteſtis colligere. Si quidem idcircò ſi voluerint propinqui, ad propria reportandus eſt mortuus, ut ejus tumulum intuentes proximi recordentur ipſius, & pro eo Domino*

Exod. 13. *preces fundant. Nam & Sanctum Joſeph tale quid de oſſibus ſuis obiturum mandaſſe ſacra predit Hiſtoria.*

Hincmar. Archiep. Rhem. Capitul. xij. Ut in Eccleſia ſine conſultu Epiſcopi nullus ſepeliatur, & ut pro ſepeliendis nihil exigatur. *Ut neme Presbyterorum quemquam in Eccleſia ſepeliat ſine conſultu Epiſcopi, exceptis dumtaxat hujuſmodi perſonis, quas ſingulatim & privatim in Synodo ſignavimus. Nec pro ſepeliendis quidquam exenij exigat, vel extorqueat. Si quid autem Aleari, vel Eccleſiæ, aut ſibi gratis oblatum fuerit à devotis quibuſlibet cum benignitate recipere non interdicimus.*

Ibid. III. Capitula ejuſdem, anno 12. Epiſcopatûs ſuperaddita. Cap. ij. Ut pro loco ſepulturæ nihil exigatur, & locum hæreditario jure nemo ſibi arroget, ſed à Presbytero accipiat. Et de non violandis ſepulturis. *Ut pro loco ſepulturæ, ſicut ſacra & canonica ſanxit auctoritas, nemo à quoquam quidquam exenij exigat. Si autem aliquid quiſquam gratis offerre voluerit poſt ſepultum cari ſui, vel cara ſuæ corpus hoc ſuſcipi non vetamus. Et nemo Chriſtianorum præſumat quaſi hæreditario jure de ſepultura contendere; ſed in Sacerdotis providentia ſit: ut Parochiani ſui ſecundùm chriſtianam devotionem, in locis quibus viderit ſepelianter. Ipſe tamen Sacerdos, memor ordinis ſui provideat, & congruam cuique ſepulturam, & nè ſcandalum, quantùm vitari poteſt, fiat ſuis Parochianis. Et provideat ſicut de miniſterio ſuo & coram Deo, & coram ſæculo vult gaudere, ut nullius chriſtiani corpus de ſepulcro ſuo ejiciatur, & nec ſepulcra confringantur, vel cammata ſicut ſolent, indè fiant: quia ſicut crudele eſt quemquam de domo ſua expellere, & miſericordiæ opus eſt, egenum & vagum juxtà dominicum dictum in domum recipere: ita ſacrilegum eſt corpus indevotè & irreligiosè propter cupiditatem à ſepulcro ejicere, ubi quiſque dominicam vocationem, ut in adventu juſti Judicis reſurgat, in pace quieſcens debuerat expectare.*

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canon. titul. xj. Cap. xxiv. De violatoribus ſepulcrorum. *Qui ſepulcra violaverint puniantur, tàm ingenui quàm ſervi. Si major Perſona in hoc ſcelere fuerit deprehenſa, amiſſâ medietate bonorum ſuorum perpetuâ notetur infamiâ. Si Clerus, depoſitus omni honore clericali perenni exilio deputetur. Si Judex hoc perſequi aut implere diſtulerit, facultatibus & honore privetur.*

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. lviij. Ut exequiæ mortuorum cum luctu ſecreto, & cordis gemitu fiant, & pſalmos ignorantes, *Kyrie eleiſon* ibi canant: & ut triginta diebus amici & parentes pro eis agant.

Ibid. lxxvij. De venditionibus ſepulcrorum: & de his qui pro ſepulturis munera exigunt, ut ſeveriter puniantur, & diſtringantur.

Concil. Wormat. anno 868. Can. lxxv. Quòd non liceat Clericis poſt mortem Epiſcopi ſui, res ad eum pertinentes diripere. Ex Conc. Calchedon. cap. 22. *v. locum, tom. 23.*

Concil. Triburienſe, anno 895. Capitul. xv. De ſepulcris mortuorum. *Reſtat propter inſtantem, qua nunc maxima occurrit, neceſſitatem, ubicumque facultas rerum & opportunitas temporum ſuppetat, ſepulturam morientium apud Eccleſiam, ubi ſedes eſt Epiſcopi celebrari, &c.* v. loc. tom. 24.

Ibid. Cap. xvj De morientium ſepultura non vendenda. *Abhorrendus, & Chriſtianis omnibus devitandus mos iniquus ſubrepſit ſepulturam mortuis debitam ſub pretio vendere, & gratiam Dei venalem facere, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. xvij. Ut nullus Laïcus in Eccleſia ſepeliatur. *Secundùm ſtatuta Sanctorum Patrum, & experimenta miraculorum, prohibemus & præcipimus, ut deinceps nullus Laïcus in Eccleſia ſepeliatur. Quidam mirabilis Doctor noſtræ definitioni conſentiens, inquit:* Nemo enim in Eccleſia ſepeliatur, niſi fortè talis ſit perſona Sacerdotis, aut cujuſlibet juſti hominis, qui per vitæ communis meritum, talem vivendo ſuo corpori defuncto locum acquiſivit. *Corpora antiquitùs in Eccleſia ſepulta, nequaquam projiciantur, ſed pavimento deſuper facto, nullo tumulorum veſtigio apparente, Eccleſiæ reverentiâ conſervetur, &c.* v. cætera.

Concil. Ænhamenſe, anno 1009. Cap. xiv. De ſepulturis. *Et ſi Corpus aliquod extrà ſuam Parochiam, &c.* Tom. 25.

Sepultus extrà Parochiam.

Legum Eccleſiaſticarum Canutij Regis priſca verſio. xx. De ſepultura. *Pecunia ſepulturæ juſtum eſt ut apertâ terrâ reddatur.*

Ibid. xxj. De Corporibus tranſlatis de Parochia ſua. *Si Corpus aliquod à Parochia ſua deferatur in aliam, ſolvatur tamen pecunia ſepulturæ ejus in eam, cui jure pertinebit Eccleſiam, & omnes rectitudines & ſanctæ Dei ceremoniæ, ſicut omnibus opus eſt, totis deſiderijs obſervenetur.*

Capitula incerti Authoris, loci ac temporis. ix. De non ſepeliendo in Eccleſijs. *Antiquus in his Regionibus in Eccleſijs ſepeliendorum mortuorum uſus fuit, &c.* eod. tom. 25.

Appendix ad Concil. Lateran. III. anno 1179. De ſepulturis & mortuorum voluntatibus. Cap. 1. Licet unicuique ubi voluerit eligere ſepulturam. *Volumus, ac juxtà Canonum ſententiam nobis, &c.*

Cap. ij. Liberum eſt unicuique ubi voluerit ſepulturam eligere, dum tamen tertia pars judicij ſui illi Eccleſiæ conferatur, à qua cæleſti pabulo eſt refectus. *Nos inſtituta majorum Patrum conſiderantes, &c.*

Cap. iij. Propter debitum, defuncti differatur ſepultura. *Super eo verò quod defuncto aliquo, &c.*

Cap. iv. Monachi non debent auctoritate propriâ mortuos in Cœmeterio ſuo ſepelire. *Monachi corpora hominum, tam virorum, &c.*

Cap. v. Hæredes juſſa Teſtatoris tenentur adimplere. *Si Hæredes juſſa Teſtatoris non impleverint, &c.* v. locum, tom. 27.

Ibid. *Hic non eſt titulus.* Cap. vj. Qui in ægritudine ad loca religioſa ſe tranſtulerint, ſi in ipſa ægritudine deceſſerint, cogi poſſunt & debent, ut perſonis vel Eccleſijs à quibus pabulum receperunt ſalutis, canonicam relinquant portionem. *De his qui in ſanitate, vel infirmitate ad loca religioſa, &c.* ſub fin. 27. tom.

Concil. Herbipolenſe, anno 1287. Cap. xxix. De debitis maritorum defunctorum. *Nonulli ſicut audivimus, pro Maritorum, ſeu Filiorum debitu, &c.* Tom. 28.

Concil. Ravenn. II. anno 1311. Capitul. ij. De Exequijs Epiſcoporum decedentium. *Quia ſecundùm Apoſtolum, qui benè præſunt Presbyteri, &c.* eod. tom. 28.

Ibid. Rubric. iij. De anniverſarijs Epiſcoporum. *Quia inter cætera remedia quæ proficiunt ad expiationem animarum fidelium defunctorum, &c.*

Ibid. Rubr. iv. De anniverſarijs Patronorum & Benefactorum Eccleſiarum, &c. *eod. tom.*

Concil. Ravennate IV. anno 1317. Cap. xxj. De Exequijs Epiſcoporum nuntiandis per Capitula Eccleſiarum Cathedralium Archiepiſcopo & Suffraganeis, ut devoté ab omnibus celebrentur. *Item cum negligentia ſeu contumacia indevotorum, &c.* Tom. 29.

Concil. Saltzburg. anno 1420. Cap. xxiv. De ſepulturis. *Inſuper ſtatuimus, & ſub pœna ſuſpenſionis, &c.* eod. tom. in fine.

Concil. Friſingenſe, anno 1440. Cap. x. De ſepulturis. *Inſuper præſenti conſtitutione duximus inhibendum, &c.* Tom. 33.

Conſtitutio ad removendos abuſus, in fine Conc. Tolet. anno 1473. Cap. xxviij. De carentibus ſepulturis. *Sanctionem Patrum, quâ Eccleſiaſtica privatur, quiſquis non confeſſus, nec Euchariſtiæ Paſchali tempore Communionem ſumpſerit, inviolabiliter obſervandam eſſe ſtatuimus, &c* v. locum, tom. 34.

Concil. Colonienſe, anno 1536. pars tertia, Cap. xxix. Quomodo ad anniverſaria Epiſcoporum in majori Eccleſia conveniendum ſit? *Reliquas autem poſſeſſiones more antiquo obſervari volumus, &c.* Tom. 35.

Ibid. Cap. xxx. Dum vigiliæ in anniverſarijs Epiſcoporum, &c. *v. locum.*

Ibid. Pars ſeptima, Cap. lj. A ſepultura nemo, in Communione decedens repellendus. *Quod ad ſepulturam attinet, quis poterit negare, &c.*

Ibid. Cap. lij. Quam admonitionem in ſepulturis & exequijs fieri oporteat? *In ſepulturis autem & exequijs, mortalitatis, &c.* v. locum, eod. tom.

Concil. Mediolan. I. anno 1565. pars ſecunda ſub fin. De Funere Epiſcopi. *Pium Sanctorum Patrum inſtitutum, ad concelebrandas Epiſcoporum Exequias, &c.*

Ibid. De funeribus & exequijs. *Ut vetus Eccleſiæ inſtitutum mortuorum funus pijs precibus, &c.*

Ibid. De ſepulturis. *Non eſt ferenda noſtri temporis inſolentia ſepulcrorum, &c.*

Concil. Mediolan. IV. anno 1576. pars ij. ſub fin. De funeribus & exequijs. *Sicut Epiſcopus in vita eſt, ſancta paſtoralis ſollicitudinis ſtudio, &c.* Tom. 36.

Concil. Mediolan. V. anno 1579. pars ij. in fin. De cura mortuorum tempore peſtis. *v. locum.*

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. Quæ ad funera pertinent. *v. tom. 36. in fine.*

v. ibid. De cura peſtilentiæ. Conſtitutionum pars ij. Concil. Mediolan. V.

DE AQVA BENEDICTA.

CAPITUL. HINCMAR. Rhemenſis Archiepiſcopi. v. De Aqua omni die Dominico antè Miſſam benedicenda. Ut omni Dominico die quiſque Presbyter in ſua Eccleſia antè Miſſarum ſolemnia Aquam benedictam faciat in vaſe nitido, & tanto miniſterio convenienti, de qua populus intrans Eccleſiam aſpergatur, & qui voluerint in vaſculis ſuis nitidis ex illa accipiant, & per manſiones & agros, & vineas, ſuper pecora quoque ſua, atque ſuper pabula eorum, nec non & ſuper cibos & potum ſuum conſpergant.

Ibid. Capitul. vij. De Pane ad Eulogiam benedicendo. Ut de Oblatis quæ offeruntur à populo, & Conſecrationi ſuperſunt, vel de Panibus quos deferunt fideles ad Eccleſiam; vel certè de ſuis, Presbyter convenienter partes inciſas habeat in vaſe nitido & convenienti, ut poſt Miſſarum ſolemnia, qui Communicare non fuerunt parati, Eulogias omni die Dominico & in diebus Feſtis exindè accipiant. Et illa undè Eulogias Presbyter daturus eſt, antè in hæc verba benedicat, & ſic accepturis diſtribuat, & micas nè incautè defluant cuſtodiat: DOMINE Sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc Panem tuâ ſanctâ & ſpirirali benedictione, ut ſit omnibus cum fide & reverentia ac gratiarum tuarum actione ſumentibus ſalus mentis & corporis, atque contrà omnes morbos & univerſas cunctorum inimicorum inſidias tutamentum. Per Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum Filium tuum, Panem vitæ, qui de Cælo deſcendit, & dat vitam ac ſalutem mundo, & tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus Sancti, per omnia ſęcula ſæculorum. Amen. *cæt. tunl.* De Dominico die, & Feſtorum ſanctificatione.

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Cap. x. De his qui volunt aquam conſecratam in Sabbato ſancto accipere.

Ex eod. libro Cap. lxxxij. Quòd in Sabbato ſancto Paſchæ, vel in Sabbato Pentecoſtes, ſi qui velint aquam conſecratam ad aſperſionem in domos ſuas accipere, antè Chriſmatis accipiant infuſionem.

Capitul. Herardi Archiepiſcopi Turon. Cap. xlv. Ut Presbyteri aquam benedictam cum ſuis populis in circuitu Eccleſiarum deferant; & ut ſcrutinia in locis & temporibus conſtitutis non negligant.

Ibid. Capitul. lij. Ut qui Aquam conſecratam vult accipere in Sabbato vel Pentecoſte, antè infuſionem Chriſmatis ſumat. Nam illa Chriſmatis mixtio ad regenerandos pertinet.

DE CONFRATERNITATIBVS.

HINCMAR. Archiepiſc. Rhem. Capitula ad Presbyteros Parochiæ ſuæ, anno 851. Cap. xvj. De Confratrijs, eorumque conventibus, quomodo celebrari debeant? UT DE Collectis, quas Geldonias vel Confratrias vulgò vocant, ſicut jam verbis monuimus, & nunc ſcriptis expreſſè præcipimus, tantùm fiat, quantùm ad auctoritatem & utilitatem atque rationem pertinet: ultrà autem nemo neque Sacerdos neque Fidelis quiſquam in Parochia noſtra progredi audeat; id eſt, in omni obſequio religionis conjungantur: videlicet in oblatione, in luminaribus, in oblationibus mutuis, in exequijs defunctorum, in eleëmoſynis, & cæteris pietatis officijs; ita ut qui candelam offerre voluerint, ſive ſpecialiter, ſive generaliter, aut antè Miſſam, antequam Evangelium legatur ad Altare deferant. Oblationem autem unam tantummodò oblatam, & offertorium, pro ſe ſuiſque omnibus conjunctis & familiaribus offerat. Si plus de vino voluerit in butticula vel lanna, aut plures oblatas, aut antè Miſſam, aut poſt Miſſam Presbytero vel Miniſtro illius tribuat, undè populus in eleëmoſyna & benedictione illius Eulogias accipiat, vel Presbyter ſupplementum aliquid habeat. Paſtos autem & comeſtationes, quas divina auctoritas vetat, ubi & gravedines, & indebitæ exactiones, & turpes ac inanes letitiæ & rixæ; ſæpè etiam, ſicut experti ſumus, uſque ad homicidia, & odia & diſſentiones accidere ſolent, adeò penitùs interdicimus, ut qui de cætero hoc agere præſumpſerit, ſi Presbyter fuerit, vel quilibet Clericus, gradu privetur: ſi Laïcus vel Fœmina, uſque ad ſatisfactionem ſeparetur. Conventus autem talium Confratrum, ſi neceſſe fuerit ut ſimul conveniant, ut ſi fortè aliquis contra Patrem ſuum diſcordiam habuerit, quem reconciliari neceſſe eſt, & ſine conventu Presbyteri & cæterorum eſſe non poſſit, poſt peracta illa quæ Dei ſunt & chriſtianæ religioni conveniunt; & poſt debitas admonitiones qui voluerint Eulogias à Presbytero accipiant, & Panem tantùm frangentes, ſinguli ſingulos biberes accipiant, & nihil ampliùs contingere præſumant, & ſic unuſquiſque ad ſua cum benedictione Domini redeat.

Concil. Tricaſſinum II. Capitul. iv. De Confraternitatibus. Ut Epiſcopi nullomodo Confratrum Conſacerdotumque ſuorum parvipendere audeant vexationes Eccleſiarumque preſſuras; ſed unanimiter conjuncti, baculo paſtorali, & apoſtolicâ auctoritate ſuccincti in prælio pro domo Iſraël, id eſt, Chriſti Eccleſia ſtare communiter non prætermittant.

Ibid. vij. Confratrum & Coëpiſcoporum accuſationes fieri occultè omnimodè prohibemus; quia ſæpè contingit, ut innocentes à malis hujuſmodi condemnentur: ſed ſi accuſatio ſuper perſona cujuſlibet Epiſcopi dicitur, canonico ſancitu in publicum protendatur; quoniam ſcriptum eſt: *Cecidit accuſator fratrum, qui accuſabat eos antè conſpectum Agni*: & iterùm; *Qui odit fratrem ſuum homicida eſt*: &; *Qui non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum* Apoc. 12. 1. Joan. 3. & 4.

quem non videt, quomodo poteſt diligere? His & talibus documentis inſtructi, ſi quis contrà hoc Dei decretum tentaverit, Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus proprio honore privetur; Laïcus verò cujuſlibet conditionis & dignitatis, omni chriſtianâ careat dignitate; & niſi utrique reſipuerint, anathematis vinculo innodentur.

Concil. Mamnetenſe, anno 896. Can. xv. De quibuſdam Confraternitatibus. *v. loc. tom. 24.*

Admonitiones aliquot errorum in Concil. Senòn. anno 1527. Cap. xxx. Confratrias non eſſe de novo erigendas niſi ex conſenſu & approbatione Diœceſanorum. *Cùm ex multiplicatione Confratriarum ſæpè monopolia oriri contingat, &c.* Tom. 34. in fine.

Concil. Mediolan. III. anno 1575. Quædam quæ ad Sodalitates pertinent. *Multa mala exeunt ex prætermiſſo, & valdè his temporibus neglecto fraternæ correctionis officio debito ac neceſſario, &c.* Tom. 36.

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. in fin. Quæ ad Confratrias, piavè loca pertinent. *Unicuique Confratriæ Epiſcopus Sacerdotem conſtituere ſtudeat, &c.* eod. tom. ſub fin.

DE MIRACULIS.

VITA, Epiſt. & Decreta Joannis Papæ III. anno 559. *vide in Notis.* Clotharius Galliæ Monarcha miraculosè ſanatus. *v. loc. tom.* 12.

Gregor. Mag. lib. vj. Epiſt. xxiij. De Miraculo per Clavem Sancti Petri facto. *v. loc. tom.* 13.

Ejuſd. lib. viij. Epiſt. lxxij. De Reliquijs ei (Adeodatæ) conceſſis, quæ multitudine Miraculorum differebantur. *v loc. tom.* 14. *& titul.* De Reliquijs. UT MORAM in dandis Reliquijs quas Gloria veſtra petit faceremus, non voluntate diſtulimus, ſed præcedentis rei nos caſus fecit ambigere; Deus autem omnipotens cordis veſtri devotionem intuens, Miraculorum ſignis admonentibus, à veſtra vos intentione fraudari non pertulit: ſed ideò deſiderium veſtrum modicâ voluit dilatione differri, ut docentibus miraculis & amor vobis creſceret in veneratione Sanctorum, & major fieret exultatione gaudiorum. Quia ergò in affectu poſtulatæ rei Gloriæ veſtræ vota completa ſunt; hortamur, ut cujus Prędicatores colitis, ejus ſollicitè mandata ſervetis. Et ſicut devotâ religione terrena Sanctorum honoribus loca conſtruitis, ſic quoque cum eis manſionem vobis procurare in Cęleſtibus feſtinetis, quatenùs & hic illos in omnibus adjutores, & in futura mereamini habere vita conſortes.

Ejuſd. lib. ix. Epiſt. xxxviij. Dolet Ruſticianam infirmitate vexari, narratque Miracula Monaſterij Sancti Andreæ ad Clivum Scauri. *v. loc. tom.* 14. *pag.* 93.

Ibid. Ejuſd Epiſt. lviij. De converſione gentis ipſius (Auguſtini) & non glorietur in operationum virtute, quas plerumque faciunt mali. *vide ejuſd. Epiſt. notas.* Monet Auguſtinum ne infletur, quòd magna fecit Miracula. *v. loc. tom.* 14.

Vita & Epiſtolæ Leonis Pap. IV. anno 847. *v. in notis.* Divinâ viſione ubi Urbs ędificanda ſit Papæ oſtenditur. *v. in ejus vita, tom.* 21.

Nicol. Pap. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. Reſp. xxix. De Signo Crucis quod vidit Conſtantinus per ſoporem. *v. loc. tom.* 22.

Epiſt. vj. Innocent. Pap IV. De trium Magorum Miraculis ac cultu. *Licet ii, de cujus munere venit, ut ſibi, &c.* v. locum, tom. 28.

De Martyrio S. Anaſtaſij Martyris Perſæ, cujus initium eſt, & de Miraculis ejus. *v. pag.* 228. *tom.* 19.

Ibid. De Miraculis Sanctorum Coſmæ & Damiani. *Ibid. pag.* 271. *in fine.*

Item ibid. Legit ipſe ex eiſdem Miraculis, de Uxore Conſtantini Laodicenſis. *pag.* 272.

Item ex eiſdem Miraculis tortionem habente. *pag.* 275.

DE PEREGRINIS, ET PEREGRINATIONIBVS.

CONCIL. ARELAT. I. anno 314. Can. xix. Ut Peregrinis Epiſcopis locus ſacrificandi detur. *v. loc. tom.* 2.

Concil. Antioch. I. anno 340. Can. vij. De Peregrinorum ſuſceptione.

Ibid. Can. viij. De pacificis Peregrinorum, ideſt, commendatitijs litteris. *v. locum, in fine* 2. *tom.*

Synod. S. Patricij, Auxilij, &c. anno 450. Cap. 1. De Captivo in quæſtionem, &c.

Ibid. Cap. xxiv. De Advena plebem ingrediente. *v. loc. tom.* 7.

Definitiones Eccleſiaſticæ editæ à Sancta & Generali Synodo Calchedon. anno 451. Can. xiij. Peregrinos Clericos ſine commendatitijs litteris Epiſcopi nuſquam penitùs miniſtrare debere. *Tom.* 9.

Concil. Lugdun. II. anno 567. Can. iij. De ijs qui aliquos per vim & nefas captivos tenent, excommunicandis, niſi reſtituant. *Tom.* 12.

Concil. Lugdun. III. anno 583. Can. ij. De Epiſtolis Captivorum cautè examinandis, & conſcribendis. *v. locum, tom.* 13.

Gregor. Magn. lib. iij. Epiſt. xvij. De Tribuno ab hoſtibus redimendo ex Eccleſiæ pecunijs. *eod. tom.* 13.

Ejuſd. lib. vj. Epiſt. xiij. Scribit ſacra vaſa pro redemptione Captivorum venundanda.

Id. ibid. Epiſt. xxiij. De duobus generibus compunctionis. Nec non gratias agit de pecunia in redemptionem Captivorum collata. *eod. tom.* 13.

Id. ibid. Epiſt. xxv. Largitatem eleëmoſynarum ejus (Theodori) plurimùm laudat.

Concil. Rhemenſe, anno 630. Can. xij. Ut Clericus peregrinus, ſine Epiſcopi ſui litteris non recipiatur. *v. titul.* Litterarum Eccleſiaſticarum neceſſitas.

Concil. Herudfordenſe, Cap. vj. De Epiſcopis & Clericis peregrinis. *Tom.* 15.

Leges Eccleſiaſticæ Inæ Regis. viij. De alienigenæ occiſione. (re ad Abbatem vel Abbatiſſam ſpectante. *Tom.* 17.

Capitulare Caroli Mag. Regis. Capitul. xviij. Ut itinerantibus nullus impedimentum faciat. *Ex falſis ſuperſcriptionibus itinerariorum Sanctorum Apoſtolorum, &c.* Tom. 19. pag. 278.

Capitulare Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. Capitul. iij. De Clericis fugitivis & peregrinis. *vide tom.* 20.

Ibid.

Ibid. Cap. lxxv. De ſuſceptione hoſpitum. *vide locum.*

Concil. Francofordienſe, anno 794. Can. xxxv. De hoſpitalitate. *v. loc. eod. tom.*

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. xliv. Ut Presbyteri ſine Epiſcopi ſui licentia non peregrinentur.

Ibid. Can. xlv. De peregrinatione ad loca ſancta, & de quorumdam abuſu. NAM ET à quibuſdam, qui Romam Turonumvè, & alia quædam loca ſub prætextu orationis inconſultè peragrant, plurimùm erratur. Sunt Presbyteri & Diacones, & cæteri in Clero conſtituti, qui negligenter viventes, in eo purgari ſe à peccatis putant, & miniſterio ſuo fungi debere, ſi præfata loca attingant. Sunt nihilominùs Laïci, qui putant ſe impunè aut peccare aut peccaſſe, quia hæc loca oraturi frequentant. Sunt quidam Potentum, qui acquirendi cenſus gratiâ ſub pretextu Romani ſive Turonici itineris, multa acquirunt, multos pauperum opprimunt, & quòd ſolâ cupiditate faciunt, orationum ſive ſanctorum locorum viſitationis causâ ſe facere videri affectant. Sunt Pauperes, qui vel ideò id faciunt ut majorem habeant materiam mendicandi, de quorum ſunt illi, qui circumquaque vagantes, illò ſe pergere mentiuntur; vel qui tantùm ſunt vecordes, & putant ſe ſanctorum locorum ſolâ viſione à peccatis purgari, non attendentes quod ait Beatus Hieronymus: *Non Hieroſolymam vidiſſe, ſed Hieroſolymis benè vixiſſe, laudandum eſt.* De quibus omnibus Domini Imperatoris qualiter ſint emendenda, ſententia expectetur. Qui verò peccata ſua Sacerdotibus, in quorum ſunt Parochijs, confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleëmoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apoſtolorum limina, vel quorumlibet Sanctorum inviſere deſiderant, horum eſt devotio modis omnibus collaudanda.

Ivo part. 15. c. 65.

Epiſt. ad Paulin. de inſt. Monach

Concil. Aquiſgran. anno 816. lib. 1. Cap. xlix. De Peregrinorum ſuſceptione.

Concil. Antioch.

Ibid. Cap. lj. Quòd non oporteat peregrinos Clericos ſine commendatitijs miniſtrare. *eod. tom.* 20

Calched.

Ibid. Cap. lij. Quòd ſine litteris ſacro miniſterio ſervientes, proficiſci non debent.

Concil. Laodic.

Ibid. Cap. lxxxj. Quòd præter Epiſcopi juſſionem Clericus proficiſci non debeat. *v. loc.*

Nicol. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. xx. De his qui ex patria exeunt. *v. tom.* 22.

Leges Eccleſiaſticę Edoüardi Senioris Regis Angliæ. Titul. xij. De ijs qui ſacris initiantur, & de Peregrinis *v. loc. in fine tom.* 24.

Concil. Vernenſe, Can. x. Ut Monachi qui veraciter & regulariter vivunt, ad Romanam Sedem, vel alicubi vagari non permittantur, niſi obedientiam Abbatis ſui exerceant. Et ſi talis cauſa evenerit, (quod abſit) quod ille Abbas ſic remiſſus vel negligens inveniatur, ut in manus Laïcorum ipſum Monaſterium veniat, & hoc Epiſcopus emendare non potuerit, & aliqui tales Monachi ibidem fuerint qui propter Deum de ipſo Monaſterio in alterum migrare velint, propter eorum animas ſalvandas, hi per conſenſum Epiſcopi licentiam habeant, qualiter eorum animæ poſſint ſalvari.

Concil. Lateran. I. anno 1122. Can. xj. De Peregrinis. *Eis qui Hieroſolymam proficiſcuntur, & ad chriſtianam gentem defendendam, &c.* Tom. 27.

Ibid. Can. xvj. De Peregrinis. *Si quis Romipetas & Peregrinos, Apoſtolorum limina, & aliorum Sanctorum oratoria viſitantes, capere, ſeu rebus quas ferunt ſpoliare, & * novis teloniorum ſeu * pedaticorum exactionibus moleſtare tentaverit, donec ſatisfecerit, Communione abſtineat chriſtiana.*

* mercatores novis.

* pedagiorum.

Titulus in archetypo deſideratur. Cap. xij. Ab itinere Hieroſolymitano poteſt quis abſolvi. *Veniens ad nos Mulier latrix præſentium lacrimabili nobis confeſſione monſtravit, &c.* v. loc. ſub fin. tom. 27.

Concil. Mogunt. anno 1549. Capitul. xliv. De Peregrinationibus ad Reliquias Sanctorum. *Peregrinationes etiam ad certas Sanctorum Reliquias, &c.* v. loc. tom. 35. ſub fin.

Ibid. Cap. xciv. De Clericis Peregrinis. *Clerici aliundè advenientes, nec in ijs ordinibus, quos, &c.* v. locum.

Concil. Mediolan. IV. anno 1576. De religioſis Peregrinationibus. *Ut ex Sanctorum Patrum inſtitutis fideles Provinciæ noſtræ Sanctitas, &c.* Tom. 36.

Ibid. Conſtitutionum pars tertia. Quæ ad loca pia pertinent. *v. locum.*

DE ECCLESIIS, ALTARIBVS, VASIS SACRIS, ORATORIJS, ET CAPELLIS.

EPIST. ſecunda Sixti Pap. I. De Sacris Vaſis. *v. locum, eom. 1. pag.* 201.

Concil. Arelat. I. anno 314. Can. xiij. De ijs qui Scripturas ſacras, Vaſa dominica, vel nomina Fratrum tradidiſſe dicuntur. *vide tom. 2. pag. 28.*

Concil. Laodicænum, ex verſione Dion. Exig. Can. vj. Περὶ τοῦ μὴ συγχωρεῖν τοῖς αἱρετικοῖς, &c. De hæreticis intrantibus in Eccleſias vel Baſilicas Martyrum. *Quòd hæretici non permittendi ſint ingredi in domum, in hæreſi permanentes.*

Ibid. Can. xxviij. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, &c. In Eccleſijs prandia fieri non debere. *Quòd non oporteat in domicilijs divinis, id eſt in Eccleſijs, convivia, quæ vocantur agapæ, fieri, nec inerà domum Dei comedere, vel accubitus ſternere.* Diſt. 42. c. non oportet in Baſilicis.

Ibid. Can. xliv. Ὅτι οὐ δεῖ γυναῖκας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσέρχεσθαι. Ut ad Sacrarium Mulieres non introeant. *Quòd non oporteat Mulieres ingredi ad Altare, nec ea contingere quæ virorum officijs deputata ſunt.*

Ibid. Can. lviij. Oblationes offerri in domibus non debere. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς ἰδίοις προσφορὰς γίνεσθαι παρὰ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων. *Quòd non oporteat in domibus Oblationes celebrari ab Epiſcopis vel Presbyteris.* abſunt à Codice Eccleſiæ romanæ.

Concil. Gangrenſe, ex interpret. Iſidori Mercat. Can. v. Εἴτις διδάσκει τὸν οἶκον, &c. De his qui ab Eccleſia conventus ſpernendos æſtimant. *Si quis docet domum Dei contemnendam eſſe, & conventus qui in ea celebrantur, anathema ſit.*

Ibid. Can. vj. Εἴτις παρὰ τὴν ἐκκλησίαν ἰδίαν ἐκκλησιάζῃ, &c. De his qui eccleſiaſtica miniſteria præter Eccleſiam faciunt. *Si quis extrà Eccleſiam privatim Conciones habet, & Eccleſiam contemnens, quæ ſunt Eccleſiæ vule agere, non adſtante Presbytero cum voluntate Epiſcopi, anathema ſit.*

Ibid. Can. vij. Εἴτις καρποφορίας ἐκκλησιαστικὰς δέλει, &c. De fructibus in Eccleſiam, & non alibi dandis. *Si quis eccleſiaſticas fructuum oblationes extrà Eccleſiam accipere aut dare voluerit, præter conſenſum Epiſcopi, vel ejus, cui hujuſmodi officia commiſſa ſunt, nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit.*

Contrà privatarum ædium Oratoria. *vide Baſil. Magn. in Pſalm. 115. pag.* 175.

Decreta Julij Pap. I. decem juxtà Gratianum & Ivonem. Decret. vj. Eccleſia ſemel Deo conſecrata, quando iterùm eſt conſecranda?

Ibid. Decret. vij. De his qui Sacrificando vatiè errabant.

Ibid. Decret. viij. Quid ſit Eccleſia?

Ibid. Decret. ix. De illis qui Eccleſias incenderunt, &c. *v. loc. tom. 2. ſub finem.*

Concil. Carthag. III. anno 397. Capitul. xxx. Ut nullus in Eccleſia convivetur. *Ut nulli Epiſcopi vel Clerici in Eccleſia conviventur, niſi fortè tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiantur. Populi etiam ab hujuſmodi convivijs, quantùm fieri poteſt, prohibeantur.*

Concil. Afric. c. 9. diſt. 39.

Concil. Carthag. IV. anno 398. Capitul. lxxxiv. Uſque ad Miſſam Cathecumenorum, nullus Eccleſiam ingredi prohibeatur. *Ut Epiſcopus nullum prohibeat ingredi Eccleſiam, & audire verbum Dei, ſive Gentilem, ſive Hæreticum, ſive Judæum, uſque ad Miſſam Cathecumenorum.*

Concil. Carthag. V. anno 398. Capitul. vj. De his qui nullo teſtimonio ſe baptizatos noverunt, ut baptizentur. Similiter de Conſecratione Eccleſiarum faciendum eſt. *Placuit de Infantibus, quoties non inveniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe, &c.* v. locum, tom. 3.

Ibid. Capitul. xiv. De Baſilicis quæ ſine Martyrum Reliquijs dedicatæ ſunt. *Item placuit, ut Altaria que paſſim per agros aut vias, &c.* v. locum.

Concil. African. Can. 50.

Concil. Africanum, anno 424. Can. xlv. De Eccleſia Hipponenſium Diarrhytorum. *v. locum, tom. 4. in fine.*

Concil. Arauſic. I. anno 441. Can. x. Si quis Eccleſiam in alienæ Civitatis territorio ædificet. *v. locum, & titul.* Diœceſeon limites ſervandi.

Synodus SS. Patricij, Auxilij & Iſſernini Epiſcoporum in Hibernia, anno 450. Can. xxiij. Ut Presbyter non offerat in Eccleſia non conſecrata. *vide tom. 7.*

Ibid. Can. xxxvij. Si quis Eccleſiam ædificet. *v. titul.* Diœceſeon limites ſervandi.

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. xxxvj. Si quis Epiſcopus in alieno territorio Eccleſiam ædificaverit, à quo debeat conſecrari & gubernari?

Ibid. Can. xxxvij. Si quis Eccleſiam ædificat, & ad dedicandum locum ipſum alienæ Civitatis Epiſcopum invitat. *v. locum, tom. 9.*

De conſecrat. diſt. 1. de locorum.

Gelaſ. Pap. I. Epiſt. ix. ad Epiſcopos Lucaniæ. *De Locorum conſecratione Sanctorum quamvis ſuperiùs ſtrictim fuerit comprehenſum; nobis quoque pateſactum eſt, quòd abſque præcepto Sedis Apoſtolicæ nonnulli factas Eccleſias, vel Oratoria ſacrare præſumant. Hoc ſumus tamen judicio deteſtabiliori promoti, &c.* v. locum, tom. 10.

v. ejus Not. in fine. Eccleſiæ ſine auctoritate Romani Pontificis non dedicandæ.

Ibid. Fœminæ Sacris Altaribus non miniſtrent. *v. loc. eod. tom.*

Ibid. Eccleſiæ reditus & fidelium oblationes quadripartito dividendæ. *v.* De Rebus Eccleſiæ.

Epiſt. Anaſtaſij Pap. II. ad Anaſtaſium Auguſtum. Cap. 1. Quòd pro Chriſto fungatur legatione, dùm pro pace precatur Eccleſiæ.

Ibid. Cap. iij. Ut ſpecialiter in Eccleſia nomen taceatur Acacij.

Ibid. Cap. iv. Quòd magnoperè contentio ſit cavenda.

Ibid. Libellus de cauſa diſcordiarum inter Romanam Eccleſiam & Alexandrinam. *v. loc. eod. tom.*

Concil. Agath. anno 506. Can. xiv. Ut Altare & benedicatur & unguatur. *Altaria placuit, non ſolùm unctione Chriſmatis, ſed etiam Sacerdotali Benedictione ſacrari.*

Ibid. Can. xxj. Ut solemnitates majores in Civitatibus aut Parochijs celebrentur. *v. locum.*

Concil. Aurel. I. anno 511. Can. xvij. Ut Basilicæ in cujus territorio sunt in ejus Episcopi maneant potestate. *v. titul.* Diœceseon limites servandi.

Decreta Hormisdæ Pap. ex Gratiano desumpta. iv. Absque Episcopi permissu in Ecclesia consecrata non erigatur Altare. *v. loc. eod. tom.* 10.

Concil. Epaon. anno 517. Can. xxvj. Altaria nisi lapidea non consecrentur.

Ibid. Can. xxxiij. De Basilicis hæreticorum. *Basilicas hæreticorum, quas tantâ execratione habemus exosas, ut pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis usibus applicare despicimus, sanè quas per violentiam nostris abstulerant, possumus revocare.*

Concil. Arvernense, anno 535. Can. viij. Suppellex Ecclesiæ sacra ad nuptiarum ornatum non usurpanda *v. locum, tom.* 11.

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. xviij. De Clericis qui Diœceses, Monasteria, vel Basilicas suscipiunt ordinandas. *eod. tom.* 11.

Vigil. adhuc Pseudopapæ, Epist. lj. ad Eutherium. *eod. tom. pag.* 511. Quando Ecclesia debeat iterùm consecrari. *Fabrica verò cujuslibet Ecclesiæ, si diruta Ecclesiæ fuerit instauranda, & si in eo loco consecrationis solemnitas debeat iterari, in quo Sanctuaria non fuerint, nihil judicamus officere. Si per eam minimè aqua benedicta jactetur; quia consecrationem cujuslibet Ecclesiæ in qua Spiritûs Sancti ara non ponitur, celebritatem tantùm scimus esse Missarum. Et ideò si qua Sanctorum Basilica à fundamentis etiam fuerit innovata, sine aliqua dubitatione, cum in ea Missarum fuerit celebrata solemnitas, totius sanctificatio consecrationis implebitur. Si verò Sanctuaria quæ habebat ablata sunt, rursùs earum repositione, & Missarum solemnitate, reverentiam sanctificationis accipiat.*

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. vij. De Clericis qui in oratorijs servire debent. *v. eod tom.* 11.

Ibid. Can. xxxiij. Ut Oratorium in agro non fiat, nisi dotetur, & Clerici ei deputentur. *v. locum.*

Concil. Bracar. I. anno 563. Capitul. x. De Sacris Vasis. ITEM placuit, ut non liceat cuilibet ex Lectoribus Sacra Altaris Vasa portare, nisi his qui ab Episcopo Subdiaconi fuerint ordinati.

Ibid. Cap. xiij. ITEM placuit, ut intrà Sanctuarium Altaris ingredi ad Communicandum non liceat Laïcis, Viris vel Mulieribus, nisi tantùm Clericis, sicut ex antiquis Canonibus statutum est.

Ibid. Cap. xix. De consecratione Altaris. ITEM placuit, si quis Presbyter post hoc interdictum ausus fuerit Chrisma benedicere, aut Ecclesiam, aut Altarium consecrare, à suo officio deponatur: nam & antiqui hoc Canones vetuerunt. *v. ejus not.* Cap. xx. A quo Altaria consecrari debeant? *v. loc. tom.* 12.

Concil. Turon. II. anno 567. Can. iv. Nè Laïci in Ecclesia Clericis misceantur. UT LAICI secùs Altare, quo Sancta Mysteria celebrantur, inter Clericos tàm ad Vigilias quàm ad Missas stare penitùs non præsumant, sed pars illa, quæ à cancellis versùs Altare dividitur, Choris tantùm psallentium pateat Clericorum. Ad orandum verò & communicandum Laïcis & Fœminis, sicut mos est, pateant Sancta Sanctorum.

Concil. Bracar. II. anno 572. Capitul. v. Ut pro conſtitutione Baſilicæ Epiſcopus nihil exigat. PLACUIT, ut quoties ab aliquo fidelium ad conſecrandas Eccleſias Epiſcopi invitantur, non quaſi ex debito munus aliquod à Fundatore requirant, ſed ſi ipſi quidem aliquid ex ſuo voto obtulerint, non reſpuatur: ſi verò aut paupertas illum aut neceſſitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tantùm unuſquiſque Epiſcoporum meminerit, ut non priùs dedicet Eccleſiam aut Baſilicam, niſi anteà dotem Eccleſiæ & obſequium ipſius per donationem Chartulæ confirmatum accipiat. Nam non levis eſt iſta temeritas, ſi ſine luminarijs vel ſine ſuſtentatione eorum, qui ibidem ſervituri ſunt, tanquàm domus privata, ita conſecretur Eccleſia.

Ibid. Capitul. vj. Ut qui Oratorium pro quæſtu ſuo in terra propria fecerit, non conſecretur. PLACUIT, ut ſi quis Baſilicam non pro devotione fidei, ſed pro quæſtu cupiditatis ædificat, ut quidquid ibidem de oblatione populi colligitur medium cum Clericis dividat; eò quòd Baſilicam in terra ſua ipſe condiderit, quod in aliquibus locis uſque modò dicitur fieri. Hoc ergò de cætero obſervari debet, ut nullus Epiſcoporum tàm abominabili voto conſentiat, ut Baſilicam, quæ non pro Sanctorum patrocinio, ſed magis tributariâ conditione eſt condita, audeat conſecrare.

De conſecrat. diſt. 1. ſi quis Baſilic.

v. hujus Concil. notas. Cap. ij. Uſus luminarium in Eccleſia antiquus. Cap. iij. Ordinationes gratis conferendæ. Cap. v. Ad conſecrandam Eccleſiam duo neceſſaria. Dos Eccleſiæ. Conſecratio Eccleſiæ quid? *v. locum, tom.* 12.

Concil. Autiſiodor. anno 578. Can. ix. Nè chori & cantica puellarum nec convivia in Eccleſia permittantur. *Non licet in Eccleſia Choros ſæcularium vel puellarum cantica exercere, nec convivia in Eccleſia præparare, quia ſcriptum eſt:* Domus mea, domus orationis vocabitur.

Matt. 21.

Concil. Tolet. III. anno 589. Can. ix. De Eccleſijs ab hæreſi tranſlatis, ut ad Epiſcopos, in quorum ſunt Parochijs * permaneant. *Decreto hujus Concilij hoc ſtatuitur, ut Eccleſiæ quæ fuerunt in hæreſi Ariana, nunc autem ſunt Catholicæ, ad Epiſcopos cum ſuis rebus pertineant, ad quos Parochiæ ipſæ in quibus Eccleſiæ fundatæ ſunt, pertinere videntur.*

* *pertineant.*

Ibid. Can. xv. Quòd manere debeat firmum, ſi ſervi fiſci Eccleſias fecerint, eaſque peculio ſuo ditaverint. *Si qui ex ſervis fiſcalibus Eccleſias forte ſè conſtruxerint, eaſque de ſua paupertate ditaverint,* * *hoc procuret Epiſcopus prece ſuâ, auctoritate regiâ confirmari.*

* *has.*

Ibid. Can. xix. Quòd Eccleſiarum omnium dos ad Epiſcopi ordinationem debeat pertinere. *Multi contrà Canonum conſtituta ſic Eccleſias quas ædificaverint poſtulant conſecrari, ut dotem, quam ei Eccleſiæ contulerint, cenſeant ad Epiſcopi ordinationem non pertinere:* * *quod factum & in præteritum diſplicet, & in futuro prohibetur, ſed omnia ſecundùm conſtitutionem antiquam ad Epiſcopi ordinationem & poteſtatem pertineant.*

1 qu 1. ſic quidam. Burch. l. 3. cap. 10. Ivo part. 3. c. 23.

* *quod factum & taliter in præterito corrigatur, & in futuro non fiat, prohibeatur.*

Gregor. Mag. lib. 1. Epiſt. lij. ad Joannem Epiſcopum Surrontinum. De conſecratione Monaſterij S. Stephani. *Religioſis deſiderijs facile eſt præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Et quoniam Savinus Abbas Monaſterij S. Stephani Inſulæ Capris ſuggeſſit nobis ſe S. Agathæ Martyris Reliquias jam olim apud ſe habere conceſſas, & in Monaſterio ſuo vult ipſa Sanctuaria collocari, ideoque ad prædictum Monaſterium te jubemus accedere; & ſi ibidem*

nullum corpus conſtat humatum, prædicta Sanctuaria ſolemniter collocabis, ut devotionis ſuæ potiatur effectu.

Ibid. Ejuld. Epiſt. liv. ad Petrum Subdiaconum. *Feſtivitatibus Sanctorum deſiderabiliter inſiſtentes, præſentis præceptionis noſtræ paginam ad experientiam tuam neceſſe duximus dirigendam, &c.* v. loc. tom. 13.

Ejuſd. lib. ij. Epiſt. ix. ad Caſtorium Epiſcopum Ariminenſem. De Oratorio Sanctæ Crucis conſecrando. *Thimotea illuſtris Fœmina petitoriâ nobis inſinuatione ſuggeſſit, quod habet in ſubditis intrà Civitatem Ariminenſem in loco juris ſui Oratorium ſe pro ſua devotione fundaſſe, quod in honorem S. Crucis deſiderat conſecrari.* v. locum.

Ibid. indict. xj. Epiſt. lix. ad Fortunatum Epiſcopum Neapolitanum. De Monaſterio Gratioſæ Abbatiſſæ conſecrando. *Religioſis deſiderijs ſine difficultate præſtari decet effectum, &c.* v. locum.

Ejuſd. lib. iij. Epiſt. xix. indict. ix. ad Leonem Acolythum. Commendat Eccleſiam Sanctæ Agathæ. *Locorum venerabilium cura nos admonet de eorum utilitate per omnia cogitare, &c.*

Ejuſd. lib. v. Epiſt. xxij. ad Petrum Epiſcopum Alericenſem. De Baptiſterio faciendo in poſſeſſione Cellaſcupias. *Quoniam in Inſula Corſica in loco Nigeuno in poſſeſſione quæ Cellaſcupias appellatur, &c.*

Ejuſd. lib. vij. indict. i. Epiſt. vj. Epiſcopo Lunenſi. De Monaſterio ſuo conſecrando. *Fraternitatis veſtræ inſinuatione didicimus quæ habentur in ſubditis, &c.* v. loc. eod. tom. 13.

Ibid. Epiſt. xxvij. Joanni Epiſcopo Syracuſano. De Clericis Sacra Vaſa vendentibus. *Quia pervenit ad nos, quòd quidam ex Italiæ Eccleſijs Clerici Vaſa Sacra, &c.*

Ibid. eod. lib. indict. ij. Epiſt. xv. Fortunato Epiſcopo Neapolitano. De conſecratione Eccleſiæ S. Petri Apoſtoli, & S. Michaëlis Archangeli. *Theodoſius Abbas Monaſterij S. Martini petitoriâ nobis inſinuatione ſuggeſſit, &c.*

Ibid. Epiſt. lxxij. Paſſivo Epiſcopo Firmano. Mandat conſecrare Oratorium S. Savini. *Valerius Notarius Eccleſiæ Firmanæ, Fraternitatis tuæ petitoriâ nobis, &c.*

Ibid. Epiſt. lxxiij. Chryſantho Epiſcopo Spoletano. Mandat conſecrare Oratorium S. Savini Martyris, Valeriano Notario Firmano dari ad conſecrandum Oratorium. *Valerianus Notarius Eccleſiæ Firmanæ Sanctuaria B. Martyris Savini, &c.*

Ibid. Epiſt. cxxv. Benedicto Epiſcopo Fundaritano, ut Oratorium in honorem SS. Serini & Julianæ inſtruat. *Janua religioſa Fœmina petitoriâ nobis inſinuatione ſuggeſſit, &c.* v. locum.

v. etiam. Epiſt. cxxvj. & cxxvij.

Ejuſd. lib. viij. Epiſt. iij. Fortunato Epiſcopo Neapolitano. De Oratorio Romani ſine Miſſis publicis conſecrando. *Fraternitati veſtræ eſſe non putamus incognitum, quia Romanus, &c.* v. tom. 14.

Ibid. eod. lib. Epiſt. lxiij. ad Decium Epiſcopum Litybetanum. *Adeodata gloriosa Fœmina petitoriâ nobis inſinuatione ſuggeſſit, &c.* eod. tom. 14.

Ibid. ejuſd. lib. ix. indict. iv. Epiſt. i. ad Innocent. Africæ Præfectum. *Qui pravorum actuum eminentiam veſtram vindicem eſſe deſiderat, &c.* eod. tom.

Ejuſd. lib. x. Epiſt. x. Anthemio Subdiacono. De Adeodato & conſtructione Baſilicę. *Indicavit nobis Adeodatus præſentium lator antè multos annos, &c.* ibid.

Vide quoque eod. lib. Epiſt. xij. Paſſivo Epiſcopo Firmano.

Ejuſd. lib. xij. Epiſt. xxxj. Reſponſ. ad Interrogat. x. Auguſtini. *Cùm verò enixa fuerit mulier poſt quos dies debeat Eccleſiam intrare, &c.* v. loc. tom. 14.

Ibid. in ead. Reſponſ. *Quæ tamen mulier dum conſuetudinem menſtruam patitur prohiberi, Eccleſiam intrare non debet, &c.*

Ibid. in eadem. *Vir autem eum propria Conjuge dormiens, niſi lotus aquâ intrare Eccleſiam non debet, ſed neque lotus intrare ſtatim debet, &c.* v. totum fusè, eod. tom. 14.

Vir ſtatim poſt coïtum non ingrediatur Eccleſiam, nec illotus.

Concil. Toletanum, anno 597. Can. ij. Id etiam placuit Dei Sacerdotibus, nè quiſquam Antiſtes infrà ſuam Paræciam Dei aulam inquirat; & Munificus ille, qui ſanctam Dei ædificaverit Eccleſiam, quod ibidem pro ſuo hærede largitus eſt, eodem loco Presbyter ſecundùm priorum Canonum inſtituta deſerviens habeat. Et ſi Presbyterum ea facultas habere non permittit, vel Diaconus inſtituatur. Certè ſi minor eſt cenſus, Oſtiarius à Sacerdote ſit electus, qui nitorem infrà ſinus Sanctę Eccleſiæ faciat; qui & Sanctuarium Reliquiarum, luminaria omni ſubſequenti nocte accendat.

Concil. Pariſ. V. anno 615. Can. vj. Ut non ſubducantur quæ ad ſarta tecta Eccleſijs fuerint delegata. *v. locum.*

Canones ex Synodo incerti loci poſt Concil. Pariſ. V. Can. ij. De Altarium conſecratione. Ut altaria alibi conſecrari non debeant, niſi in his tantùm Eccleſijs, ubi corpora ſepulta non ſint.

Concil. Rhemenſe, anno 630. Can. xxij. Ut Epiſcopus Vaſa Eccleſiæ, niſi ad redimendos captivos non frangat. *Si quis Epiſcopus, exceptò ſi evenerit ardua neceſſitas pro redemptione Captivorum, miniſteria ſancta frangere pro qualicumque conditione præſumpſerit, ab officio ceſſabit Eccleſiæ.*

Statuta Synodalia Eccleſię Rhemenſis. (Statuta hæc 21. accepta ex majori Monaſterio Gallicè *Marmonſtier*, à S. Martino ędificato in Suburbijs Civitatis Turonenſis, eùm ſeriùs ad manus noſtras perveniſſent, viſum eſt appendicis loco adjicere.) Cap xxj. Eccleſię debitè dotentur ad alimoniam Paſtoris & Clerici, ut ſecuriùs invigilent ſuper gregem, & de ejus ſalute ſint anxij & ſolliciti. *v. locum, eod. tom. 14.*

Concil. Tolet. IV. anno 633. Capitul. xxxv. De conventu territorij, & Baſilicis noviter conſtructis, ad quem Epiſcopum pertineant. *v. locum, eod. tom.*

Ibid. Cap. xxxvij. De promiſſo pro ſuffragio pręſtito ex rebus Eccleſiæ perſolvendo. *v. titul.* De Rebus Eccleſię.

Ibid. Cap. xxxviij. De ſuffragio Fundatoribus Eccleſiarum vel Filijs eorum ex rebus ab ipſis collatis impertiendo.

Ibid. Cap. xlvj. De Clericis ſepulchra demolientibus.

v. in fin. hujus Concil. Capitula Roderici. Cap. xxxix. Eccleſia dividitur in Stationes & Choros. Diviſam eſſe Eccleſiam in Stationes & Choros, patet ex Concil. Turon. II. Can. iij. ubi præcipitur ut Laïci ſecùs Altare, quo ſancta myſteria celebrantur, inter Clericos, tàm ad Vigilias, quàm ad Miſſas

ſtare penitùs non præſumant, ſed pars illa, quæ à cancellis versùs Altare dividitur, Choris tantùm pſallentium pateat Clericorum; ad orandum verò & communicandum, Laïcis viris & fœminis, ſicut mos eſt, Sancta Sanctorum pateant.

Concil. Tolet. VII. anno 646. Capitul. iv. De exactione Eccleſiarum Galliciæ Provinciæ. *v. locum, in fine tom.* 14.

Concil. Cabilon. anno 650. Can. xiv. De Oratorijs per Villas potentum, ut Cletici qui his deſerviunt, in Epiſcopi libera ſint poteſtate. *v. titul.* Epiſcoporum dignitas, auctoritas, &c.

Ibid. Can. xvij. Ut nullus ſæcularium in Eccleſia, vel in ipſius atrio, ſcandalum, aut ſimultates excitare præſumant. *Ee quia multa per præſumptionem proveniunt, quæ Deo minùs placita, &c.*

Ibid. Can. xix. Nè turpia vel obſcœna Baſilicis aut in earum porticibus & atrijs cantari permittantur. *Multa quidem eveniunt, quæ dùm levia minimè corriguntur, &c.* v. loc. tom. 15.

Concil. Bracar. III. anno 675. Capitul. iij. Nè Vaſa Domini ſacrata humanis uſibus ſerviant. *Omni cura omnique ſtudio providendum eſt, nè hi qui locum videntur regiminis obtinere, &c.* eod. tom. in fine.

Concil. Tolet. XIII. Capitul. vij. De his qui pro accidentia jurgiorum Altaria nudare præſumunt, vel luminaria Eccleſiæ ſubſtrahunt. *Tom.* 17.

Concil. Cęſarauguſtanum, anno 691. Capitul. 1. Ut non liceat Epiſcopis citra diebus Dominicis conſecrationes Eccleſiarum exercere. *In ſanctum & ſatis venerabile Concilium reſidentibus, nuntiatum eſt nobis eò quòd aliqui Pontifices regulam veritatis prætermiteentes, &c.* eod. tom. De Eccleſiarum conſecratione multa tradita ſunt à Sanctis Patribus, ut conſtat in Concil. Bracar. II. can. 3. & Wormat. c. 3. & ex Felice Papa IV. cap. 4. ejus Epiſtola, & ex Euſeb. lib. 2. Eccleſ. hiſt. c. 8. & Gelaſ. Pap. Epiſt. 1, c. 27. & Nicol. Pap. I. ut habetur de conſecrat. diſt. 2. c. Eccleſia.

Leges Eccleſiaſticæ Inæ Regis Occiduorum Saxonum, anno 693. titul. vj. De pugna in Eccleſia. (inter alia)

Concil. Tolet. XVI. Capitul. v. De reparatione Eccleſiarum. *v. locum.*

Concil. Tolet. XVII. anno 694. Capitul. iv. De ſacris miniſterijs vel ornamentis Eccleſiarum. *Sacerdotum quorumdam improbanda voluntas & infauſta temeritas, &c.* eod. tom. 17.

Concil. Nicæn. II. anno 787. Can. xvij. ἐι ὁτὶ μὴ ἔχων τις τὰ πρὸς, &c. Ὁτὶ τινὲς τῶν μοναχῶν καταλιπόντες τὰ ἑαυτῶν μοναστήρια, &c. Ut qui non habet ea quæ ad conſummationem ſufficiant, minimè Oratoriam ædificare domum incipiat. *Quia quidam Monachorum deſerentes Monaſteria ſua, præeſſe anhelantes, & obedire renuentes, inchoant conſtruere oratorias domos, ea quæ ad perfectionem neceſſaria ſune non habentes: quiſquis igitur hoc viſus fuerit agere, prohibeatur à loci Epiſcopo. At verò ſi ſumptus ſufficientes ad perfectionem habuerit, quæ ab Epiſcopo deſiderantur, ad terminum deducantur. Idipſum autem ſervandum eſt etiam ſuper Laïcis & Clericis.*

Capitular. Aquiſgran. Caroli Magni, anno 788. Cap. xvij. De Mulieribus nè ad Altare accedant. Item in eodem Concilio, quòd non oporteat Mulieres ingredi ad Altare. *Non oportet Mulieres ingredi ad Altare.* *lib. 1. c. 17.* Concil. Laodic. Can. 44.

lib. 1 capitular c 42. Concil. Afric. Can. 50. de conſecrat. diſt. 1 placuit ut altaria.

Ibid. xliv. Item in eodem, ut falſa nomina Martyrum, & incertæ Sanctorum memoriæ non venerentur. ITEM placuit, ut Altaria quæ paſſim per agros & per vias tanquam memoriæ Martyrum conſtituuntur, in quibus nullum Corpus, aut Reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis qui locis eiſdem præſunt, ſi fieri poteſt evertantur. Si autem hoc per tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, nè illa loca frequentent, ut qui rectè ſapiunt, nullâ ibi ſuperſtitione devincti teneantur. Et omninò nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, niſi ubi Corpus, aut aliquæ Reliquiæ ſunt, aut origo alicujus habitationis vel poſſeſſionis, fideliſſimâ origine traditur: nam quæ per ſomnia, & per inanes quaſi revelationes quorumlibet hominum, ubicumque conſtituuntur Altaria, omnimodò reprobentur.

lib. 1. c. 71.

Ibid. lxxj. PLACUIT nobis admonere Reverentiam veſtram, ut unuſquiſque veſtrum videat per ſuam Parœchiam, ut Eccleſia Dei ſuum habeat honorem: ſimul & Altaria ſecundùm ſuam dignitatem venerentur: & non ſit domus Dei, & Altaria pervia canibus: & ut Vaſa ſacrata Deo cum magna veneratione habeantur: & ut Sacrificia ſanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni ſunt, vel cum honore ſerventur: & ut ſæcularia negotia vel vaniloquia in Eccleſijs non agantur, quia domus Dei domus orationis debet eſſe, non ſpelunca latronum: & ut intentos habeant animos ad Deum, quando veniunt ad Miſſarum ſolemnia: & ut non exeant antè completionem Benedictionis Sacerdotalis.

Ibid. ex alijs Capitulis Caroli, Can. xvij. Ut ſuper Altaria tecuaria fiant, vel laquearia.

Capitular. Theodulfi, Can. viij. Ut in Eccleſijs præter res ſacras alia non recondantur. *Videmus crebrò in Eccleſijs meſſes & fœnum congeri: undè volumus & hoc penitùs obſervetur, ut nihil in Eccleſia, præter veſtimenta eccleſiaſtica, & vaſa ſancta, & libros recondantur: nè fortè, ſi alia ibi quàm oportet negotia ex-*

Matt. 21. *erceantur, à Domino audiamus:* Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

Ibid. Can. x. Ubi in Eccleſia vaniloquia & profana actiones omnes prohibeantur. *Non debetis ad Eccleſiam ob aliam cauſam convenire, niſi ad laudem Domini, & ejus ſervitium faciendum. Diſceptationes verò & tumultus, & vaniloquia, & cæteræ actiones, ab eodem ſancto loco penitùs perhibendæ ſunt. Ubi enim Dei nomen invocatur, Deo Sacrificium offertur, Angelorum frequentia ineſſe non dubitatur, periculoſum eſt tale aliquid dicere, vel agere, quod loco non convenit,*

Matt. 21. *Si enim Dominus illos de Templo ejecit, qui victimas, quæ ſibi offeruntur, emebant vel vendebant; quantò magis iratus indè abjiciet, qui mendacijs, vaniloquijs, riſibus, & hujuſmodi nugis locum divino cultui mancipatum fœdant.*

Ibid. xviij. Ut Vaſa ſacra in alios uſus non detorqueant. *Nullus Presbyter, ſeu Laïcus, præſumat Calicem aut Patenam, aut quælibet Vaſa Sacra, & divino cultui mancipata, ad alios uſus torquere. Nam quicumque de Calice Sacrato aliud bibit præter Chriſti Sanguinem qui in Sacramento accipitur, & Patenam ad aliud*

Dan. 5. *officium habet quàm ad Altaris miniſterium, deterrendus eſt exemplo Balthaſar, qui dum vaſa Domini in uſus communes aſſumpſit, vitam pariter cum Regno amiſit.*

Ibid. xlvj. Ut omnes ad Matrem Eccleſiam Miſſarum ſolemnia, &c. *Admonendus eſt populus, ut antè publicum, &c.*

Ibid. ex Capitulis eccleſiaſticis Caroli Magni Imperatoris. De Eccleſijs emendandis.

Ex alijs Capitulis eodem anno 3. datis. De cauſis emendandis. Cap. 1. De Eccleſijs emendandis, ut ubi uno in loco plures fuerint quàm neceſſe ſit, deſtruantur quæ neceſſarię non ſunt, & aliæ conſtruantur. *Append. 1. cap. 28.*

Ibid. Capitular. Epiſcoporum ex divinarum Scripturarum ſcriptis. Cap. ix. Ut nullus Sacerdos in domibus, vel in alijs locis, niſi in Eccleſijs dedicatis, celebrare Miſſas audeat.

Ex ejuſd. Capitular. anno 4. Imperij dato ad Salz. Cap. 1. Ut Eccleſiæ Dei benè conſtructæ & reſtauranę fiant, & Epiſcopi unuſquiſque infrà ſuam Parochiam exindè bonam habeat providentiam, tàm de officio & luminarijs, quàmque & de reliqua inſtauratione.

Concil. Francoford. anno 794. Can. liv. Quatenùs Eccleſiæ ab ingenuis conſtructæ, tradi aut vendi queant? *V. tom. 20.*

Capitular. Dominicum, anno 805. Can. vij. De Eccleſijs ſine honore manentibus in luminaribus & officijs, & de his qui decimas quidem apprehendunt, & de Eccleſijs non curant, ut omnimodis emendetur: & de Altaribus, ut non ſuperabundent in Eccleſijs.

Concil. Arelat. anno 811. Can. xxij. Ut placita publica & ſæcularia, neque in atrijs Baſilicarum, neque in ipſis Baſilicis fiant, dicente Domino: *Domus mea domus orationis vocabitur.* Matt. 21.

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. xxvj. Ut Eccleſiæ inter hęredes non dividantur. *eod. tom.*

Concil. Mogunr. anno 813. Can. xl. Pręcipimus ut in Eccleſijs, aut in domibus Eccleſiarum, vel atrijs, placita ſęcularia minimè fiant. *Ibid. Capitular. c. 91.*

Ibid. xlviij. Canticum turpe atque luxurioſum circà Eccleſias omninò contradicimus, quod & ubique vitandum eſt. *Capitular. lib. 6. c. 97.*

Concil. Turon. anno 813. Can. xxxviij. Sacerdotes debent fideles admonere, ut quando ad Eccleſiam conveniunt, ſine ſtrepitu ac tumultu eam ingrediantur: in qua etiam quandiù orationis causâ morantur, nè quaquam inanes inter ſe proferant confabulationes: ſed & tempore quo Miſſarum ſolemnia celebrantur, non ſolùm ab otioſis & inutilibus verbis, verùm etiam & à perniciosis cogitationibus funditùs abſtinendum eſt.

Ibid. Can. xxxix. Placita quidem ſæcularia in Eccleſijs, vel in atrijs Eccleſiarum, à Comitibus, Vicarijſque uſque modò multis in locis habita, nè ultrà fiant interdicendum eſt, cum auctoritate Domini, qui expulſis de Templo negotiatoribus aſſeruit debere domum Dei domum eſſe orationis. *Addit. 3. cap. 59.* *Matt. 21.*

Capitular. Caroli Magni, anno Imperij ejus 13. Can. xxj. Ut placita in domibus vel atrijs Eccleſiarum minimè fiant. *Concil. Carth. (an. xxx.* Ut nulli Epiſcopi vel Clerici in Eccleſia conviventur, niſi fortè tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiant. Populi etiam ab hujuſmodi convivijs, quantùm fieri debet prohibeantur. *Mogunt. Can. 40. Ex Conc. African. Can. 9.*

Concil. Pontigon. anno 816. Cap. iv. Ut Eccleſiaſticis honor & reverentia præſtetur. *Ut Eccleſiaſticus honor & Sacerdotalis atque Clericalis reverentia debità competentique ſinceritate ab omnibus amplectatur, & in omnibus cuſtodiatur, ſicut Avi & Genitorii noſtri monent Edicta.*

Synod. apud. Celichyt. anno 816. Can. ij. De modo conſecrandi Eccleſias. *Secundò; ubi Eccleſia ædificatur à propriæ Diœceſis Epiſcopo ſanctificetur: quâ per ſemetipſum benedicatur, ſpargaeur, & ita per ordinem compleat ſicuc in libro miniſteriali habetur. Poſteà Euchariſtia quæ ab Epiſcopo per idem miniſterium conſecratur, cum alijs Reliquijs condatur in Capſula, ac ſervetur in eadem Baſilica. Et ſi alias Reliquias intimare non poteſt, tamen hoc maximè profiteere poteſt, quia Corpus & Sanguis eſt Domini Noſtri Jeſu-Chriſti. Seu etiam præcipimus unicuique Epiſcopo, ut habeat depictum in pariete Oratorij, aut in tabula, vel etiam in Altaribus, quibus Sanctis ſint utraque dedicata.*

Ludovici Pij Imperatoris Capitulare I. anno 823. Cap. xij. De Villis novis, & Eccleſijs in eis noviter conſtitutis.

Ibid. Cap. xiij. De Sacris Vaſis Eccleſiæ in pignus datis.

Ibid. Cap. xiv. De Eccleſijs deſtructis, vel de nonis ac decimis.

Ibid. Cap. xv. De Eccleſiarum honore. *Sed & de Eccleſiarum honore, quo-*
Lib. 1. c. 96. *modo Deo adjuvante, quantùm in nobis eſt, vigeat, ſimiliter in ſubter annotatis Capitulis inſertum eſſe dignoſcitur.* eod. tom. 20.

Capitulare II. Ludovici Pij Imperatoris, anno 823. Cap xxij. De reſtau-
Lib. 2. capitular. c. 22. ratione Eccleſiarum. *Similiter quidem de operibus in reſtaurationem Eccleſiarum, &c.*

Capitulare III. Ludovici Pij Imperat. anno 828. Cap. 1. De eo qui ſine conſenſu Epiſcopi Presbyterum de Eccleſia ejecerit & conſtituerit.

Ibid. Cap. ij. De Eccleſijs inter hæredes diviſis.

Ibid. Cap. iij. De deſtructione Eccleſiarum.

Ibid. Cap. iv. Nè de manſo Eccleſiæ dato, contrà ſancita ſervitium exigatur.

Ibid. Cap. v. De nonis ac decimis, quas quidam dare negligunt. *Tom.* 21.

Lib. 5. cap. 146. Ibid. Cap. ix. *Quicumque de rebus Eccleſiarum, quas in beneficium habent, &c.*

Cap. 38. Ibid. Cap. vij. alia Capitula. 1. *De beneficijs deſtructis hoc obſervetur, &c.*

Ibid. Cap. viij. alia Capitula. 1. *De homicidijs in Eccleſijs vel in atrijs eorum commiſſis hoc obſervetur & teneatur, &c.*

Synod. Aquiſgran. II. lib. ij. *v. totum. Sunt enim Cap. xxxj.* Tom. 21.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. 1 Cap. xlv. De illicito Fœminarum acceſſu ad Altare. QUIDAM noſtrorum verorum virorum relatu, quidam etiam viſu, didicimus, in quibuſdam Provincijs, contrà legem divinam, canonicamque inſtitutionem, Fœminas Sacris Altaribus ſe ultrò ingerere, ſacrataque Vaſa impudenter contingere, & indumenta Sacerdotalia Presbyteris adminiſtrare, & quod his majus, indecentius, ineptiuſque eſt, Corpus & Sanguinem Domini populis porrigere, & alia quæque quæ ipſo dictu turpia ſunt exercere. Miranda ſanè res eſt, undè is illicitus in chriſtiana religione irrepſerit uſus, ut quod Viris ſæcularibus illicitum eſt, Fœminæ, quarum ſexui nullatenùs competit, aliquando contrà fas ſibi licitum facere potuerint: quod quorumdam Epiſcoporum incuriâ & negligentiâ proveniſſe nulli dubium eſt: undè væ nobis Sacerdotibus, ad quos illorum Sacerdotum vitia tranſierunt, quæ in Machabæorum libro ſecundo leguntur; quando ſcilicet Sacerdotes delegatum ſibi religionis officium poſtponentes, Templo Dei ſacris officijs deſtituto, ipſi adeò

adeò carnalibus desiderijs & illicitis actionibus vacabant, ut Mulieres sacratis ædibus se, nullo prohibente, ingererent, introferentes ea quæ non licebat. Quòd autem Mulieres ingredi ad Altare non debeant, & in Concilio Laodicensi cap. 44. & in Decretis Gelasij Papæ titulo 26. copiosè invenitur. Hoc ergò tam illicitum factum, quia ex toto à religione christiana abhorret, nè ulteriùs fiat inhibendum est. Proindè unusquisque Episcoporum sollicitè sagaciterque provideat, nè in sua Parochia tale quid fieri deinceps sinat.

Ibid. Cap. xlvij. Quòd Missarum celebrationes in locis incongruentibus fieri non debeant. CONSUETUDINES ad quorumdam libitum repertæ, licet contrà auctoritatem ecclesiasticam existant, non facilem tamen correctionem accipiunt. Ex quibus est illud quod plerique Presbyteri, neglectis Basilicis Deo dicatis, in domibus & hortis Missarum celebrationes contrà divinam auctoritatem & canonicam institutionem facere præsumunt. Et hoc similiter ad Episcoporum culpam pertinere perspicuum est. Proindè necesse est, ut unusquisque Episcoporum hujuscemodi temerariam consuetudinem à Parochia sua penitùs amoveat. Et si quis Presbyterorum abhinc, exceptò quando in itinere pergitur, & locus Basilicæ procul est, & in Altaribus ab Episcopo consecratis fieri necessitas compellit, nè populus Dei sine Missarum celebratione, & Corporis & Sanguinis Dominici perceptione maneat, Missarum celebrationes in hujuscemodi illicitis locis, post tot tantasque prohibitiones facere attentaverit, dignum est ut gradus sui periculum incurrat. Laïcos namque plerosque meminisse oportet pœnæ Regis Oziæ, qui pro eo quod contrà fas Sacerdotale ministerium arripuit, lepræ immunditiâ illicò mulctari meruit. Et diligenter perpendant non esse sui officij, ut relictis Basilicis Deo dicatis, & Episcopali auctoritate contemptâ, ad libitum suum in hortis & domibus, vel certè ædiculis, quas juxta domos suas construunt, & pallijs exornant, in quibus Altaria erigi faciunt, Missarum celebrationes Presbyteros facere compellant. Satiùs igitur illis est Missam non audire, quàm eam ubi non licet nec oportet audire. Sed & Presbyteri, si tamen Presbyteri vocandi sunt, qui inconsultis Episcopis suis, Altaria in talibus locis erigere præsumunt, juxtà censuram ecclesiasticam gradus sui periculum incurrere merentur. Recenti quippè tempore de celebrandis in talibus locis Missis emersit contrà auctoritatem ecclesiasticam hæc, ut quibusdam videtur, religiosa consuetudo: quæ quia apertè ecclesiasticę antiquæ traditioni videtur reniti, non debet novâ adinventione & qualibet pertinaci intentione defendi. Quando enim in itinere pergitur, non industria, sed necessitas aliubi, quàm in Ecclesia Missarum celebrationem fieri urget: quando verò in domibus & hortis absque præmissâ necessitate fit, apertè humana præsumptio & præcepto divino & auctoritati canonicæ contraire comprobatur. Ubi autem Deo Sacrificium offerendum sit Lex divina docet, Domino dicente: *Non offeras holocaustum tuum in omni loco, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ibi offeras holocaustum tuum.* Et in Concilio legitur; Non oporret, inquit, in domibus oblationes fieri. Quando ergò quod Dominus prohibet facere humana præsumptio non metuit, procul dubio præceptum Dei transgredi non pertimescit. Quapropter necesse est, ut consuetudines pravæ postponantur, & jussionibus divinis obtemperando ecclesiastica auctoritas amplectatur.

addit. 2. cap. 10.

2. *Paral.* 26.

Deut. 12.

Concil. Laodic. c. 58.

Ibid. lib. ij. Cap. xj. Quòd ad Ecclesiam orandi gratiâ frequenter conveni-

ri debeat. Quia moderno tempore chriſtiani populi devotio à devotione plebium fidelium, quę ſub Apoſtolis extitit, longè ſit impar, in præcedentibus jam commemoratum eſt. Procul nempè quorumdam chriſtianorum devotio, ſicut & in alijs, ita & in eo quod ad Eccleſiam tepidè conveniunt, ab illius plebis religiosâ devotione diſtat: verùm ſicut ſunt plerique, qui pio religioſoque ſtudio orandi gratiâ Eccleſiam ſæpiſſimè frequentant, ita è contrario exiſtunt quidam, qui licet è vicino habeant Baſilicam, id tamen perrarò, quod emendatione dignum eſt, faciant. Ut ergò Templa divinis cultibus mancipata frequenter adiri, ibique Deum conſtanter & devotè oporteat invocari, Divinę Scripturę teſtimonia ſubter collecta teſtantur. Legitur itaque in libro Paralipomenon: *Apparuit Dominus Salomini nocte, & ait: Audivi orationem tuam, & elegi locum iſtum mihi in domum Sacrificij*, & paulò poſt: *Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ rectæ ad orationem ejus, qui in loco iſto oraverit: elegi enim & ſanctificavi locum iſtum, ut ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* Et in Evangelio Lucæ: *Et factum eſt, dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in Cælum, & ipſi adorantes regreſſi ſunt in Jeruſalem cum gaudio magno, & erant ſemper in Templo laudantes & benedicentes Deum.* Et in Actibus Apoſtolorum: *Erant autem*, inquit, *perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionu panis, & orationibus*: & paulò poſt; *Quotidiè quoque perdurantes unanimiter in Templo, & frangentes circà domos panem, ſumebant panem cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.* Item ibi: *Petrus & Joannes aſcenderunt in Templum ad horam orationis nonam.* Origenes quoque in homilia de Rebecca: Vereor, *inquit*, ne ſitis Matri veſtræ Eccleſiæ adhuc in triſtitia & gemitu, cùm non convenitis ad audiendum Dei verbum, & vix feſtis diebus ad Eccleſiam proceditis, & hoc non tàm deſiderio verbi, quàm ſtudio ſolemnitatis, & publicæ quodammodo remiſſionis obtentu. Quid igitur ego faciam, cui diſpenſatio verbi credita eſt? ubi, vel quando veſtrum tempus inveniam? Plurimum ex hoc, imò penè totum, mundanis occupationibus teritis: in foro aliud, aliud in negotiatione conſumitis: alius litibus vacat, & ad audiendum Dei verbum nemo, aut pauci admodùm vacant. Sed quid vos de occupationibus culpo? quid de abſentibus conqueror? præſentes etiam in Eccleſia poſiti non eſtis intenti, ſed communes & ex uſu fabulas teritis, & verbo Dei vel lectionibus divinis terga convertitis. Vereor nè & vobis dicatur à Domino: *Converterunt ad me dorſa, & non facies ſuas.* Et poſt aliqua in eadem: Dicite mihi vos, qui tantummodò feſtis diebus ad Eccleſiam convenitis, cæteri dies non ſunt feſti? non ſunt dies Domini? Judæorum eſt dies certos & raros obſervare ſolemnes, & ideò ad eos dicit Dominus: *Quia neomenias veſtras & ſabbata, & diem magnum non ſuſtineo, jejunia, & ferias, & dies feſtos veſtros odit anima mea.* Odit ergò Deus eos qui unâ die putant eſſe feſtum Domini. Quia ergò chriſtiani inſtar Templi Hieroſolymitani, ubi ſanguis brutorum animalium effundebatur, Baſilicas in amore & honore Dei conſtruunt; ubi non jam ſanguis taurorum effunditur, ſed & Corpus & Sanguis Chriſti conficitur, & à fidelibus percipitur, ut Deus tam evidentibus oraculis loca Nomini ſuo dicata inhabitare, ibique ſupplicium preces ſe exaudire polliceri dignatur, & Pontifices ſub tanta invocatione eas Deo

2. Paralip 6. 2. Paral. 7. Luc. 24. Act. 2. Ibid. Act. 3. Jer. 18. Iſaï. 1.

dedicant, ut omnes qui illuc deprecaturi veniunt. de quacumque tribulatione ad eum clamaverint, consolationis ejus beneficia consequantur; oportet ut remoto negligentiæ torpore hujuscemodi loca ad Deum exorandum sibique propitium faciendum frequenter ac devotè adeant, dignosque se aspectibus Angelorum, quorum conventus minimè ibi adesse dubitantur, exhibeant. Quòd si etiam memoratum Templum, in quo pecudes mactebantur, tantæ veneration̄i habebatur, ut ad illud non solùm Judæi divinæ legis notitiam habentes, verùm etiam nationes à Testamento Dei longè remotæ, orandi gratiâ concurrerent, sicut habes in Actibus Apostolorum de Viro Æthiope Ennucho, *Act. 8.* qui venerat adorare in Jerusalem, & revertebatur, & à Philippo catechisatus & baptisatus est, quantò magis Templa Christi, ubi ejus Caro & Sanguis immolatur, à fidelibus sunt religiosis obsequijs veneranda, & assiduis precibus inexcusabiliter frequentanda? Non igitur, sicut se habet quorumdam reprehendenda & emendanda consuetudo, propter ædiculas, quas sibi ad votum suum construunt, ibique Deo Sacrificium offerri posse & debere contendunt, Templa per Sacerdotum ministerium nomini divino dicata penitùs sunt negligenda ac relinquenda, præsertim cùm Dominus dicat in Lege: *Ad locum quem elegerit Dominus Deus de cunctis Tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis & offeretis in illo loco holocausta ac victimas vestras.* Et post pauca: *Cave nè offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo, quem elegerit Dominus in una Tribuum tuarum.* Et in Sacris Canonibus in Concilio scilicet Laodicensi est institutum: Quòd non oporteat in domibus oblationes ab Episcopis & Presbyteris fieri. *vide etiam Cap. 12. & 13. sequentia.* Deut. 12.

Fragmenta quædam aliarum Epistolarum Nicolai Papæ I. Epist. 1. In persecutionibus Episcopus Ecclesiam suam non deserat.

Ibid. Decreta Nicolai Papæ I. I. Imperiali non possunt jura ecclesiastica dissolvi, nec possunt Imperatorum Leges Evangelicis & Apostolicis atque Catholicis Decretis, quibus postponendæ sunt inferre præjudicium.

II. Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, ut traditiones quas antiquitùs à Patribus suscepimus infringi patiamur. *v. quoque titul. 15. Ibid. De Ecclesijs.*

Hincmar. Capitul. Cap. xj. Ut nullus Presbyter præsumat Calicem vel Patenam aut Pallam Altaris, vel vestimentum Sacerdotale aut librum tabernario vel negotiatori, aut cuilibet laïco vel fœminæ, in vadimonium dare; quia tanta est sanctitas sacri ministerij, ut salvâ altioris mysterij intelligentiâ, etiam per Prophetam Dominus prohibuerit, nè cum sanctis vestimentis Sacerdos procedat ad populum, sed intrà sancta illa dimittat ad eum colloquio divino rediens. Et cur in tabernas ad bibendum à Sacris Canonibus ingredi prohibetur, sanctificato sacro ministerio, nec ad contingendum immundis, quantò minùs in vadimonium exhibere debet? sicut Stephanus Sanctus Papa & Martyr ad Sanctum Hilarium in suis Decretalibus docuit. *De pignoribus & alijs cont. c. 1. ex Concil. Rhem. Exc. 44.* *Epist. 1.*

Ibid. Cap. iij. Ut quia quidam Presbyteri, præter Ecclesiam in qua titulati sunt, etiam Capellas habent, & quidam etiam veteres Ecclesias restaurant, aut Altaria nova construunt, propter loci convenientiam, vel immutant; nemo Presbyterorum in Altario ab Episcopo non consecrato antè consecrationem cantare præsumat. Quapropter, si necessitas poposcerit, donec Ecclesia vel Alta-

ria consecrentur, & in Capellis etiam quæ consecrationem non merentur, tabulam quisque Presbyter, cui necessarium fuerit, de marmore, vel nigra petra, aut litio honestissimo, secundùm suam possibilitatem, honestè affectatam habeat, & nobis ad consecrandum afferat, quam secum cum expedierit deferat, in qua sacra Mysteria secundùm ritum ecclesiasticum agere valeat.

Ejusd. Capitul. v. Cap. viij. Nemo vestrum Capellam alicui in domo sua habere concedat sine mea licentia, neque in domo sua Missas celebrari concedat sine mea licentia; & unusquisque vestrum describat per suum ministerium, quicumque Capellam extrà Ecclesiam principalem habet à tempore Ebbonis usque ad tempus meum, & à tempore meo, vel meâ vel alterius licentia factam; & in cujuscumque Presbyteri Parochia quæcumque vel cujuscumque Capella sit facta.

Isaac. Episc. Lingon. Placuit, ut nullus Comes, neque aliquis ex judiciaria potestate, mallum aut placitum in immunitatibus vel atrijs Ecclesiarum tenere, aut quemquam de familia earumdem Ecclesiarum quacumque occasione aut temeritate injuriare præsumat. Quòd si fecerit bannum dominicum persolvat, & insuper Deo & Ecclesiæ quam læsit secundùm canonicam institutionem in omnibus satisfaciat: quam etiam si facere distulerit, tamdiù à cœtu fidelium arceatur, donec pœnitentiâ acceptâ reatum quem commisit emendet. Sancitum est, ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque aliquo servitio attribuatur, & Presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atrijs vel hortis juxtà Ecclesiam positis, neque de præscripto manso, aliquod servitium faciant præter ecclesiasticum. Et si aliquid ampliùs habuerint, indè serioribus suis debitum servitium impendant.

IV. 13. Ibid. titul. ij. De homicidijs in Ecclesijs perpetratis vel in atrijs. Si quis aut ex levi causa, aut sine causa hominem interfecerit in Ecclesia, de vita componar: si verò foris rixati fuerint, & unus alterum in Ecclesiam fugerit, & ibi se defendendo eum interfecerit, si hujus facti testes non habuerit cum duodecim conjuratoribus legitimis per sacramentum affirmet se defendendo eum interfecisse: & post hæc 600. solidos ad partem Ecclesiæ, quam illo homicidio polluerat, & insuper bannum nostrum solvere cogatur: is verò qui interfectus est absque compositione jaceat; ac deindè interfector secundùm judicium canonicum congruam facinoris, quod admisit, accipiat pœnitentiam. Si servus hoc admiserit, judicio aquę ferventis examinetur, utrum hoc sponte, an se defendendo fecit: & si manus ejus exusta fuerit, interficiatur; si autem non fuerit, Dominus illius juxtà quod vuirgildus illius est, ad Ecclesiam persolvat, aut eum si voluerit eidem Ecclesiæ tradat. De ecclesiastico & fiscalino, & beneficiario servo, volumus ut pro una vice vuirgildus ejus pro eo componatur, alterâ vice ipse servus ad supplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos hæredes illius perveniat. Si in atrio Ecclesiæ, cujus porta Reliquijs Sanctorum consecrata est, hujuscemodi homicidium perpetratum fuerit, simili modo emendetur, vel componatur: si verò porta Ecclesiæ non est consecrata, eo modo componatur quod in atrio committitur, sicut componi debet quod immunitate violatâ committitur.

Ibid. titul. xj. Cap. vij. De Ecclesia ædificanda. Nemo Ecclesiam ædifi- V. 229.
cet antequàm Civitatis Episcopus veniat, & ibidem Crucem figat publicè, & antè præfiniat quæ ædificare vult, quid ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia Custodum sufficiat, & factâ donatione, sic domum ædificet.

Ibid. Cap. xv. De his qui de domo sua Oratorium fecerint. Qui in domo V. 101
sua Oratorium habuerit, orare ibidem potest, Missas tamen in eo celebrare non audeat, nec agere cuiquam permittat, sine permissu & dedicatione Episcopi illius loci. Quòd si fecerit, domus illius Fisci viribus addicatur: Comes verò qui hoc cognovit & non prohibuit, publicâ pœnitentiâ mulctetur, vel honore privetur.

Ibid. xxiij. Statutum est, ut illicitus Fœminarum accessus ad Altare non VII. 134.
fiat, quia contrà omnem auctoritatem divinam & canonicam institutionem est, Fœminas Sanctis Altaribus se ultrò ingerere, aut sacrata Vasa impudenter contingere, sive indumenta Sacerdotalia Presbyteris ministrare, aut Corpus & Sanguinem Domini contingere, populisque porrigere: quod omni ratione caret, & nè ulteriùs fiat omnimodis prohibitum est. Et quæcumque Fœminæ deinceps hoc facere præsumpserint, judicio canonico usque ad satisfactionem subdantur. Quod autem Mulieres ingredi ad Altare non debeant, in Concilio Calchedonensi, & in Decretis Gelasij Papæ copiosissimè invenitur.

Capitul. Herardi. Cap. xv. Ut vaniloquia omnisque tumultus in Ecclesia caveantur, & antè Missam completam non exeant, & verbum Dei intentè audiant.

Ejusd. Cap. xviv. Mulieribus ac Laïcis ut ad Altaria non accedant: & ut Sacramenta & Panes Sanctorum exceptis quæ offerunt, non tangant.

Ejusd. Cap. xxxij. Ut Ecclesiæ antiquitùs constitutæ, nec decimis, nec ullâ possessione priventur, nisi summa expoſcat utilitàs.

Ejusd. Cap. xxxiij. De Ecclesijs vel Altaribus ambiguis, similiter de infantibus ut consecrentur & baptizentur, quia quod non constat factum, nullâ ratione videtur iteratum.

Ejusd. Cap. xxxiv. Ut in domibus ab Episcopo non consecratis nemo Missam quâcumque necessitate celebret; ex vasis & vestimentis similiter nemo Missam cantet.

Ejusd. Cap. xl. De manso integro unicuique Ecclesiæ absque censu vel temporali servitio dando: & quòd omnes dotes Ecclesiarum ad jura pertineant Episcopi.

Ejusd. Cap. xlvj. De ædificationibus Ecclesiarum, ut nullus anteà fundamentum jaciat donec Episcopus veniat, & in medio Crucem signat; & sic acceptâ dote construendi licentiam tribuat.

Ejusd. Cap. cix. In Ecclesijs, vel in domibus earumque atrijs placita sæcularia minimè fiant.

Ejud. Cap. cxxxviij. De ijs qui Ecclesijs vim inferunt, aut Clericos injuriare præsumunt, ut anathematizentur.

Capitula Walterij Aurelianensis. Cap. iv. Ut Presbyter omnia munda habeat. *Ut unusquisque Presbyter sicut munditiam animæ & corporis salubriter habere admonetur, &c.* Ibid. Cap. v. Ut Vasa Sacra non dentur in pignus. *Ut nullus Sacrum Vas, aut aliquid Deo sacratum, &c.* v. locum.

Concil. Lingon. vel Tullenſe I. Can. xj. Ut Eccleſiæ ſartiantur & reſtaurentur in ædificijs, ab his qui earum rebus utuntur, aut ab uno quoque tale ex earum familia præbeatur adjutorium, per quod ſi fieri poteſt reædificentur.

Agg. 8. Indignum eſt enim juxtà hiſtoriam, Domino per Prophetam reprobante nos in domibus laqueatis habitare, & domos Dei eſſe deſertas. Super quo præceptionem nihilominus Deo acceptam prudentiſſimi Domini noſtri videbunt.

Conventus in Villa Colonia, anno 843. Capitul. 1. De honore cultuque Dei, atque Eccleſiarum, & Servorum Dei veneratione. *Tom.* 21.

Concil. Belvacenſe, anno 845. Cap. 1. Ut conſervetur jus eccleſiaſticum.

Concil. Meldenſe, eod. anno, Can. 1. De honore cultuque Dei, atque Eccleſiarum, & Servorum Dei veneratione. *eod. tom.*

Ibid. in Synodo ejuſd. Concil. Cap. xlvij. Quomodo providendum ſit Eccleſiæ, cujus Epiſcopus infirmus eſt? *v. locum.*

Concil. Sueſſion. II. anno 853. Can. iv. Aldrici Epiſcopi paralyſi laborantis Eccleſia ejus Metropolitano commendata.

Ibid. Can. vij. De Miſſis ad reſtaurandum Dei cultum per ſingulas Provincias dirigendis,

Ibid. Can. x. Ut in locis ſacratis judicia publica non exerceantur.

Ibid. Can. xj. Ut diſciplina eccleſiaſtica noxios memo audeat tueri. *v. in fin. tom.* 21.

Concil. Wormat. anno 868. Can. iij. De conſecranda Eccleſia. *Placuit ut quoties ab aliquo fidelium ad conſecrandas Eccleſias Epiſcopus invitatur, non quaſi ex debito munus aliquod à Fundatore requirat; ſed ſi ipſe quidem aliquid ex ſuo voto obtulerit, non reſpuatur. Attamen unuſquiſque Epiſcopus meminerit, ut non prius dedicet Eccleſiam, niſi anteà dotem Baſilicæ & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum accipiat: nam non levis eſt iſta temeritas, ſi ſine luminaribus vel ſine ſubſtentiali ſuſtentatione eorum qui ibidem ſervituri ſunt, tamquam domus privata conſecretur Eccleſia.*

Ibid. Can. vj. de eodem argumento. *Multa contrà Canonum conſtituta Eccleſias quas ædificaverint, & ab Epiſcopo poſtulaverint conſecrari, dotem quam eidem Eccleſiæ contulerint, ad Epiſcopi ordinationem putant non pertinere. Quòd factum, & in præterito diſplicet, & in futuro prohibetur. Ergò omnia ſecundùm conſtitutionem antiquam jura Eccleſiarum ad Epiſcopi ordinationem & poteſtatem pertineant.*

Ibid. Can. xxiv. Ut nullus ſæcularium Eccleſiam aut Clericum fatigare præſumat. *Si quis verò ſæcularium per calumniam Eccleſiam aut Clericum fatigare tentaverit, &* * *victus fuerit, ab Eccleſiæ liminibus, & à Catholicorum Communione, niſi dignè pœnituerit, arceatur.*

* convictus.

De conſecrat. diſt. 1. baſilicas. Ibid. Can. xlviij. De conſtitutione Presbyterorum. *Baſilicas noviter inſtitutas (non petitis ex more præceptionibus) dedicare nemo audeat, nec ambiant ſibimet Epiſcopi vendicare Clericos poteſtatis alienæ.*

Ibid. Can. xlix. *Statutum eſt, ut ſine auctoritate vel conſenſu Epiſcoporum, Presbyteri in quibuſlibet Eccleſijs, nec conſtituantur, nec expellantur. Et ſi Laïci Clericos probabilis vitæ & doctrinæ Epiſcopis conſecrandos, ſuiſque in Eccleſijs conſtituendos obtulerint, nulla qualibet occaſione rejiciant.* v. cætera, De Rebus Eccleſiæ.

Epiſt. iv. Joannis Papæ VIII. ad Clerum, Ordinem & Plebem S. Walvenſis

Eccleſiæ. Invehitur in quemdam Eccleſiæ Walvenſis invaſorem, legitimo adhuc ſuperſtite Epiſcopo. Laudat illos quòd illum minimè recipiendum duxerunt, ſimul præcipiens nè unquàm eum admittant, alioquin excommunicationis ſententiam minatur. *V. locum, tom.* 24.

Concil. apud S. Macram, anno 881. Cap. iij. De honore cultuque Dei & Eccleſiarum. *De honore & cultu Dei atque SS. Eccleſiarum, quæ auctore Deo ſub ditione & tuitione regiminis Regis noſtri conſiſtunt, communiter verbis ejus qui dixit Diſcipulis & Apoſtolis ſuis, quorum licet indigni vicibus in Eccleſia Sanguine Chriſti redempta, fungimur:* Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit; non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. *Domnum noſtrum Regem monemus, ut ſicut tempore Anteceſſorum ſuorum Imperatorum ac Regum exculta & honorata, atque rebus ampliata fuerunt, ſalvâ æquitatis ratione ita permaneant; & quæ ſuâ liberalitate honorata atque ditata fuerunt, de cætero ſub integritate ſui ſerventur. Et Sacerdotes, ac ſervi & ancillæ Dei vigorem eccleſiaſticum, & debita privilegia, juxtà reverendam auctoritatem obtineant: eiſque Regalis poteſtas & illuſtrium virorum ſtrenuitas, ſeu Reipublicæ Adminiſtratores ut ſuum miniſterium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter & juſtè concurrant.*

Concil. Tricaſſinum II. anno 877. Cap. 1. De honore quem Epiſcopis debent ſæculi poteſtates. *Ut Epiſcopi cum omni reverentia à cunctis mundi poteſtatibus debitè honorentur, atque coram eis ſedere nullatenùs audeant, niſi Perſonæ quas canonica ſancit auctoritas, & ut illud primo anno ordinationis noſtræ apud B. Petrum Apoſtolum conſtitutum.*

Concil. Metenſe, anno 888. Cap. iij. Uno ſolummodò Presbytero, una Eccleſia. *Unuſquiſque Presbyter unam ſolummodò habeat Eccleſiam, niſi fortè antiquitùs habuerit Capellam vel membrum aliquod adjacens ſibi, quod non expedit ſeparari. Eſt enim multùm laudabile coram Deo & hominibus, ſi unus Presbyter unam Eccleſiam ſalubriter proviserit, & utiliter rexerit; quoniam non eſt nobis cura animarum adhibenda pro temporali commoditate, ſed cunctis Sacerdotibus eſt optandum, ut cum ſuis ovibus à Chriſto recipiant paſcua vitæ æternæ.*

Ibid. Cap. viij. Ut Miſſæ in locis non conſecratis non fiant. *In locis verò non conſecratis, id eſt in ſalariis ſive in cubiculis propter infirmos vel longius iter, à quibuſdam Presbyteris Sacrificium offerebatur: quod omnimodis interdictum eſt; & ut Baſilicæ à Chorepiſcopis conſecratæ, ab Epiſcopis conſecrentur roboratum eſt: quia juxtà Decreta Damaſi Papæ, Innocentij & Leonis vacuum eſt atque inane quidquid in ſummi Sacerdotij Epiſcopi egerunt miniſterio: & quod ipſi ijdem ſint, qui & Presbyteri ſufficienter invenitur.* Damaſ. Epiſt 4. Leo Epiſt. 92.

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. xviij. De Sacris Vaſis. *Vaſa in quibus ſacroſancta conficiuntur myſteria Calices ſunt & Patenæ, de quibus Bonifacius Martyr & Epiſcopus interrogatus, ſi liceret in vaſculis ligneis Sacramenta conficere, reſpondit: Quondam Sacerdotes aurei ligneis Calicibus utebantur, nunc è contrà lignei Sacerdotes aureis utuntur Calicibus. Zephirinus decimus-ſextus Romanus Epiſcopus, Patenis vitreis Miſſas celebrari conſtituit: tum deindè Urbanus decimus-octavus Papa, omnia miniſteria ſacrata fecit argentea. In hoc enim, ſicut & in reliquis cultibus magis & magis per incrementa temporum decus ſuccrevit Eccleſiarum. Noſtris enim diebus, qui ſervi Patris-familias ſumus, nè decus Matris Eccleſiæ imminua-*

tur, ſed magis cumuletur & amplificetur, ſtatuimus ut deinceps nullus Sacerdos ſacrum myſterium Corporis & Sanguinis Jeſu-Chriſti Domini noſtri in ligneis vaſculis ullomodo conficere præſumat, nè undè placari debet, indè traſcatur Deus. Tom. 24.

Leges Eccleſiaſticæ Canuti Regis, anno 1032. v. De reverentia Sacerdotibus præſtanda. *Si quis ita Sacerdotem ad certam aliquam religionis normam, &c.* Tom. 25.

Ibid. vj. Exhortatio ad Eccleſiaſticos, ut ſanctè vivant. *Porrò autem præcipimus ut uniuſcujuſque ordinis, &c.* v. locum.

Appendix ad Concilium Lateran. III. anno 1179. Cap. xix. Non eſſe alicui dandam Eccleſiam intuitu operæ. *v. loc. tom. 25.*

Ibid. Cap. xv. Quòd ſi qui Eccleſias ſimoniacè fuerint adepti, &c. *v. titul.* Contrà Simoniacos.

Deeſt hîc titulus. Cap. xxj. Eccleſia adulterio polluta, per aſperſionem aquæ benedictæ debet reconciliari: & propter peccatum unius, alijs purgatio eſt indicanda. *Significaſti nobis quemdam Presbyterum cum alterius Conjuge, diabolico inſtinctu, &c.* v. locum, tom. 27. ſub fin.

Decreta Generalis Concil. Lateran. IV. Capitul. xix. Nè Eccleſiæ mundanis ſupellectibus exponantur. *Relinqui nolumus incorrectum, quòd quidam Clerici, &c.* Tom. 28.

Concil. Dalmatiæ & Diocliæ Regnis, anno 1199. Cap. v. De honore Sacerdotibus exhibendo. *Cùm terrenarum poteſtatum Nuntijs, ſive Miniſtris, &c.* Tom. 28.

Concil. Oxonienſe, anno 1222. Capitul. x. De ornamentis Eccleſiæ. *Ad exemplum Salomonis, qui omnia vaſa domûs Domini ex auro puriſſimo, &c.* eod. tom.

Concil. London. anno 1237. Capitul. 1. De Eccleſiarum dedicatione. *Baſilicarum dedicatio à veteri Teſtamento initium dignoſcitur habuiſſe, &c.* eod. tom. 28.

Ibid Capitul. xij. Nè Eccleſia una in plures Vicarias dividatur. *v. titul.* De unitate Eccleſiarum.

Concil. Viennenſe, anno 1267. Capitul. v. De læſionibus Eccleſiaſticarum Perſonarum. *Quicumque verò Perſonam Eccleſiaſticam enormiter violaverit, &c.* eod. tom.

Concil. Saltzburg. anno 1274. Capitul. xvij. Ludi quidam in Eccleſia prohibentur. *Ad hæc quidam noxij, quod vulgaris elocutio, &c.* v. loc. eod. tom.

Concil. Herbipolenſe, anno 1287. Capitul. xvj. De cura Capellarum. *Rectores qui Matrices habent Eccleſias, à quibus dependent Capellæ, &c.*

Ibid. Cap. xvij. De Vicarijs in Eccleſijs Parochialibus Monaſteriorum. *Curent etiam & Priores, cujuſcumque ſint Ordinis, &c.* ibid.

Concil. Ravennate II. anno 1311. Capitul. viij. De utenſilibus, paramentis, & libris, & cæteris ornamentis eccleſiaſticis. *Cùm non ſolùm Miniſtri Eccleſiaſtici mundi eſſe debeant, &c.*

Ibid. Cap. xij. De munditia Eccleſiarum, & nè fiant in eis mercimonia, vel publicè parlamenta. *Cùm domum Dei deceat ſanctitudo, dicente Domino, &c.* v. locum, eod. tom. 28. ſub. fin.

Concil. Ravenn. III. anno 1314. Cap. vj. De majoritate & obedientia, ac honorificentia Prælatorum, & pœna non obedientium Superioribus ſuis. *Cùm Epiſcopalis dignitas præ cæteris ſit ſublimior, &c.* v. locum, in fine tomi 28.

Concil. Tolet. anno 1473. Conſtitutio ad removendos abuſus, Cap. xix. Nihil de conſecrandis Eccleſijs exigendum. *Statuimus quoque & ordinamus, nè Epiſcoporum in Pontificatibus Vicarij, &c.* v. tom. 34.

Concil. Senon. anno 1527. Admonitiones aliquot errorum, &c. Index Decretorum ad mores pertinentium. Cap. xiij. De fundationibus Eccleſiarum antiquis accuratè obſervandis & ſedulò complendis. *Volumus etiam quòd in ſingulis Parochialibus, &c.*

Ibid. Cap. xiv. In Oratorijs privatis ſine Diœceſani facultate non eſſe celebrandum, neque in Capellis hoſpitiorum, neglectâ Eccleſia Parochiali. *Non licet in Oratorijs privatis, quæ in domibus privatorum interdùm habentur, &c.* v. locum, eod. tom. 34.

Concil. Colonienſe, anno 1536. Conſtitutionum pars nona. Cap. xj. Dies dedicationis Templi extrà Coloniam uno die ubique celebrandus, & quomodo admonendus ſit populus.

Ibid. Cap. xij. Cur Templa & Altaria conſecrentur?

Ibid. Cap. xiij. Populus docendus quid agatur & ſignificetur in conſecratione Templorum & Altarium.

Ibid. Cap. xiv. Cur benedicuntur Campanæ? *Benedicuntur Campanæ ut ſint tubæ Eccleſiæ militantis, &c.*

Ibid. Cap. xv. Docendus populus ut ſignatis potiùs quàm ſignis inhæreat. *v. locum, tom. 35.*

Concil. Mogunt. anno 1549. Capitula ad mores pertinentia. Cap. xlviij. De conſtitutionibus Eccleſiæ. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Mediolan. I. anno 1565. Conſtitutionum pars tertia. De piorum locorum adminiſtratione. *Ut pia loca omnia fideliter diligenterque adminiſtrentur, &c.* v. loc. tom. 36.

Concil. Mediolan. III. anno 1575. De ijs quæ pertinent ad ornatum & cultum Eccleſiarum.

Concil. Mediolan. IV. anno 1576. De Sacris Locis eorumque cultu. De Eccleſiarum Fabrica. *Nova Eccleſia nè ædificetur inconſulto Epiſcopo, &c.* v. locum, eod. tom. 36. & ſeq.

De Capellis & Altaribus. *Capellarum & Altarium locus nè in villa quavis Eccleſiâ, &c.*

De Sepulturis. *Nè ſepulturæ locus quovis nomine cuiquam detur: nevè ſepulturæ fiant, &c.*

De Cœmeterijs. *Cœmeteria ut muro, vel aliàs tutè undique ſepiantur.*

De Campanis. *Parochialis Eccleſia, ſi Campanas tres, &c.*

De ornatu, decore, ac nitore Sacrorum Locorum. *Nè Animalia, Piſces grandiores eorumvè membra in Eccleſijs appendantur, &c.*

De profano uſu à ſacris locis tollendo. *Nè ædium agrorum, rerumque aliarum ejuſmodi, quæ vel locandæ, vel vendendæ, &c.*

De religioſa in ſacris locis converſatione. *Nè ſacris myſterijs dicata, & à Deo electa Templa ſancta pateant, &c.*

De Eccleſiarum & Altarium conſecrationibus, aliarumque rerum benedictionibus. *Eccleſiæ ſalcem Parochiales non conſecratæ infrà annum in Civicate, &c.*

De ratione adhibenda in Eccleſijs, Altaribuſque profanandis. *Eccleſia, ſi quæ aliquando quâvis auctoricate profananda eſt, &c.*

De Sacriſtia. *Sacriſtia unaquæque habeat quæ ſequuntur, primò armarium vel veſtiarium unum, &c.*

De Bibliotheca. *Sicut in Libris Sacris, voluminibuſque Sanctorum, &c.*

De Oratorijs in via ſitis. *Oratoria, ubi Miſſæ Sacrificium non fit, in vijs & hujuſmodi locis poſita, &c.*

De Oratione. *Orationis veſpertinæ, olim in hac Provincia inſtitutæ, &c.*

De verbi Dei prædicatione. *Verbi Dei prædicatio traditione multiplex illa quædam & magna, &c.* v. loc. fusè.

De ſcholis doctrinæ chriſtianæ. *Ubicumque in Diœceſis, pagis aut vicis præſertim frequentioribus, &c.*

De Scholis. *vide* Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 30. & lib. 3. cap. 12. tom. 21. Concil. Colon. anno 1536. pars ſexta cap. 19 20. & 21. tom. 35. & ibid. pars 12. cap. 1. 2. 3. 4. 5. *v.* Statuta Synodi Diœceſanæ Auguſtenſis, anno 1548. titul. 26. & Concil. Mogunt. anno 1549. cap. 62. & 63. item 65. 66. 67. 68. & 96. item Concil. Treverenſe II. anno 1549. cap. 15. eod. tom. 35. & alijs locis quamplurimis.

Concil. Mediolan. V. anno 1579. Conſtitutionum pars tertia. De Eccleſijs earumq; ſupellectile & fructibus. *Sæpè accidit ſontes homines, qui ad Eccleſiam, &c.*

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. Quæ ad cultum Eccleſiarum pertinent. *Sacrarum rerum munditia divinorum officiorum religioni debita, &c.* Tom. 36.

Ibid. De bonis & juribus eccleſiaſticis. *Quibus Judicibus auctoritate Concilij Tridencini, &c.* ibid. tom. 36.

Concil. Aquileienſe, anno 1596. Cap. xvj. De Eccleſijs, & pio in eis verſandi modo, Altaribus & Sacrificijs. *Domus Dei, quam decet ſanctitudo, domus oracionis & ſanctitatis, &c.*

Ibid. De bonis & juribus Eccleſiarum tuendis. *v. titul.* De rebus Eccleſiæ, &c. *Tom. 36. in fine.*

Canones Synodi Romanorum ad Gallos Epiſcopos. Can. vj. Quòd per omnes Eccleſias una debet eſſe tradirio & diſciplina. *Catholicorum Epiſcoporum unam confeſſionem eſſe debere Apoſtolica diſciplina compoſuit, &c.* Tom. 37.

De Eccleſia. *vide.* Dedicationes Eccleſiarum abſque Reliquijs Sanctorum non fiant, Conc. Nic. II. c. 7. tom. 19. pag. 626. Item. Dedicationis Eccleſiæ dies quomodo celebrandus, &c. Conc. London. tom. 25. p. 94. Eccleſiæ infallibilitas, Conc. Senon. can. 1. t. 34. p. 625. Ejuſd. inviſibilitas, Senon. c. 2. eod. t. 34. p. 626. Eccleſia Pontificali & Regiâ auctoritate gubernatur, apud S. Macram c. 1. t. 24. p. 480. Eccleſiam intrans, & non attendens ejiciatur, Colon. c. 2. t. 24. p. 692. Eccleſia ab Epiſcopo claudanda eſt quando ſunt lites & jurgia de reditibus inter Clericos aut Laïcos, Tribur. c. 32. t. 24. p. 659. Eccleſia Romana omnium mater & magiſtra, Trident. ſeſſ. 7. de bap. c. 3. t. 35. p. 435. Eccleſia non judicat de occultis, Trid. ſeſſ. 24. in decret. de edit. eod. t. 35. p. 388. Eccleſiarum vacantium bona nè diripiantur, Herbipol. c. 26. t. 28. p. 661. Diſpenſatio bonorum eccleſiaſticorum quomodo fiat? Conc. Saltz. c. 2. t. 28. p. 622.

DE PRIVILEGIIS, ET EXEMPTIONIBVS.

CANON. APOSTOLORUM XXXI. Ut Eccleſia ſæculari potentiâ minimè pervadatur. *v. locum, tom. 1. pag. 135.*

Concil. Nicæn. anno 419. de Græco in Latinum converſum. Capitul. vj. De Privilegijs quę quibuſdam Civitatibus competunt. *Tom. 4.*

Concil. Afric. anno 424. Can. xxxj. De Manumiſſionibus, ut in Eccleſia celebrentur ab Imperatore poſcendum. *ibid.*

Valentiniani III. Cæſaris Conſtitutio, titul. 1. Ut Privilegia Eccleſijs ſerventur. *eod. tom. in fin.*

Interpretatio Legis. *In Notis.* Valentiniani & Valentis Imp. Litteræ, quibus Niceæ Civitati confertur Privilegium, quod ſit Metropolis.

Valentiniani Imp. Privilegium Nicomedienſi Civitati conceſſum. *v. locum, in not. p. 27. tom. 9.*

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. xviij. De Privilegio Arelatenſis Epiſcopi ad Synodum congregandum. *v. loc. eod. tom. 9.*

Gregor. Magn. lib. ij. Epiſt. xxxix. ſub finem. De Privilegijs Eccleſiaſticis. *De Eccleſiaſticis verò Privilegijs quod Fraternitas ſcribit, hoc poſtpoſitâ dubitatione teneat, quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque Eccleſijs ſua jura ſervamus. Nec cuilibet favente gratiâ ultrà quàm meretur Imperator, nec ulli hoc quod ſui juris eſt ambitu ſtimulante derogo, ſed Fratres meos per omnia honorare cupio, ſicque ſtudeo honore ſingulos ſubvehi, dummodò non ſit quod alteri jure ab altero poſſit opponi. Reſponſalium verò veſtrorum moribus valdè congaudeo: in quibus mihi oſtenſum eſt quantùm me diligitis, qui ad me electos fratres & filio tranſmiſiſtis. Data 10. Kal. Aug. indict. 10.* Grat. 25. q. 2 cap. 8. Polyc. 3. lib. tit. 15. Joan. diac. l. 4. tit. 1. vit.

Privilegium Monaſterij S. Medardi. De Gairaldo Abbate S. Medardi, & de illius Monaſterio Sueſſionenſi, quod ampliſſimis Privilegijs decorat. *v. loc. inter 38. & 39. Epiſtolar. Gregor. Pap. I. lib. 2. tom. 13.*

Ejuſd. lib. iv. Epiſt. xlj. indict. xiij. ad Luminoſum Abbatem. *Gregorius Luminoſo Abbati Monaſterij S. Thomæ de Arimino.* Petitionem tuam congregationiſque tuæ libenter ſuſcepimus, ſecundùm ſtatuta Patrum juriſque formam tuis precibus accommodantes effectum. Caſtorio Fratri & Coëpiſcopo noſtro, noſtrâ præceptione tranſmiſſa eſt Epiſtola, Succeſſoribuſque ejus, & à te Monaſterioque tuo cunctam læſionis funditùs abſtulimus poteſtatem, ut nec ultrà in veſtro verſetur gravamine, nec Monaſterij res deſcribat, nec publica illic debeat eſſe proceſſio: illâ videlicet ei juriſdictione relictâ & in defuncti Abbatis locum alium quem dignum communis conſenſus congregationis elegerit,

debeat ordinare. His autem ita perfectis, in Dei opere eſtote ſolliciti, & aſſiduè operam orationi dare, nè non videatur magis vobis quęſita mentis in oratione ſecuritas, ſed malè (quod abſit) degentibus Epiſcopalis evitata diſtrictio.

Ibid. Epiſt. xliij. ad Caſtorium Epiſcopum Ariminenſem. *Luminoſus Abbas Monaſterij SS. Andreæ & Thomæ in Arimininenſi Civitate conſtituti, quas nobis lacrymabiliter preces effuderit indicta textus petitionis informat. Pro qua re Fraeernitatem tuam hortamur, ut obeunte Abbate Monaſterij ipſius, Eccleſia tua in deſcribendis providendiſque acquiſitis, acquirendiſvè ejuſdem Monaſterij rebus, nullâ ſe occaſione permiſceat, &c.* v. cætera, eod. tom. 13.

Ejuſd. lib. vj. Epiſt. xij. indict. xv. Reſpectæ Abbatiſſæ de Gallijs. *Pia poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri; quatenùs & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat, &c.* v. loc. ibid.

Ibid. Epiſt. xl. Mariniano Epiſcopo Ravennæ. *v. titul.* De Monachis.

Ejuſd. lib. vij. Epiſt. xviij. Mariniano Epiſc. Ravennæ. *Quàm ſit neceſſarium Monaſteriorum quieti proſpitere, & de eorum perpetua ſecuritate tractare, antè actum vos officium, quod in regimine Monaſterij exhibuiſtis informat, &c.* vide locum fusè, tom. 13.

Ibid. Epiſt. xxxj. Secundino Epiſcopo Tauromitano. *Quærimoniam Monachorum Monaſterij Caſtellienſis oblata eſt eis petitio; quæ tenetur in ſubditis pateſeeir. Proindè Fraternitas veſtra hæc quæ aſſerunt ſollicitâ perſcrutari eurâ ſtudeat. Et ſi eâ invenerit veritate ſubſiſtere, rationem tuitionis illis impendat, & Monaſterium quod Monaſterio eorum unitum eſt, ſecundùm conſuetudinem deputatis de Congregatione eorum illîc Monachis prouideat ordinari; quia rationis ordo non patitur ut Monaſterium ipſum, maximè contrà voluntatem Fundatorum, ab eorum diſpoſitione ad arbitrium ſuum præſertim laïca perſona ſubdutat, aut aliquis ſibi in id jus debeat vendicare.*

Ibid. Epiſt. xxxiij. Joanni Epiſcopo Schillitano. De oppreſſione Monachorum Caſtillienſis Monaſterij. *Grave nimis & contrà Sacerdotale conſtat eſſe propoſitum, velle cujuſquam Monaſterij privilegia olim indulta confundere, & ad irritum quæ ſunt pro quiete diſpoſita niti deducere. Queſti itaque nobis ſunt Monachi, &c.* v. locum, eod. tom.

Ibid. ejuſd. lib. vij. Epiſt. xl. indict. ij. Epiſt. cxvj. Vigilio Epiſcopo Arelatenſi. De Privilegio Monaſterij Arelatenſis auctoritate Apoſtolicâ confirmato, quod inviolabiliter ſervari debeat. *Menſe Novembri præſentis 2. indictionis experientiæ tuæ præceptione noſtrâ mandavimus, ut Calixeno filio Stephaniæ, &c.* v. locum.

Ibid. Epiſt. cxvj. *Cùm piæ deſiderium voluntatis & laudandæ devotionis Saterdotibus ſit ſemper ſtudijs adjuvanda, eura eſt ſollicitudinis adhibenda; ut ea quæ pro quiete Monachorum, religioſæque converſationis fuerint ordinata, nec diſſimulatio negligere, nec quædam valeat præſumptio perturbare, &c.* v. totum fusè.

Ejuſd. lib. xj. Epiſt. viij. ad Brunichildem Francorum Reginam. De Privilegijs Monaſterio & Xenodochio Auguſtodunenſi conceſſis. ..... *Epiſtolis autem veſtris indicantibus agnoſcentes Eccleſiam vos S. Martini in Suburbano Auguſtodunensi atque Monaſterium Ancillarum Dei, nec non & Xenodochium in Urbe eadem*

eadem conſtruxiſſe, valdè lætati ſumus, & gratias Omnipotenti Deo retulimus, qui cordis veſtri ſinceritatem ad hæc operanda compunxit. Quâ de re, ut & nos bonis veſtris in aliquo participes haberemur, Privilegia locis ipſis pro quiete & munitione illic degentium, ſicut voluiſtis, indulſimus, &c. v. locum fusè, tom. 14.

Ibid. Epiſt. ix. ad Theodoric Francorum Regem. De Privilegijs eiſdem, Legatiſque de pace cum Imperatore ſtabilienda. *v. locum.*

Ibid. Epiſt. x. Privilegium Xenodochij Auguſt. *Quando Catholicorum, &c.*

Ibid. Epiſt. xj. ad Theſſaloniam Abbatiſſam. Privilegium Monaſterij Sanctæ Mariæ in Urbe Auguſtodunenſi. *Quando ad ea quæ Catholicorum Regum corda Pontificalibus ſunt monitis provocanda, ita ardenti deſiderio divinâ præveniente gratiâ ſuccedunturs, ut ab eis ultrò poſcantur; tanto ſunt alacri & læto animo concedenda, quantò & ea ipſa quæ cupiunt ſi nollent facere, peti debuerant. Proindè juxtà ſcripta filiorum noſtrorum Præcellentiſſimorum Regum, Brunichildæ ac Nepotis ipſius Theodorici, Monaſterio S. Mariæ ubi Ancillarum Dei Congregatio eſt conſtituta in Urbe Auguſtodunenſi, &c.* ut ſuprà.

Ibid. Epiſt. xij. ad Lupponem Abbatem. Privilegium S. Martini in Suburbano Auguſtodunenſi. *vide ut ſuprà totidem verbis.*

Privilegium Monaſterij Sueſſionenſis Eccleſiæ ampliſſimum. *v. locum in fine 12. lib. Greg. Magn. tom. 14.*

Conventus Clipiacenſis. Aimonius lib. iv. hiſtoriæ Francorum, Cap. xlj. *v. locum.*

Præceptum Clodovei II. Regis Francor. De liberalitate Monaſterij S. Dionyſij, Privilegium à Landerico Epiſcopo Pariſienſi conceſſum. *Quoniam quidem inter ea quæ Dei diſponente providentiâ curſu temporis agimus, ſi quid rectè actum eſt, ad illius qui & dando præmonuit, & poſſe contulit, gloriam & noſtram proſperitatem non eſt dubium attinere; decet & præſertim eos qui in Sacris Ordinibus eminere videntur, privatæ & publicæ rei ita curam agere, ut & ſua peccamina annulare, & ſi quid eſt virtutis, hoc ſemper ad altiora ſtudeant provehere, & aliorum vel benefacta commendare, vel vitia invigilent corrigere, &c.* v. loc. fusè, tom. 15. *Sic fiat hæc materia:* Facto privilegio ſub die Julij in anno 15. regnante Cludovico Glorioſiſſimo Rege, Auſtrolenus Lector, jubente Domno Landerico Epiſcopo, hoc Privilegium ſcripſi & reſcripſi. Et ſubſcripſerunt 25. Epiſcopi.

Ibid. Præceptum Clodovei II. Regis. De liberalitate Monaſterij S. Dionyſij. *Oportet clementiâ principali inter cæteras petitiones illud quod pro ſalute adſcribitur, & pro tenore Divini Nominis poſtulatur, placabili auditu ſuſcipere, & ad effectum perducere, ut fiat in mercede convictio, dum pro quiete ſervorum Dei, vel congruentia locis venerabilibus impertitur petitio, &c.* v. locum fusè. *Ad hæc verba:* Quam auctoritatem decrevimus, Chriſto in omnibus nobis ſuffragante, ut firmior habeatur, & per omnia tempora conſervetur, ſubſcriptionibus manus noſtræ infrà roborari.

Epiſt. Adeodati Papæ. De Privilegio quod conceſſum eſt Abbati Monaſterij Sancti Martini Turonenſis. *Æquitatis nos admonet norma, quam apprimè cuſtodire præcipitur, ut canonica SS. Patrum conſulta, præſertim à Beatiſſimis Apoſtolicæ Sedis Præſulibus, Prædeceſſoribus ſcilicet noſtris, qui auctoritatem ſucceſſione ac vice Sacratiſſimi Apoſtolorum Principis Petri per diligentem ſolertiam nacti*

ſunt, quemadmodum ſtatuta reperimus, inviolatâ atque illibatâ cuſtodiâ cuſtodimus; ſed, &c. v. loc. fusè.

Nota. Epiſtola hæc collata fuit cum Schedis Pithœanis, in quibus exiat etiam Chrodeberti ejuſdem Epiſcopi Turon. Epiſtola de judicio mulieris quæ poſtquàm conſecrata & profeſſa caſtitatem Deo fuerat conſervare, adulterium perpetrarat.

Concil. Rothomagenſe, anno 681. in quo Monaſterij Fontanellenſis inter cætera editum eſt Privilegium. *vide* Aigradum in vita S. Ansberti Epiſcopi Rothomagenſis, qui Synodo præfuit.

Charta Kenredi & Offæ Regum. De terris Eveshamiæ Cœnobio collatis.

Charta Eguvini Epiſcopi Wigornenſis. Synodus Anglica generalis, in loco qui Abne dicitur, anno 709. ejuſd. argumenti. *vide locum.*

Epiſt. xiv. Zachar. Pap. ad Bonifacium Archiepiſcopum. Privileg. Monaſterij Fuldenſis. *Quoniam ſemper ſunt concedenda, quæ rationabilibus congruunt deſiderijs; oportet ut devotio Conditoris piæ conſtructionis oraculo in Privilegijs præſtandis minimè denegetur. Igitur quia, &c.* v. locum, tom. 16.

Privilegium Stephani Pap. II. Fulrado Abbati indultum, ejuſque Succeſſoribus. ..... *Ee ideò per hanc Apoſtolicam auctoritatem tibi, &c.* v. locum.

Epiſt. xj. Pauli Pap I. ſive Diploma, pro immunitate Monaſterij S. Hilari Galicenſis ſub Ravennate Eccleſia poſiti. *v. locum, tom. 17.*

Privilegium Monaſterio Sancti Dionyſij ab Hadriano Papa I. conceſſum. (C'eſt une confirmation de celuy d'Etienne; il donne au Monaſtere de S. Denis la permiſſion d'avoir un Evêque particulier.) *v. locum, tom. 18. pag. 76.*

Concil. Calchut. anno 787. Capitul. viij. Ut Privilegia à Pontifice Romano conceſſa obſerventur. *Octavo ſtatuto: ut Privilegia antiqua à Sancta Romana Sede delata Eccleſijs omnibus conſerventur. Si qua autem propter aſſenſum pravorum hominum contrà canonica inſtituta conſcripta ſunt, avellantur,*

Capitulare Caroli Magni, anno Imperij ejus 13. Capitul. xix. Ut Eccleſijs antiquis ſua jura ſerventur. *v. locum, tom. 20.*

Epiſt. ij. Leonis Pap. III. ad Carolum Magnum. *Piæ tuæ petitioni per omnia congaudentes, &c.* v. locum, tom. 20.

Epiſt. 1. Paſchalis Papæ. De confirmatione Privilegiorum Ravennatis Eccleſiæ. (Elle eſt toute barbare) *v. locum, tom. 21.*

Concil. London. anno 833. Confirmatur Privilegium & conceſſiones Withlaſij Regis, Monaſterio Croylandiæ factum, prout ſequitur. *v. locum, eod. tom. 21.*

Concil. apud Lauriac. anno 843. Cap. 1. De eo qui eccleſiaſticam auctoritatem contemnit. *eod. tom. 21.*

Concil. ad Theodonis Villam, anno 844. Ut ordo eccleſiaſticus antiquum vigorem recipiat, Judicium & Juſtitia reddatur, & pœnitentia de præteritis agatur.

Concil. Belvacenſe, anno 845. Cap. 1. Ut conſervetur jus eccleſiaſticum.

Ibid. Cap. vij. Ut præcepta Eccleſijs data firmentur. *eod. tom. 21.*

Concil. Mogunt. I. anno 848. pro juribus & immunitatibus eccleſiaſticis celebratum. Cap. xj. Ut antiquæ Eccleſiæ habeant Privilegia ſua. *ibid.*

Epiſt. 1. Benedicti Papæ III. ad Hincmar. Archiepiſc. Rhemenſem. Con-

firmatio Synodi Sueſſionenſis II. cum Privilegijs Eccleſiæ & Archiepiſcopi Rhemenſis. *v. locum, tom.* 22.

Concil. Pariſ. anno 846. Privilegium electionis & libertatis Monaſterio Corbeienſi confirmatum, in Synodo Pariſ. anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu-Chriſti 946. indict. x. regnante per Provincias Galliæ Glorioſiſſimo atque Sereniſſimo Principe Carolo jam diviſione Regni ac pace cum Fratribus Hlothario ſcilicet & Hludouvico Regibus confirmata, &c. *v. locum fusè. (continet enim 4 pag.* Tom. 21.

Concil. Kingesburiæ, anno 850. Charta Bertulfi Regis Merciorum. De immunitatibus conceſſis Monaſterio Croylandiæ. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Lingonenſe, anno 850. in quo confirmatum eſt quod Alberico Lingonenſi Epiſcopo ad Monaſterium Beſuenſe factum eſt. *vide locum.* Edidit Petrus de la Lande in ſupplemento Conciliorum Galliæ.

Nicolai Pap. I. Epiſt. xxiv. ad Traſulfum Abbatem Corbeienſem. Privilegium Monaſterij Corbeienſis. *Undè quia non multis intercedentibus annis Monaſterium Beatorum Petri & Pauli, &c.* v locum fusè, tom. 22. Il excommunie tous ceux qui contreviendront à céte exemption.

Ejuſd. Epiſt. lx. ad Carolum Calvum Regem. *Excellentiæ veſtræ innoteſcimus, quia Rotbertus Sanctæ Cenomanenſis Eccleſiæ Antiſtes nobis litteris ſuis cognitum, præcipuâ cordis devotione obſecrans, facere ſtuduit, quòd Monaſterium Sancti Karileſi, ſitum in Pago Cenomanico, &c.* v. totum. Il exhorte le Roy d'y contraindre les Moines s'ils y reſiſtent.

Ejuſd. Epiſt. lxj. ad Rotbertum Epiſcopum Cenomanenſem, ejuſd. argumenti cum ſuperiore. *vide.*

Ejuſd. Epiſt. lxij. ad univerſos Epiſcopos & Principes Galliæ. (C'eſt le Privilege de l'Abbaye de Saint Calais, dont il dit que céte Abbaye a toûjours joüi; mais qu'elle a été troublée depuis peu dans céte joüiſſance, ainſi que le Roy Charles le Chauve s'en eſt plaint à luy.) *in fin. 1. pag.*..... Undè dignatus eſt ad nos pius Princeps præfatus, & Miſſum dirigere ſuum, id eſt, venerabilem Odonem Bellovacenſem Epiſcopum, & litteras ſuæ dignationis deſtinare, quibus poſtulavit ut libertatem illi Monaſterio, & ab Epiſcopis & à Regibus Francorum conceſſam, noſtrâ firmamus auctoritate, &c. *v. totum fusè.* Il leur ordonne de ſe pourvoir devant le Saint Siege.

Ejuſd. Epiſt. vj. in Appendice, ad Monachos Sancti Karileſi. *Fidelium relatione comperimus, quod modum proprium tranſgredi cupientes, à jure Cenomanicæ Urbis in cujus Diœceſi moramini vos ſubtrahere conamini, &c.* v. locum fusè.

Ejuſd. Epiſt. vij. ad Epiſcopos in Regno Caroli Calvi conſtitutos. *Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei, omnibus Reverentiſſimis & Sanctiſſimis Confratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis in Regno Caroli Glorioſiſſimi Regis commorantibus.* Dignum eſt ut qui Sacerdotali reverentiâ decorantur ſecundùm Sanctorum Patrum cenſuram, æqui moderaminis, &c. *v. locum fusè.*

Ejuſd. Epiſt. viij. ad Hincmarum Archiepiſc. Rhemenſem. *Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei, &c. ut ſuprà.* Relatu quorumdam audivimus, quòd tua Fraternitas contrà Rotbertum Cenomanicæ Urbis Epiſcopum, pro eo quòd Monaſterium S. Karileſi ad jus Eccleſiæ ſibi commiſſæ vindicare velit, non parùm ſit indignato, &c. *v. locum, eod tom.* 22.

Concil. Tullenſe I. anno 859. apud Saponarias. Cap. xj. De conſervando Privilegio Monaſterij S. Benedicti. *Tandem poſtulavit humiliter Generalis Synodus, ſe ad terram uſque proſternens antè Carolum Regem & Rodulfum Biturigum Archiepiſcopum, obſecrans, & adjurans per Crucem & Chriſti Sanguinem, ut Privilegium Monaſterij S. Benedicti, quod annuente præfato Rege firmaverant, &c.* v. locum, eod. tom. 22.

Regulæ Sanctæ ac Univerſalis Octavæ Synodi Conſtantinopolit. anno 870. xviij. Indè ſtatutum eſt ut Privilegia Eccleſiarum conſerventur. *v. locum in fine tom.* 23.

Epiſt. cxliij. Joann. Pap. VIII. ad omnes fideles. Præcepit nè quiſpiam Monaſterio S. Augentij quidquam detrimenti afferat.

Ejuſd. Epiſt. ccixc. ad Anſelmum Archiepiſcopum Mediolanenſem. Mediolanenſis Eccleſiæ Privilegia confirmat.

Concil. Tricaſſinum, anno 878. Cap. viij. Privilegium Eccleſiæ Pictavenſis. *v. locum.*

Ibid. xj. Confirmatio Privilegiorum Eccleſiæ Turonenſis.

Ibid. xiij. Privilegium Eccleſiæ Floriacenſis. *v. tom.* 24.

Concil. Romanum, anno 1059. Epiſt. xx. Alexandr. Pap. IX. Privilegia Monaſterij S. Dionyſij à Prædeceſſoribus contrà Pariſienſem Epiſcopum conceſſa confirmat. *Devotioni tuæ notum fieri volumus, quòd Abbas Monaſterij S. Dionyſij Martyris, &c.* eod. tom. 25.

Corpus S. Dionyſij. *ibid. pag* 482.

De præeminentia Londonienſis & Eboracenſis, & de Privilegijs generaliter vel ſpecialiter indultis, & de eorum abuſu & confirmationibus. *v. locum, tom.* 27. *ſub finem. Sunt Capitula x.*

Decreta Generalis Concilij Lateranenſis IV. Capitul. lvij. De interpretandis Privilegiorum verbis. *Ut Privilegia quæ quibuſdam Religioſis Perſonis Romana conceſſit Eccleſia, &c.*

Ibid. lviij. De eodem, in favorem Epiſcoporum. *v. tom.* 28.

Epiſt. 1. Martini Pap. IV. ad Fratres Minores. Eis Privilegium concedit prædicandi, & confeſſiones audiendi. *Ad fructus uberes, quos in agro dominico, &c.* eod. tom. 28. p. 608.

Concil. Saltzburg. anno 1386. Cap. viij. Nè mendicantes admittantur ſine Diœceſanorum licentia, & teſtimonio litterarum. *Quia Religioſos, præcipuè Fratres Mendicantes decet, &c.* v. tom. 29.

DE REBVS ECCLESIAE.

Beneficia, Res Eccleſiæ, earumque Procuratio & diviſio, ac Stipendia Clericorum.

CAN. APOSTOLORUM. Εἰ Ἅλλα πασᾶ ὀπώρα ἐς εἶκον, &c. *Eſt Can. 5. Dion. Exig.* Reliqua poma omnia ad domum primitiæ Epiſcopo & Preſbyteris dirigantur, non offerantur in Altari. Certum eſt autem quòd Epiſcopus & Presbyteri dividant & Diaconis & Clericis.

Cyprianus. Epiſt. xx. Presbyteris & Diaconibus. *Deſideraſtis quoque ut de Philumeno, &c.* v. locum.

Ibid. Canon. Apoſtolorum. Εἰ Παντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, &c. *Eſt Can. 37. Apoſt.* Omnium negotiorum eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante diſpenſet, nec ei liceat ex his aliquid omninò contingere, aut parentibus proprijs, quę Dei ſunt condonare. Quòd ſi pauperes ſunt, tanquàm pauperibus ſubminiſtret, nec eorum occaſione Eccleſiæ negotia deprædetur,

Ibid. Can. xxxix. ex verſione Dion. Exig. Ἐςω φανερὰ τὰ ἴδια του ἐπισκόπου πράγματα, &c. *Sint autem manifeſtæ res propriæ Epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ dominicæ, &c.* v. locum, tom. 1. pag. 135.

Ibid. Can. xl. ex verſione Dion. Exig. Προσαλομεν ἐπίσκοπου, &c. De dignitate Pontificis, & quòd rerum ſuarum habeat poteſtatem. *Præcipimus ut in Civitate ſua Epiſcopus Eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum, &c.* v. locum.

Epiſt. Urbani Pap. 1. titul. 1. De vita communi, & quam ob cauſam Eccleſia poſſeſſiones habere cœperit.

Ibid. titul. ij. A quibus, vel ad quos uſus res eccleſiaſticæ diſpenſentur, & de invaſoribus earum?

Ibid. titul. iij. Si quis ab Eccleſia jus poſſidendi avellere tentaverit. *v. loc. tom. 1. pag. 289.*

Epiſt. Lucij Pap. I. titul. iij. Ut Metropolitanus ſine conſilio Epiſcoporum nihil agat, nec ipſi ſine illius, niſi quod ad proprias Eccleſias pertinet.

Ibid. titul. vj. De ijs, qui res Eccleſiæ vel oblationes fidelium auferunt, & qui eis conſentiunt.

Concil. Ancyr. anno 314. Can. xiv. Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ, &c. De rebus eccleſiaſticis eo tempore diſtractis quo ipſæ Eccleſiæ viduantur Epiſcopis. *De his quæ pertinent ad Eccleſiam, quæcumque cùm non eſſet Epiſcopus Presbyteri vendiderunt, placuit reſciſo contractu, ad jura eccleſiaſtica revocari. In judicio autem erit Epiſcopi, ſi pretium debeat recipi, necnè: quia plerumque rerum diſtractarum reditus ampliorem ſummam pro precio dato reddiderit.*

Conſtitutio Silveſtri Epiſc. Urbis Romæ. Can. iv. Ut de redditibus Eccleſiæ quatuor partes fiant. *Tom. 2.*

Concil. Gangrenſe, Can. vij. De fructuum oblationibus.

Ibid. Can. viij. De his quæ in uſibus pauperum conferuntur. *v. loc. eod. tom. 2. pag. 505.*

Concil. Antioch. anno 340. ex interpret. Dion. Exig. Can. xxiv. De Rebus ad Eccleſiam pertinentibus, & de his quæ propria Epiſcopi eſſe noſcuntur. Τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῆ ἐκκλησία καλῶς ἔχει, &c. *Rectè habet ea quæ ſunt Eccleſiæ ſervari cum omni diligentia & bona conſcientia & fide quæ in Deum eſt, qui omnia inſpicit & judicat, &c.* v. locum.

Ibid. Can. xxv. Ut Epiſcopus diſpenſandi res eccleſiaſticas habeat poteſtatem. Ἐπίσκοπον ἔχειν τῶν, &c. *Epiſcopus habeat rerum Eccleſiæ poteſtatem ad diſpenſandum in omnes egentes, cum ſumma reverentia & timore Dei. Ipſe autem eorum quibus indiget (ſi tamen indiget) &c.* v. loc. in fin. tom. 2.

Decretum, ſive Statutum unum Concil. Valentini, anno 374. Niſi ut meliora proſpiciat, rem Eccleſiæ non liceat Epiſcopo detrahere. *v. tom. 3. pag. 313.*

Concil. Carthag. III. anno 397. Can. xlix. Ut ea quæ quis in Eccleſiaſtico poſitus gradu acquiſivit, Eccleſiæ conferantur. *Placuit, ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicumque Clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatûs Clericatûs ſui agros, vel quæcumque prædia nomine ſuo comparant, tamquàm rerum dominicarum invaſionis crimine teneantur obnoxij, niſi admoniti eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis propriæ aliquid liberalitate alicujus, vel ſucceſſione cognationis obtulerit, faciant indè quod eorum propoſito congruit. Quòd ſi à ſuo propoſito retorſùm exhorbitaverint, honore eccleſiaſtico indigni tamquàm reprobi judicentur.*

v. infrà huj. Concil. Capitula numero quinque ex Gratiano & alij deſumpta. Cap. ij. Eccleſiaſticarum rerum precariæ qualiter fieri debeant? *v. locum, tom. 3.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Can. xxxj. Qualiter res Eccleſiæ ab Epiſcopo habeantur? *Ut Epiſcopi rebus Eccleſiæ, tamquàm commendatis, non tamquàm propriis utantur.*

Ibid. Can. xxxij. De irritis diſtractionibus Epiſcoporum. *Irrita erit donatio Epiſcoporum, vel venditio, vel commutatio rei eccleſiaſticæ, abſque conniventia & ſubſcriptione Clericorum.*

Concil. Carthag. V. anno 398. Capitul. iv. De rebus Eccleſiæ ſine conſilio Metropolitani Epiſcopi non alienandis. *Placuit etiam ut rem Eccleſiæ nemo vendat. Quòd ſi aliqua neceſſitas cogit, hanc inſinuandam eſſe Primati Provinciæ ipſius, ut cum ſtatuto numero Epiſcoporum, utrùm faciendum ſit arbitretur. Quòd ſi tanta urget neceſſitas Eccleſiæ, ut non poſſit antè Primatem conſulere, ſaltem* * *poſt factum curioſitatem habeat, & vicinis Epiſcopis hoc antè judicare, & ad Concilium referre eas ſuæ Eccleſiæ neceſſitates. Quòd ſi non fecerit, reus* * *Concilij venditor teneatur.*

* vicinos Teſtes convocet Epiſcopos curans.

Concil. Milevitanum II. anno 416. Can. xvj. Ut pro cauſis Eccleſiarum Executores, vel Advocati à Principe poſtulentur. *v. loc. tom. 4.*

* Deo & Concilio venditor.

Concil. Africanum, anno 424. Can. xlviij. De Epiſcopis qui hæreticos vel paganos hæredes inſtituunt. *Item conſtitutum eſt, ut ſi quis Epiſcopus hæredes extraneos à conſanguinitate ſua, vel hæreticos etiam conſanguineos, aut paganos Eccleſiæ pertulerit, ſaltem poſt mortem anathema ei dicatur, atque ejus nomen inter Dei Sacerdotes nullomodo recitetur. Nec excuſari poſſit, ſi inteſtatus deceſſerit,*

qui ueique debuit, factus Epiſcopus, rei ſuæ ordinationem congruam ſuæ profeſſioni nequaquam differre.

Codex Canon. Eccleſ. Afric. Can. xxxiij. Ut Presbyteri rem Eccleſiæ in qua ſunt conſtituti non vendant; & nulli Epiſcopo liceat rem tituli Matris Eccleſiæ uſurpare. *Ieem placuit ut Presbyteri non vendant rem Eccleſiæ, ubi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis ſuis, quomodo & Epiſcopis non licet vendere prædia Eccleſiæ ignorantee Concilio, vel Presbyteris ſuis. Non habente ergò neceſſitatem, nec Epiſcopo liceat Matris Eccleſiæ, nec Presbyeero rem tituli ſui uſurpare.*

Leonis I. Epiſt. civ. ad univerſos Epiſcopos per Siciliam conſtitutos. *v. tom. 7.*

Concil. Calchedon. Can. xxij. Μὴ ἐξεῖναι κληρικοῖς, &c. Id. ex interpret. Dion. Exig. Quòd non liceat Clericis poſt mortem ſui Epiſcopi res ad eum pertinentes diripere. *Non licere Clericis poſt mortem ſui Epiſcopi res ad eum pertinentes diripere, ſicut antiquis quoque Canonibus prohibitum eſt. Eos autem qui hoc faciunt in ſuo gradu periclitari.*

Ibid. Can. xxvj. περὶ ἐπιτρόπων τῶν τῆς ἐκκλησίας, &c. Id. apud Dion. Exig. De diſpenſatoribus ſingularum Eccleſiarum. *Quoniam in quibuſdam Eccleſijs (ſicut ad nos pervenit) Epiſcopi ſine œconomis res Eccleſiaſticas eractant, placuit omnem Eccleſiam Epiſcopum habentem habere etiam œconomum de Clero proprio, qui diſpenſet res eccleſiaſticas ſecundùm ſententiam proprij Epiſcopi. Ut Eccleſiæ adminiſtratio ſine teſtimonio non ſit, & ex hoc res ejuſdem Eccleſiæ diſpenſentur, & probrum ac decus Sacerdotio inuratur. Si autem hoc non fecerit, eum ſubjici Canonibus.*

Hilar. Pap. Epiſt. viij. anno 470. ad Epiſcopos diverſarum Provinciarum Galliæ. Cap. v. Ut prædia eccleſiaſtica non alienentur, niſi apud Concilium alienationis causâ priùs doceatur. *Simul etiam ſuper hoc univerſam Fraterniea-tem volumus eſſe commonitam, nè prædia, quæ neque deſerta, neque damnoſa ſunt, &c.* v. locum, eod. tom. 9.

Epiſt. iij Simplic. Pap. ad Florentiſſimum Severum & Equitium Epiſcopos. De redditibus Eccleſiæ. *Simul etiam de redditibus Eccleſiæ, vel oblaeione fidelium quid deceat, neſcienti nihil licere permittat, ſed ſola ei ex his quarta portio remeetatur, &c.* v. locum, ibid.

Gelaſ. Pap. I. Epiſt. ix. ad Epiſcopos Lucaniæ. Eccleſiæ facultates Epiſcopis, Clericis, & pauperibus diſtribui debere: Diœceſes & bona Eccleſiæ ab Epiſcopis 30. annos poſſeſſa, non eis conferenda. * *Præſulum auctoritas noſtrorum emanavit, ut faculeates Eccleſiæ Epiſcopi ad regendum habeant poteſtatem: ita tamen ut viduarum, pupillorum, atque pauperum, necnon Clericorum ſtipendia diſtribuere debeant. Hoc eis etiam ſtatuimus dari, quod hactenùs decretum eſt. Reliquum ſibi Epiſcopi vindicent, ut (ſicut antè diximus) peregrinorum aeque captivorum largitores eſſe poſſint. Illud etiam annecti placuit, ut ſi (quod abſit) faculeates Eccleſiæ, necnon & Diœceſes quæ ab aliquibus poſſidentur, Epiſcopis jure ſibi vindicent, quod * tricennalis lex concluſit: quia & filiorum noſtrorum Principum iea emanavit auctoritas, ut ulerà 30. annos nulli liceat pro eo appellare, quod tempus legum excluſit. Data Idib. Maij Aſterio & Præſidio viris clariſſimis Conſulibus.* *

Epiſt. v. Symmachi Pap. ad Cæſarium Epiſcopum Arelatenſem. Ut res Eccleſiæ non alienentur. *Poſſeſſiones igitur, quas unuſquiſque Eccleſiæ proprio de-*

* quoniam Præſulum.

* triennaria tutela ſine regula, aut potius cautela quâtum erui poteſt ex 2. c.

* anno Ch. 494. Pag. 2. verſ.

dit aut reliquit arbitrio, alienari quibuſlibet titulis atque contractibus, vel ſub quocumque argumento non patitur; niſi forſitan aut Clericis horum meritis, aut Monaſteriis religionis intuitu, aut certè peregrinis neceſſitas largiri ſuaſerit: ſic tamen ut hæc ipſa non perpetuò, ſed temporaliter donec vixerint, perfruantur.

Synod. Romana III. anno 501. ſub Symmacho Papa. Inſigne dictum Regis de cauſis eccleſiaſticis. *v. locum, tom.* 10. *in notis.*

Synodus Romana IV. anno 502. ſub eod. Symmacho Papa. Tribus primis Capitibus, &c. *eod. tom.* 10.

Ibid. Cap. iij. ..... *Symmachus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ Urbis Romæ dixit*: Magna quidem venerando, & ſacerdotali debetur cultura propoſito, cui imminet de ſtudio quæ recta ſunt, non de neceſſitate diſponere, &c. *v. locum.*

Ibid. Cap. iv. Ut nulli Apoſtolicæ Sedis Præſuli poſſeſſionem Eccleſiæ magnam vel parvam in perpetuum liceat alienare, vel commutationis obtentu ad cujuſlibet jura tranſvertere. *His ergo perpenſis, manſuro cum Dei noſtri conſideratione decreto, ſancimus, ut nulli Apoſtolicæ Sedis Præſuli à præſenti die, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. v. De domibus Eccleſiaſticis quæ ſunt in Urbibus commutandis. *Sanè tantùm domus in quibuſlibet Urbibus conſtitutæ, quarum ſtatum neceſſe eſt expenſa non modica ſuſtentari acceptis (ſi offerri contigerit) ſub juſta exiſtimatione reditibus, & divini timore judicij* commutentur.*

* commodentur.

Ibid. Cap. vj. Ut non liceat Presbyteris Urbis Romæ titulorum ſuorum prædia, ſeu quidquid juris eorum fuerit quolibet alienare commento: qui verò hoc agere tentaverit, ordinis ſui amiſſione plectatur. *Pari etiam Eccleſiarum per omnes Romanæ Civitatis titulos, qui ſunt Presbyteri, vel, &c.*

Ibid. Cap. vij. Ut qui petierit prædium Eccleſiæ, & acceperit, aut ſi quis Presbyterorum aut Diaconorum ſeu deffenſorum danti ſubſcripſerit, anathemate feriatur. *Prætereà qui petierit, aut acceperit, vel qui Presbyterorum, aut Diaconorum ſeu deffenſorum danti ſubſcripſerit, quo iratus Deus animæ percutit, anathemate feriatur, &c.*

Ibid. Cap. viij. Ut ſi quis anathematis pœnam parvi duxerit etiam documento, quod ſe putat Eccleſiæ prædium poſſidere fruſtretur; liceatque cuilibet Eccleſiaſticæ Perſonæ vocem contradictionis afferre, & cum fructibus præteriti temporis eadem prædia alimata repoſcere. *Quod ſi minore animæ ſuæ curâ quiſquam remedium oblatum fortè neglexerit, &c.*

Synodus Romana VI. anno 504. ſub eodem Symmacho. De invaſoribus rerum eccleſiaſticarum. (Multa ex IV. reperiuntur. *vide.*) *His ergò perpenſis, nè illi in ruinam incidant, & perpetuo damnentur exitio, &c.* eod. tom. 10. pag. 358.

Concil. Agath. anno 506. Can. v. Si Clericus Eccleſiæ furtum fecerit.

13. qu. 1. Clerici. *Si quis Clericus furtum Eccleſiæ fecerit, peregrina communio tribuatur.*

Ibid. Can. vj. Si Epiſcopo ab extraneis quidquam fuerit derelictum. *Pontifices verò quibus in ſummo Sacerdotio conſtitutis, &c.*

12. qu. 3. Pontifices

Ibid. Can. vij. De rebus Eccleſiæ, quomodo ab Epiſcopis diſtrahantur, & de ſervis Eccleſiæ qualiter ab Epiſcopo manumittantur? *Caſellas verò & mancipia Eccleſiæ Epiſcopi, ſicut priſca Canonum præcepit auctoritas, &c.*

16 qu. 1. Caſellas.

Ibid. Can. xxij. Ut non liceat Presbytero aut Clerico rem Eccleſiæ vende-

re aut donare. ..... *Et licet superfluum sit de re nota & antiquis Canonibus prohibita, iterato aliquid definire: attamen, &c.* 12.qu.1. Statuimus.

Ibid. Can. xxvj. Si quis documenta Ecclesiæ supprimat, vel adversarijs tradat. *Si quis de Clericis documenta quibus Ecclesiæ professio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut adversarijs fortasse tradere damnabili & puniendâ obstinatione præsumpserit, quid per absentiam documentorum damni Ecclesiæ illatum est, de proprijs facultatibus reddat, & communione privetur. Hi etiam qui in damno Ecclesiæ instrumenta Ecclesiæ impiè solicitatis traditoribus susceperint, pari sententiâ feriantur.* 12.qu.2. Si quis.

Ibid. Can. xxxiij. Si Episcopus hæredes non habens, Ecclesiæ, cui præfuit, hæredem non fecerit. *Episcopus qui filios aut nepotes non habens, alium quàm Ecclesiam relinquit hæredem, &c.* v. locum. 12.qu.2. Episcopus.

Ibid. Can. xxxvj. Ut stipendia Clericorum juxtà meritum distribuantur. *Clerici etiam omnes, qui Ecclesiæ fideliter vigilanterque deserviunt, stipendia sanctis laboribus debita secundùm servitij sui meritum vel ordinationem Canonum à Sacerdotibus consequantur.* 1.q.2. Clerici.

Ibid. Can. xlv. Quòd Episcopus exiguas Ecclesiæ possessiones distrahere potest. *Terrulas aut vinculas exiguas, & Ecclesiæ minùs utiles, aut longè positas parvas, Episcopus sine consilio Fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem.* 12.q.2. Terrulas

Ibid. Can. xlviij. De rebus Episcopi proprijs vel acquisitis. *Ut de rebus, &c.* Non habetur in antiquis exemplaribus, insertus est ex recentioribus Concilijs. 12.q.1. Episcopi de.

Ibid. Can. xlix. De non alienandis ab aliquo rebus Ecclesiæ, & de libertis. *Diacones vel Presbyteri, &c.* Insertus est in recentioribus Concilijs. 12 q.2. Diaconi.

Ibid. Can. lj. De testamento Episcopi. Si Episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantumdem de juris proprij facultate suppleverit. *Insertus ex recentioribus.* 12.q.5. Si Episcopus.

Ibid. Can. lij. De Presbyteris Parochianis res Ecclesiæ distrahentibus. Quidquid Parochiarum Presbyter de ecclesiastici juris proprietate distraxerit, inane habeatur & vacuum vendicatione comparantis, & actione vendentis. *Insertus ex recentioribus.* Epaon. 17. 12.q.2. Quidquid.

Ibid. Can. liv. de eisdem. Presbyter dum Diœcesim tenet de his quæ emerit ad Ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab ejus quam tenuit Ecclesię ordinatione discedat. *ex recentioribus.*

Ibid. Can. lvj. De venditionibus quas Abbates facere præsumunt. *In venditionibus quas Abbates facere præsumunt, hæc forma servetur, &c.* Item insertus ex recentioribus Concilijs. 17.q.4. In venditionibus.

Ibid. Can. lix. De rebus Ecclesiæ usui collatis, ut prescriptionis tempore non defendantur. Clerici quilibet quæcumque diuturnitate temporis de Ecclesię remuneratione possiderint, in jus proprium præscriptione temporis non vocentur, dummodò pateat Ecclesiæ rem fuisse: nè videantur etiam Episcopi administrationes prolixas, aut præcatorias cum ordinati sunt facere debuisse, aut diù retentas facultates in jus proprietatis suæ posse transcribere. 16.q.3. Clerici.

Concil. Aurel. I. anno 511. Eum qui ab Episcopo aliquid repetit, non communicandum. Si quis ab Episcopo, vel de Ecclesia, vel de proptio jure

27.qu.7. Si quis. crediderit aliquid repetendum, si nihil convicij aut criminationis objecerit, eum pro sola conventione à communione Ecclesiæ non liceat submoveri.

16.qu.3. Si Episcopus. Ibid. Can. xxiij. Ut in terris Ecclesiæ præscriptio locum habeat. Si Episcopus humanitatis intuitu vineolas vel terrulas Clericis vel Monachis præstiterit excolendas vel pro tempore tenendas, etiamsi longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum Ecclesiæ præjudicium patiatur, nec sæculari lege præscriptio, quę Ecclesiæ aliquid impediat opponatur.

Concil. Tarracon. anno 516. Can. xij. Ut si Episcopus intestatus obierit, de rebus inventarium ejus Clerici faciant, ut nullus exindè aliquid auferat.

12.qu.5, Sicubi. * definitionem. * inventarium. SICUBI defunctus fuerit Episcopus intestatus, post depositionem ejus à Presbyteris & Diaconibus rebus ipsius breve fideliter conscribatur à minimo usque ad maximum, id est, de utensilibus, vel omni supellectile; ita tamen, ut si quis exindè vel præsumpsisse, vel occultè fuerit tulisse convictus, secundùm furti tenorem restituat universa.

Concil. Epaon. anno 517. Can. vij. Quòd Parochiarum Presbyteris alienare non liceat. Quidquid Parochiarum Presbyteri de ecclesiastici juris possessione distraxerint, inane habeatur & vacuum, in venditorem comparantis actione vertenda.

Ibid. Can. viij. De Presbyterorum emptionibus, & Abbatum venditionibus. *Presbyter dum Diœcesim tenet de his quæ emerit, &c.* v. locum, tom. 10.

Ibid. Can. xij. Episcopus res Ecclesiæ sine Metropolitano vendere non potest, commutare potest. Nullus Episcopus de rebus Ecclesiæ suę sine conscientia Metropolitani sui vendendi aliquid habeat potestatem, utili tamen omnibus commutatione permissâ.

Ibid. Can. xiv. Si Clericus in alia Civitate Episcopus fuerit ordinatus, Ecclesia donum ipsi præstitum accipiet. Quisquis Clericus aliquid de munificentia Ecclesiæ cui servierat adeptus ad summum Sacerdotium alterius Civitatis est, aut fuerit ordinatus, quod dono accepit vel acceperit, reddat; quod usu vel proprietate secundùm instrumenti seriem probatur evenisse, possideat.

Ibid. Can. xviij. Ut Clerici Ecclesiæ præjudicium diuturnitate possessionis non faciant. *Clerici quod etiam sine precarijs qualibet diuturnitate temporis, &c.* v. locum, eod. tom. 10.

Concil. Illerd. anno 524. Si Sacerdos moritur, quid de rebus Ecclesiæ observetur. *Licet de re hujusmodi quam constituere salubri ordinatione decrevimus, &c.* Tom. 11.

Concil. Valentin. anno 525. Can. ij. Ut defuncto Episcopo de rebus ipsius vel Ecclesiæ nullus quidquam præsumat. *Hoc etiam placuit, ut Episcopo ab hoc sæculo, jubente Domino accercito, &c.* eod. tom. 11.

Ibid. Can. iij. Vt propinqui morientis Episcopi de rebus ejus nihil usurpent, sine Metropolitani & Comprovincialium sententia. *Simili quoque modo parentibus & propinquis decedentis Episcopi, si intestatus obierit, &c.*

Concil. Tolet. II. anno 531. Can. iv. Vt quidquid de jure Ecclesiæ Clerici tenuerint, post obitum eorum ad Ecclesiam revertatur. *Si quis sanè Clericorum aggellos vel vineolas in terris Ecclesiæ sibi feciſſe probatur, &c.* eod. tom.

Concil. Aurel. II. anno 533. Can. vj. Vt qui sepelit Episcopum, descriptam domum Ecclesiæ relinquat. Vt Episcopus qui ad sepeliendum Episcopum

venerit evocatis Presbyteris in unum, domum Ecclesiæ adeat, descriptamque idoneis personis custodiendam sub integra diligentia derelinquat, ut res Ecclesiæ ullorum improbitate non pereant.

Agapet. Pap. Epist. vj. ad Cæsarium Episcopum Arelatensem. *Tanta est, Deo propitio, ut ad ea libentissimè concedenda, &c.* v. locum.

Concil. Arvernense, anno 535. Can. v. Res ecclesiasticas à Regibus obtinere desiderantes, excommunicandos. QUI reiculam Ecclesiæ petunt à Regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à Communione Ecclesiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur.

Desumptum ex vetusto Codice 5. librorum partialium Capitulum Concil. Arvernensis, quod in decreto Gratiani non habetur, pag. 198. eod lib. 2. cap. 103.

I. De possessione 30. annorum non repetatur.

II. Quòd licitum sit Episcopis cum consilio Cleri, vel thesauro Ecclesiæ familiæ suæ succurrere. *v. locum, eod. eom.* 11. Vide quoque Epist. ejusd. Synodi ad Theodebertum Regem, ut Clerici, alijvè qui Regum aliorum dominio subjacent, possessionibus, quas in ejus Regno jure obtinent, non fraudentur. *v. locum.*

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. xij. De agris Ecclesiæ non alienandis & distractis, tricennariâ repetitione revocandis. *De agellis verò ceteriſque facultatibus ecclesiasticis à Sacerdotibus non alienandis, &c.* Tom. 11.

Ibid. Can. xvij. Vt quæ Clericis collata sunt à successoribus Episcopis non auferantur. *De munificentijs verò Sacerdotum id observandum, ut, &c.*

Ibid. Can. xviij. De Clericis qui Diœceses, Monasteria, vel Basilicas suscipiunt ordinandas. *De his verò Clericorum Personis, quæ de, &c.*

Ibid. Can. xxij. De eo, qui rem Ecclesiæ sine permissu Episcopi, alienare non licet. *Si quis res Ecclesiæ debitas vel proprias Sacerdotis, horrendæ cupiditatis instinctu occupaverit, &c.* v. locum, eod. tom. 11.

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. xxiij. Abbatibus & Presbyteris res Ecclesiæ sine permissu Episcopi alienare non licet. *Abbatibus, Presbyteris, ceteriſque Ministris de rebus ecclesiasticis, &c.* 12. qu. Abbat. Presbyt.

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. ix. Quæ ab Episcopo contrà Canones alienata sunt, revocari debent. *Vt Episcopus, qui de facultate propria Ecclesiæ nihil relinquit, &c.*

Ibid. Can. xj. Monasterijs aut Parochijs collata sibi Abbates & Presbyteri non vendicent, nec alienent sine Episcopi consensu. *Si quis Abbatibus, aut sacris Monasterijs, aut Parochijs, &c.*

Ibid. Can. xij. Vt Episcoporum lites intrà anni spatium finiantur. *Si inter Episcopos de rebus terrenis, aut possessionibus, sub repetitionis, aut, &c.*

Ibid. Can. xiv. Vt quæ quis Ecclesiæ reliquerit, hæredes non auferant. *Quicumque Ecclesijs aut Pontificibus sub competenti ac justo documento fuerint derelicta ab hæredibus legitimis, dignum est ut Dei contemplatione serventur.*

Ibid. Can. xviij. Vt Clerici non alienent quæ ab Ecclesia ad utendum accipiunt. *Quicumque Clericus aliquid de jure ecclesiastico, &c.*

Ibid. Can. xix. Quòd Ecclesiæ collatum est, nec à Collatore, nec ab ipsius

hæredibus repeti debet. *Quicumque pro devotione suæ oblationis studio aliquid in Capellis vel, &c.*

Ibid. Can. xxv. Vt nullus res Ecclesiæ, contempto Pontifice, petere aut occupare præsumat. *Si quis Clericus aut Laicus sub potentum nomine atque patrocinio, &c.*

Ibid. Can. xxxiv. Vt nullus si quid in usufructu accepit ab Episcopo, quod ibi profecerit, alienet. QUISQUIS agellum Ecclesiæ in diem vitæ suæ pro quacumque misericordia à Sacerdote cui potestas est acceperit possidendum: quæcumque ibi profecerit alienandi nullam habet potestatem, nec sibi parentes sui ex ea re aliquid existiment vendicandum.

Ibid. Can. xxxv. In potestate sit Successoris an defuncti Episcopi rejicere debeat voluntatem. *De substituendo Antistite si fortasse mora extiterit, & voluntas decessoris, &c.*

Ibid. Can. xxxvj. Quæ alterius Ecclesiæ Clerico donata sunt, post ejus obitum ad jus Ecclesiæ revertantur. *Si quis Episcopus alterius Ecclesiæ Clerico de facultatibus suæ Ecclesiæ aliquid, &c.* Tom. 11.

Concil. Aurel. V. anno 549. Can. xiij. Qui facultates Ecclesiæ delegatus subtraxerit, excommunicetur. *Nè cui liceat res vel facultates Ecclesijs, aut Monasterijs, vel Xenodochijs, &c.* Tom. 11.

Ibid. Can. xiv. Nullus Ecclesiæ alterius Regni vel loci res petat, aut præsumat accipere. *Vt nullus Episcoporum, aut cujuslibet ordinis Clericus, &c.*

Ibid. Can. xvij. Ecclesiæ causæ qualiter & per quos finiantur. *vide titul.* De causis Episcoporum.

Concil. Arelat. V. anno 554. Can. vj. Vt Clericis facultates quas ab Episcopo in usum accipiunt, deteriorare non liceat. *Vt Clericis non liceat facultates quas ab Episcopo in usum accipiunt, &c.* Tom. 12.

Concil. Paris. III. anno 557. Can. 1. Nemo res Ecclesiarum pervadat, aut competat, aut retineat. *Itaque placuit, ac omnibus nobis convenit observare, ut, &c.*

Ibid. Can. ij. Nemo res Episcopi proprias pervadere, competere, aut confiscare præsumat. *Et quia Episcoporum res propriæ, Ecclesiarum res esse noscuntur, &c.*

Ibid. Can. iij. Nè Episcopus alterius Episcopi res competat aut retineat. *Et quia exempla boni operis à Pontificibus debent primùm, &c.* eod. tom. 12.

Constitutio generalis Clotharij Regis. Quæcumque Ecclesiæ, vel Clericis, aut quibuslibet personis, &c. *eod. tom.*

Concil. Bracar. I. anno 563. Can. vij. Item placuit, ut de rebus ecclesiasticis tres æquè fiant portiones, id est, Episcopi una, alia Clericorum, tertia in * recuperatione, vel in luminaris Ecclesiæ; de qua parte sive Archipresbyter, sive Archidiaconus illam administrans Episcopo faciat rationem.

* reparatione.

Concil. Lugdun. II. anno 567. Can ij. Vt ratæ sint donationes Episcoporum & Clericorum Ecclesiæ vel alijs factæ. *Secundo loco quia multæ tergiversationes infidelium, &c.*

Ibid. Can. v. Vt quæ ab Episcopo alicui in usum aut proprietatem donota sunt, ab ejus successoribus non auferantur. *Et quia multa sunt Ecclesiæ membra quæ diverso genere, pro vitæ suæ qualitate, &c.* eod. tom. 12.

Concil.

Concil. Turon. II. anno 567. Can. xxiv. De ijs qui per discordias Regum res Ecclesiarum aut Sacerdotum competunt. *Illud quoque quamquam priorum Canonum sit auctoritate præfixum, &c.*

Ibid. Can. xxv. De pervasoribus, seu retentoribus rerum Ecclesiarum. *Placet itaque ac omnibus modis convenit observare ut, &c.* eod. tom. 12.

Capitula collecta à Martino Episcopo Bracar. anno 572. Capitul. xiv. De præsumptione Episcopi in rebus Ecclesiæ.

Item, Capitul. xv. De rebus ecclesiasticis gubernandis.

Item, Capitul. xvj. De rebus Ecclesiæ dispensandis.

Item, Capitul. xvij. De his qui de ministerio Ecclesiæ aliquid vendiderint. *v. locum, in fine tom.* 12.

Concil. Toletet. III. anno 589. Can. iij. Ut Episcopo non liceat rem alienare Ecclesiæ. *Hæc sancta Synodus nulli Episcoporum licentiam tribuit res alienare Ecclesiæ, quoniam & antiquioribus Canonibus prohibetur.* v locum, tom. 13.

Ibid. Can. xix. Quòd Ecclesiarum omnium dos ad Episcopi ordinationem debeat pertinere. *v. loc.*

Concil. Narbon. anno 589. Can. vij. Ut Clericus qui adversùs Ecclesiæ utilitatem egerit, gradu dejiciatur. *vide.*

Ibid. Can. viij. Ut Clericus qui de rebus Ecclesiæ fraudem fecerit, restituat, & pœnitentiæ subjiciatur. *Quicumque Clericus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, sine conscientia Episcopi aliquid de possessionibus vel de dono Ecclesiæ tulerit aut fraudem fecerit, non solùm cum omni dedecore constrictus restituat quod fecerit, sedatiam non debet ibi in Ecclesia esse, ubi fraudem visus est operasse: duobus jaceat sub pœnitentia annis, & cùm defleverit factum, revertatur ad officium.*

Gregor. Magn. lib. 1. Epist. ix. ad Petrum Subdiaconum, ut discrepatio possessionis quadragenariæ sine debito terminetur. *v.* 694. 2. *Ivo part.* 3. c. 146.

Ibid. Epist. x. ad Honoratum Archidiaconum Salonitanum. *v. titul.* De Archidiaconis.

Idem, ejusd. Epist. xlij. ad Petrum Siciliæ Subdiaconum. De injustis ponderibus rusticorum, alijsque quamplurimis rebus necessarijs. *vide.*

Idem, lib. ij. indict. xj. Epist. xliij. ab Bonifacium Archiepiscopum Regitanum. *Sicut Ecclesia proprias res amittere non debet, ita etiam rapacitatis ardore invadere alienas non oportet, &c.* ad hæc verba: *hæc causa demonstrat.* v. locum, tom. 13.

Idem, lib. iij. indict. xij. Epist. xj. ad Maximianum Episcopum Syracusanum. De redditibus Ecclesiarum. *Cognovimus namque de redditibus Ecclesiarum noviter acquisitis, &c.* v. locum.

Ibid. in eadem. *Illud quoque caritatem commonere curavimus, ut si quispiam Episcoporum de hac luce migraverit, vel (quod absit) pro suis fuerit remotus excessibus, &c.* ad hæc verba: *venalitatis relinquatur occasio.*

Ibid. eod. lib. iij. indict. xij. Epist. xvj. ad Cyprianum Diaconum. De ministerijs, vasisque Ecclesiarum per Siciliam recolligendis. *vide.*

Id. lib. iv. indict. xiij. Epist. xxvj. ad Gaudentium Episcopum Nolanum. *Qui ecclesiasticis famulantur obsequijs, ecclesiastica, ut possibilitas exigit, debent adipisci subsidia, &c.* ad hæc verba: *devotiori mente provocentur impendere.*

Id. eod. lib. Epist. xlij. ad Leontium Episcopum Ariminensem. *Clero Ariminensis Ecclesiæ, cujus visitator es, conquerente comperimus quod,* &c. ad ea verba : *stipendijs institutis non esse contentos.*

Ibid. Epist. xliv. Quæ complectitur gesta Synodi Romanæ tempore Mauritij Augusti. *Consuetudo nova in Ecclesia hac & valdè reprehensibilis erupit,* &c. v. locum.

Id. lib. v. indict xiv. Epist. 1. ad Marinianum Episcopum Ravennę. De testamento à Joanne Episcopo condito. *Presbyteri igitur ac Diaconi, atque Clerus Fraternitatis vestræ oblatâ nobis petitione,* &c.

Ibid. Epist. liij. Vigilio Episcopo Arelatensi. *Valdè execrabile est, ut quòd à Regibus gentium servatum est, ab Episcopis dicatur ablatum.*

Id. lib. vij. indict. 1. Epist. viij. Leoni Episcopo Catanensium. De portionibus Clericorum. *Ad hoc locorum gradus rationis ordo distinxit, & judicia esse constituit,* &c. cod. tom. 13.

Id. eod. lib. indict. ij. Epist. xxvij. Antonio Subdiacono, & Dometiano Abbati & Presbytero à paribus. De concordia facta inter Ecclesias, & Monasteria. *v.*

Ibid. Epist. xxix. Anthemio Subdiacono Neapolitano. *vide.*

Eod. lib. vij. indict. ij. Epist. lxvij. Januario Episcopo Calaritano. *Indicatum etiam nobis est, quod Laïcis quibusdam curam vestri patrimonij committentes,* &c. Tom. 13.

Id. lib. viij. indict. iij. Epist. 1. Gregorius servus servorum Dei, Romano Defensori Siciliæ. *Nihil proficit Sacerdotum culpas ulcisci, & commissa dignâ dejectione crimina vindicare,* &c. v. locum, tom. 14.

Ibid. Epist. vj. Sabino Subdiacono. *Latores præsentium,* &c. . . . . *Quia verò comperimus duas uncias substantiæ suæ prædictum testatorem Ecclesiæ S. Gregorij ubi se sepelire voluit,* &c. v. locum, tom. 14.

Idem, Epist. xxix. ad Fantinum Defensorem. *v. locum.*

Ibid. Epist. xliv. ad Venantium Episcopum Lunensem. Ut ad reparationem Ecclesiarum 20. vel plus solidos conferat. *v. locum.*

Idem, lib. ix. indict. iv. Epist. vj. ad Talitanum. *Cùm tanta nos de vobis oporteat caritate præsumere, ut si,* &c.

Ibid. Epist. xiv. ad Scolasticum Defensorem. De conduma calumnioso Episcopo danda, & Episcopo restituendo. *v. locum.*

Idem, lib. x. Epist. xxxiv. ad Joannem Episcopum Primæ Justinianæ. De Paulino Docleatinæ Civitatis Episcopo. *Sed nunc eumdem Paulum cum auxilio quorumdam sæcularium Judicum venientem Episcopium more prædonis ingressum, ablatisque violenter rebus Ecclesiæ, ab eo se projectum, à summa injuria ad necem penè perductum,* &c. v. locum.

Ibid. Epist. xlij. ad Deodatum Episcopum Mediolanensem. *Nulli dubium est, quia sicut Sacerdotibus res in Episcopatu acquisitas, nulla est alienandi licentia,* &c. v. locum, eod. tom. 14.

Ibid. Epist. xlvj. ad Pantaleonem Notarium. De argento Ecclesiæ secùm deferendo. *vide.*

Ibid. Epist. xlix. ad Joannem Episcopum Syracusanum. De redditibus Ecclesiæ recipiendis. *vide.*

Ib. lib. xj. Epiſt. lj. ad Joannem Epiſcopum Panormitanum. *Primùm ut de rebus Eccleſiæ quaeram in integro portionem, &c.* v. locum.

Ibid. Epiſt. lx. ad eumdem. In tranſmutatione rerum Eccleſię liberam licentiam concedit. *v. locum.*

Id. lib. xij. Epiſt. xxxj. Reſponſ. ad interrogat. 1. Auguſtini Anglorum Epiſcopi. *Mos autem Apoſtolicæ Sedis eſt, ut Epiſcopis ordinatis præcepta tradere ut, &c.* eod. tom. xiv.

Concil. Pariſ. V. anno 615. Can. vj. Ut non ſubducantur quæ ad ſarta tecta Eccleſijs fuerint delegata. *Quæcumque pro ſartis tectis Eccleſijs fuerint delegata, in poteſtate Pontificis, Presbyteri, &c.*

Ibid. Can. vij. Ut defuncti Epiſcopi, aut Clerici cujuſcumque res antè cognitum teſtamentum contingere nemo præſumat. *His etiam conſtitutionibus adnecti, placuit, ut defuncto Epiſcopo, Presbytero, vel Diacono, &c.*

Ibid. Can. viij. Ut quæ Abbates, aut Presbyteri morientes relinquunt, ab Epiſcopo, vel Archidiacono non uſurpentur, ſed in eo loco maneant ubi relicta ſunt. *Comperimus denique cupiditatis inſtinctu, deficiente Abbate, Presbytero, &c.*

Ibid. Can. ix. Ut nemo alterius Epiſcopi, vel Eccleſiæ, res competere aut pervadere audeat. *Id etiamnum adjungi cenſuimus, ut neque Epiſcopus Clericorum vel ſæcularium, &c.*

Ibid. Can. x. Ut ratæ ſint donationes Epiſcoporum & Clericorum Eccleſiæ, vel alijs factæ. *Et quia multæ exgiverſationes infidelium Eccleſiam Dei quærunt collatis privare donarijs, &c.*

Concil. Rhem. anno 626. Can. 1. De rebus Eccleſiæ quæ per precariam impetrantur. *De rebus Eccleſiæ qualiter tractandæ ſint, & de his quæ per precatoriam impetrantur ab Eccleſia, ne diuturnitate temporis ab aliquibus in jus proprium uſurpentur, & Eccleſiæ defraudentur.*

Ibid. Can. xiij. Ut Epiſcopus mancipia, aut res Eccleſiæ non alienet. *Ut Epiſcopus mancipia, vel res ad jus Eccleſiæ pertinentes, neque vendicare, neque per quoſcumque contractus unde pauperes vivunt poſt mortem alienare præſumat.*

Ibid. Can. xvj. Ut defuncto Epiſcopo res Eccleſiæ antè relationem teſtamenti nemo contingat. *Si quis in quolibet gradu vel cingulo conſtitutus, aut poteſtate ſuffulſus, &c.*

Ibid. Can. xx. Ut quæ ab extraneis Epiſcopo donantur, inter Eccleſiæ facultates computentur. *Pontifices quibus in ſummo Sacerdotio conſtitutis, &c.*

Ibid. Can. xxj. Ut Epiſcopi aliarum Eccleſiarum res ſine audientia uſurpare non præſumant. *Si quis Epiſcopus, res quæ ab alia Eccleſia præſentaliter poſſidentur, quocumque ingenio aut callidâ cupiditate pervaſerit, aut ſine audientia præſumpſerit uſurpare, ac ſuis, vel Eccleſiæ ſuæ ditionibus revocare, dum communione non poteſt, ut necator pauperum ab officio deponatur.*

Ibid. Can. xxij. Ut Epiſcopus vaſa Eccleſiæ niſi ad redimendos captivos non frangat. *Si quis Epiſcopus, excepto ſi evenerit ardua neceſſitas pro redemptione captivorum miniſteria ſancta frangere pro qualicumque conditione præſumpſerit, ab officio ceſſabit Ecclesiæ.*

Statuta Synodalia Rhemenſis Eccleſiæ. Cap. xxj. Eccleſiæ debitè dotentur ad alimoniam Paſtoris & Cleri, ut ſecuriùs invigilent ſuper gregem, & de ejus ſalute ſint anxij & ſolliciti.

Concil. Tolet. IV. anno 633. Can. xxxiij. Nè ex facultatibus Eccleſiarum Diœceſis, exceptâ tertiâ oblationum, tributorum, aut frugum, Epiſcopus aliquid auferat.

Ibid. Can. xxxiv. De tricennij tempore, & propter Provincias cauſarum diſcretione.

Ibid. Can. xxxvij. De promiſſo pro ſuffragio præſtito ex rebus Eccleſiæ perſolvendo. *Quicumque Epiſcopi ſuffragio cujuſlibet aliquid eccleſiaſticæ utilitati providerint, &c.*

Ibid. Can. xxxviij. De ſuffragio Fundatoribus Eccleſiarum, vel Filijs eorum ex rebus ab ipſis collatis impertiendo. *Vt locum, tom.* 14.

Concil. Tolet. VI. anno 638. Capitul. v. De ſtipendijs Clericorum, nè à jure alienentur Eccleſiarum. *Sæpè fit ut proprietati originis obſiſtat longinquitas temporis, &c.* v. locum, eod. tom. 14.

Ibid. Capitul. xv. De rebus collatis Eccleſijs, ut in earum jure perdurent. *Quia his qui Principibus dignè ſerviunt atque deferentibus fidele illis obſequium, conſtat nos optimum miniſtraſſe ſuffragium, &c.*

Concil. Cabilon. anno 650. Can. v. Ut ſæculares nondum Clerici, Parochias, aut earum res non regant. *Sæculares verò, qui necdum ſunt ad Clericatum converſi, res Parochiarum, vel ipſas Parochias minimè ad regendum debeant habere commiſſas.*

Ibid. Can. vij. Res defuncti Presbyteri, vel Abbatis intactæ permaneant. *Vt defuncto Presbytero, vel Abbate, nihil ab Epiſcopo auferatur, ab Archidiacono, vel à quocumque de rebus Parochiæ, vel Xenodochij, vel Monaſterij aliquid aebeat minuere: quod qui fecerit, juxtà ſtatuta Canonum debeat coërceri.*

Concil. Tolet. IX. anno 655. Capitul. 1. Ut de rebus Eccleſiæ nihil Epiſcopi auferant, & qualiter proximi Fundatoris Eccleſiarum ſollicitudinem gerant. *Omnis itaque rei eccleſiaſticæ quantitas remedium ſunt veniæ eribuit conferenti, ita, &c.* Tom. 15.

Ibid. Capitul. ij. Ut Fundatores Eccleſiarum quoadusque vixerint, earum habeant curam, ipſique illic Miniſtros eligant ſervituros. *Cùm ſæpè ſit ſolatium etiam illa quæ non debentur prece ſupplicationis, &c.*

Ibid. Cap. iij. Si de rebus Eccleſiæ pro præſtatione aliquid dari dicatur, cauſa præſtiti cognoſcatur. *Si Sacerdos vel Miniſter de rebus Eccleſiæ ſuæ quippiam alicui ſub præſtationem obtentu concedat, in ſerie inſtrumenti cauſam præſtiti evideneer exponat: ut ex hoc, aut juſtè confecta tranſactio innoteſcat, aut fraus incompeeens quæ latet, appareat; aliter verò pro hujus negotij cauſa deinceps ſcriptura confecta non valeat.*

Ibid. Cap. iv. De conquiſitis rebus inter Eccleſiam & Sacerdotis inteſtati hæredes, quæ diviſio fiat? *Sacerdotes, vel quippè illi ſunt quibus eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, &c.*

Ibid. Cap. v. Si Epiſcopus Monaſterium faciat, vel Parochiam Eccleſiam ditet, quantam partem de rebus Eccleſiæ conferat? *Bonæ rei dare conſultum, & præſentis habetur vitæ ſubſidium, &c.*

Ibid. Cap. vj. Ut Epiſcopus tertiam eccleſiaſticarum rerum ſibi debitam conferat. *Cùm præteritis ſanctionibus notiſſimum habeatur, quæ de rebus Parochialium Eccleſiarum pars Epiſcopo conferatur, opportunè duximus decernendum, ut ſi*

Episcopus tertiam quam de rebus eisdem sanctionē paternâ sibi debitam novit, ut ipsi Ecclesiæ, cujus res esse patescit, aut alteri Ecclesiæ cui elegerit, conferre decreverit, & licitum maneat & irrevocabile robur ejus sententia ferat.

Ibid. Cap. vij. Nè extrà constitutum ordinem morientis Sacerdotis hæredes rem ejus adire præsumant. *Propinqui morientis Episcopi nihil de rebus ejus absque Metropolitani cognitione usurpare præsumant, &c.*

Ibid. Cap. viij. Ut scripturæ quas Sacerdotes vel Ministri injustè fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum. *Si Sacerdotes, vel Ministri dum gubernacula Ecclesiarum administrare videantur contrà Patrum sanctissima sanctiones de rebus Ecclesiæ definisse aliqua reliquit, supputationis ordo subsistabit. Nusquàm etenim poterit ad tritennium temporis pertinere vita irritè judicantis; quia status contractuum initia non assumpsit ab origine æquitatis.*

Ibid. Cap. ix. Quantum commodum sibi Episcopus tollat de Ecclesia, cujus tumulaverit Sacerdotem. *Plerique dum rapinis inhiant, ut non debent, aut miserationis opus condignè non implent, &c.* v. locum, tom. 15.

Concil. Tolet. X. anno 656. Capitul. iij. De non permittendo Laïcis imperare Religiosis. *Reverentiæ totius auditum, quia res adiit dura, non frustrà cogimur hanc duriori extirpare censurâ, &c.* eod. tom.

Concil. Emerit. anno 666. Capitul. xiv. De pecunia quæ in Ecclesia Dei offertur, fideliter colligenda, & fideliter dividenda.

Ibid. Cap. xvj. Vt Episcopo non liceat tertiam de Parochitanis Ecclesijs tollere, sed quæ instituta sunt debeat observare. *Benè disposuit divina gratia quidquid unaquæque Ecclesia à fidelibus collatum est, habeat, &c.*

Ibid. Cap. xvij. Vt post mortem Episcopi, nulli subjectorum liceat de eo quidquam detrahere.

Ibid. Cap. xviij. Vt Parochitani Presbyteri, juxtà ut posse habuerint, de familia Ecclesiæ suæ Clericos sibi faciant & habeant. *v. locum, eod. tom.* 15.

Concil. Bracar. IV. anno 675. Capitul. ix. Nè Rectores Ecclesiæ plus propria quàm ecclesiastica jura laborare intendant. *Non decet Rectores in suis strenuos, & in ecclesiasticis rebus esse remissos, &c.* eod. tom.

Concil. Tolet. XIII. anno 683. Capitul. vij. De his qui pro accidentia jurgiorum Altaria nudare præsumunt, vel luminaria Ecclesię subtrahunt. *v. loc. tom.* 17.

Leges ecclesiasticæ Inæ Regis Occiduorum Saxonum, anno 693. Lex iv. De censu Ecclesiæ quando sit reddendus?

Ibid. Lex ix. De censu Ecclesiæ undè sit reddendus? *eod. tom.* 17.

Concil. Tolet. XVI. anno 693. Capitul. v. De reparatione Ecclesiarum, vel diversis alijs causis. *Vide quoque Not. super Can.* 5. Reditus Ecclesiæ in quatuor partes dividendi; scilicet Episcopo, Presbyteris, & Diaconibus & omni Clero, & tertia pars Ecclesiarum reparationi, & quarta pauperibus, infirmis, & peregrinis. *eod. tom.* 17.

Flavius-Egica Rex In Concilio Tolet. XVI. anno 693. *Deindè quia comperimus quod multæ Dei Basilicæ in dispersis locis vestrarum Parochiarum constitutæ, &c.* v. locum, eod. tom.

Ibid. Capitul. v. De reparatione Ecclesiarum. *Quamquam in præteritis Sanctorum Patrum diversis causis sententiæ enitescant, &c.*

Concil. Tolet. XVII. anno 694. Sentent. 1. De rebus Epiſcopi proprij acquiſitis. *Quidquid Epiſcopus de ſuo proprio habet, ad hæredes ſuos relinquat*
Agath. 48. *quidquid de proviſione Eccleſiæ ſuæ, ſive de agris, ſive de frugibus, ſive de oblationibus, omnia in jure Eccleſiæ ſervare cenſuimus.*

Ibid. Sententia ij. De non alienandis ab Epiſcopo rebus. *Diaconeſ, Presbyteri in Parochia conſtituti, de rebus Eccleſiæ ſibi creditis nihil audeant commutare, &c.* v. locum, eod. tom. 17.

Ibid. Sentent. iv. De Epiſcopis, qui per teſtamentum de rebus Eccleſiæ aliquibus contulerunt. *Si Epiſcopus condito teſtamento aliquid de eccleſiaſtici juris*
Epaon. 17. *proprietate legaverit, aliter non valebit, niſi vel tantùm de juris proprij facultate ſuppleverit.*

Ibid. Sentent. vj. De Presbyteris Paræcitanis, res Eccleſiæ diſtrahentibus. *Quidquid Paræciarum Presbyter de eccleſiaſtici juris poſſeſſione diſtraxerit, inane habeatur & vacuum, venditoremque comparantis actione vertentem.*

Ibid. Sentent. vij. De eiſdem. Quidquid emerint in nomine Eccleſiæ comparent. *Presbyter dùm Diœceſim tenet, de his quæ emerit ab Eccleſiæ nomine ſcripturam faciat, ut ab ejus quam tenuit Eccleſiæ ordinatione diſcedat.*

Ibid. Sentent. xij. De rebus Eccleſiæ uſu collatis, ut præſcriptione temporis non defendantur. *Clerici quod etiam ſine Præceptoris qualibet diuturnitate temporis, de Eccleſiæ remuneratione poſſiderint, cum auctoritate Domini Glorioſiſſimi Principis noſtri in jus proprium præſcriptione temporis non vocentur, dummodò pateat Eccleſiæ rem fuiſſe; nè videatur etiam Epiſcopi adminiſtrationis prolixæ, aut præcatoriæ, cùm ordinati ſunt, facere debuiſſe, aut diù tentas facultates proprietatis ſuæ poſſe tranſcribere.*

Gregor. II. Epiſt. iv. ad Clerum, Ordinem, & Plebem, cui Bonifacius ordinatus fuerat Epiſcopus. *Miniſteria atque ornatum Eccleſiæ, vel quidquid illud eſt in patrimonio ejuſdem non minuere ſtudeat, ſed augere: de reditu vero Eccleſiæ vel oblatione fidelium, quatuor faciat portiones, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam eccleſiaſticis fabricis noverit reſervandam; de quibus divino erit judicio redditurus rationem.*

Ibid. Capitulare Gregorij II. datum Martiniano Epiſcopo, & Gregorio Presbitero in Bavariam relegatis. Capitul. v. *Miniſteria atque ornatum, &c.* ut ſuprà, eadem ſunt verba.

Concil. Romanum I. ſub Gregorio II. anno 721. Capitul. xiij. De præceptis Eccleſiæ obſervandis. *Si quis in quamlibet partem præcepta antè emiſſa Apoſtolicæ Eccleſiæ de locis diverſis temeraverit, & non in omnibus obſervaverit, anathema ſit: & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.*

Zachar. Pap. Epiſt. ix. ad Bonifacium Archiepiſcopum. ..... De cenſu verò expetendo, eo quod impetrare à Francis ad reddendum Eccleſijs, vel Monaſterijs non potuiſti aliud quàm ut vertente anno ab unoquoque conjugio ſervorum 12. denarij reddantur: & hoc gratias Deo quia potuiſti impetrare, & dùm Dominus donaverit quietem, augeantur & luminaria Sanctorum pro eo quod nunc tribulatio accidit Saracenorum, Saxonum, vel Friſonum, ſicut tu ipſe nobis innotuiſti.

Ibid. Epiſt. xij. ad eumdem. De cenſu autem Eccleſiarum, id eſt ſolidum de caſata ſuſcipe, & nullam habeas hęſitationem dùm ex eo poteris eleemoſy-

nam tribuere, ac in Chriſti pauperes partiri & opus perficere Sanctarum Eccleſiarum juxtà Canonum inſtituta.

Ibid. in eadem. Etenim de Scholaris Chriſtianorum terram habitantibus, ſi oporreat cenſum accipere interrogaſti. Hoc quidem conſilio non indiget, dùm rei cauſa eſt manifeſta. Si enim ſine tributo ſederint, ipſam quandoque propriam ſibi vindicabunt terram. Si verò tributum dederint, norunt Dominatorem ipſam terram habere.

Concil. Germanic. I. anno 742. Can. 1. *Et fraudatas Ecclesiarum pecunias, Ecclesijs reſtituimus.*

Præceptum Stephani Pap. II. Fulrado amabili Presbytero & Abbati. *Igitur quia petiſtis à nobis quatenùs hoſpitale positum infrà Basilicam B. Petri, &c.* (Er il luy accorde ſa vie durant.) *v. locum, tom.* 17.

Concil. Liprin. anno 743. Can. ij. De pecunia eccleſiaſtica ſub precario & cenſu in ſubſidium exercitûs præſtanda.

Concil. Bavaric. apud Dingolvingam, anno 772. Can. ij. De hæreditate quæ tradita eſt ad Eccleſiam, ira conſtituit, ut quiſquis hæreditatem ſuam ad Eccleſiam antè donaverat, aut poſteà donaverit, ſi quid mutare voluerit, Chartam ſuam habeat ità ſcriptam, ut locum, tempus, & perſonam habeat, aut rribus teſtibus fidelibus & nobilibus teſtificetur. Si Sacerdos non habeat charram nec reſtem, ut prædiximus, tunc ſicut in Lege Bajoariorum, & Judex judicat ſic defendat.

Ibid. Can. vj. De eo quod, ut ſi qui de nobili genere de hæreditate ſua dare ad Sanctuarium Dei, in ſua poteſtate eſſet, nemo prohibuiſſet, nec mutarer in perpetuum.

Capitulare Caroli Magni Regis, anno 787. Capitul. xiv. De nonis & decimis, vel cenſu Eccleſiarum.

Ibid. Capitul. xvj. De Tributaris Eccleſiarum. *v. tom.* 18.

Concil. Nicæn. II. anno 787. Can. xij. Quòd non oporteat Epiſcopum vel Abbatem alienare quid de * proaſtijs Eccleſiæ. ιβ'. Ὅτι οὐ δεῖ ἐκποιεῖσθαι ἐπίσκοπον ἢ ἡγούμενον ἐκ τῶν πρὸς ᾠδὴν τῆς ἐκκλησίας. ΕἼτις ἐπίσκοπος, &c. *Quiſquis Epiſcopus inventus fuerit vel Abbas de * ſalarijs Epiſcopij, ſive Monaſterij transferre quidquam, &c.* v. loc. tom. 18.

* ſuburbanis. * agris, ſeu fundis.

Concil. Francoford. anno 794. Can. xxvj. Ut Eccleſiæ reſtaurentur per eos qui beneficia habent, & ut indè ablata reſtituantur. *Ut domus Eccleſiarum, & tegmenta ab eis fiant emendata, vel reſtaurata, qui beneficia exindè habent. Et ubi repertum fuerit per veraces homines, quòd lignamen & petras ſive regulas quæ in domibus Ecclesiarum fuerint, & modo in domo ſua habeat, omnia in Ecclesia fiant reſtaurata, undè abſtracta fuerunt.*

Capitula eccleſiaſtica Caroli Magni, titul. ij. Cap. 1. Supplicatio populi ad Carolum Magn. Sacerdotum causâ. FLEXIS omnes precamur poplitibus Majeſtatem veſtram, ut Epiſcopi deinceps, ſicut hactenùs non vexentur hoſtibus, ſed quando vos noſque in hoſtem pergemus, ipſi proprijs reſideant in Parochijs, Deoque fideliter famulari ſtudeant, & eorum ſacroſancta Myſteria canonicè & Deo placitè peragere ſatagant, atque pro vobis, & cuncto exercitu veſtro unà cum omnibus ſibi commiſſis orare viriliter, Miſſaſque decantare, & Litanias atque eleëmoſynas facere decertent. Quoſdam enim ex eis in hoſtibus

prælijs vulneratos vidimus, & quoſdam perijſſe cognovimus, &c. *vide locum fusè, tom. 19.*

Ibid. Cap. v. De his qui putaverunt idcircò præceptum fuiſſe non ire ad pugnam Sacerdotes, ut honor eis minueretur. QUIA inſtigante antiquo hoſte audivimus quoſdam nos ſuſpectos habere, propterea quod conceſſimus Epiſcopis & Sacerdotibus, ac reliquis Dei ſervis, ut in hoſtes, niſi duo aut tres à cæteris electi, & Sacerdotes ſimiliter perpauci ab eis electi, non irent, ſicut in prioribus noſtris continetur Capitularibus, nec ad pugnam properarent, nec arma ferrent, nec homines tàm Chriſtianos quàm Paganos necarent, nec agitatores ſanguinum fierent, vel quidquàm contrà Canones facerent, quod honores Sacerdotum, & res Eccleſiarum auferre vel minorare eis voluiſſemus: quod nullatenùs facere velle, vel facere volentibus conſentire, omnes ſcire cupimus, &c. *v. locum fusè.*

Ex Capitulis Caroli Magni, ad Theatonem Villam, anno 5. datis. Ad omnes de theſauris eccleſiaſticis. Cap. iv. XX. Ut ſinguli Epiſcopi, Abbates, ſeu Abbatiſſæ diligenter conſiderent theſauros eccleſiaſticos, nè propter perfidiam aut negligentiam cuſtodum aliquid de gemmis, aut de vaſis, reliquo quoque theſauro perditum ſit: quia dictum eſt nobis, quòd negotiatores Judæi, necnon & alij gloriantur, quod quidquid eis placet, poſſint ab eis emere.

Concil. Arelat. VI. anno 813. Can. xx. Ut antiquis Eccleſijs ſua jura ſerventur. *Ut Ecclesiæ antiquitùs conſtitutæ, nec decimis nec ullâ aliâ poſſeſſione priventur.*

Ibid. Can. xxv. Ut qui de rebus Eccleſiæ beneficium habet, ad ejus reſtaurationem adjuvet. *Ut ſi quis beneficium de rebus Ecclesiæ habet, ad tecta ejuſdem Ecclesiæ reſtauranda, vel ad ipſas Ecclesias ædificandas omninò adjuvet.*

Concil. Mogunt. anno 813. Can. viij. De poteſtate Epiſcoporum pro rebus eccleſiaſticis, ac de convenientia Epiſcoporum in Laïcis. UT Epiſcopi poteſtatem habeant res eccleſiaſticas providere, regere, gubernare, atque diſpenſare, ſecundùm Canonum auctoritatem volumus: & ut Laïci in eorum miniſterio obediant Epiſcopis ad regendas Eccleſias Dei viduas, & orphanos defenſandos, & ut obedientes ſint eis ad eorum chriſtianitatem ſervandam. Et Epiſcopi conſentientes ſint Comitibus & Judicibus ad juſtitias faciendas: & ut nullatenùs per aliquorum mendacium, vel falſum teſtimonium, neque per perjurium, aut per præmium, lex juſta in aliquo depravetur.

Capitular. l. 5. c. 114.

Ibid. Can. xlj. Ut antiquæ Eccleſiæ honorem ſuum habeant. *Ut Ecclesiæ antiquitùs conſtitutæ, nec decimis, nec alijs poſſeſſionibus priventur, ita ut novis oratorijs tribuantur.*

Capitular. lib. 11. c. 36. 16. q. 1. Eccleſ. antiq.

Ibid. Can. xlij. Quicumque beneficium eccleſiaſticum habent ad tecta Eccleſiæ reſtauranda, vel ipſas Eccleſias emendandas, omninò adjuvent, & nonam & decimam reddant.

Capitular. lib. 5. c. 92. c. 1. De Eccleſijs.

Concil. Rhem. II. anno 813. Can. xxxvj. De ijs qui res Eccleſiæ per precariam, per malum ingenium acquiſierint. *Ut quicumque per cupiditatem & malum ingenium, aliorum res sibi acquisierint, &c.*

Ibid. Can. xxxvij. De eod. argumento. *Ut ſi quilibet hominum res Ecclesiæ per mendacia, vel mala ingenia in precariam sibi acquirere & habere voluerit, &c.* v. locum, tom. 20.

Concil. Turon. III. anno 813. Can. lj. De ijs qui ob traditiones Ecclesiæ à parentibus factas, exhęredati dicebantur. *Diligenter tractare & inquirere pariter cœpimus in Conventu nostro, &c.* eod. tom.

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. vj. Non cogendi fideles res suas Ecclesijs dare. IMPUTATUR quibusdam Fratribus, eò quòd avaratiæ causâ hominibus persuadeant, ut abrenuntiantes sæculo res suas Ecclesiæ conferant: quòd penitùs ad omnium mentibus eradicandum est. Animarum quippè salutem inquirere Sacerdos, non lucra terrena debet; quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, neque circumveniendi. Oblatio namque spontanea esse debet, juxtà illud quod ait Scriptura: *Voluntariè sacrificabo tibi*; & illud: *Omnis Populus mente devotâ obtulerunt donaria Domino.* Ecclesia verò sancta non solùm fideles spoliare non debet, quin potiùs inopibus opem ferre, ut debiles, pauperes, viduæ, orphani, & cæteri necessitatem patientes, à sancta Ecclesia, ut puta, à pia matre, & omnium gubernatrice subsidium accipiant: quia res Ecclesię, quibus Episcopi, non ut proprijs, sed ut commendatitijs uti debent, precia sunt peccatorum, patrimonia pauperum, stipendia fratrum in communi viventium. Ps. 53. Exod. 35

Ibid. Can. vij. Vt qui machinationibus quibuslibet circumventi comam deposuerint, res eorum hęredibus reddantur, & pœnitentiam agant qui persuaserunt. *Constituit sanè sacer iste Conventus, ut Episcopi, sive Abbates, &c.* v. locum, eod. tom. 19. 16. q. 7. constituit. 20.

Ibid. Can. xxvj. Vt Ecclesia inter hæredes non dividatur. *Perlatum ad nos est, quod inter hæredes Ecclesiæ in rebus proprijs constitutæ dividantur, &c.* v. locum. q. 3. constituit. addit. 3. c. 25.

Capitulare Caroli Magni, anno Imperij ejus 13. Cap. xix. Ecclesijs antiquis, sua Jura serventur. *Ut Ecclesiæ antiquitùs constitutæ, nec decima, nec aliâ ullâ possessione priventur, ita ut novis tribuatur Ecclesijs.*

Ibid. Cap. xxiv. Vt qui beneficium habet Ecclesiæ, ad ejus sarta tecta adjuvet. *Ut quisquis beneficium ecclesiasticum habet, ad tecta Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias omninò adjuvet.*

Concil. Aquisgran. anno 816. Cap. lxxxviij. Quòd non liceat Clericos post obitum Episcopi sui bona ejus diripere. *Ex Concil. Calchedon.* Non licere Clericis post obitum sui Episcopi, res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoque est Canonibus constitutum. Quòd si hoc facere tentaverint, graduum suorum periculo subjacebunt.

Ibid. Cap. lxxxix. Si quis Clericorum pauper promotus in ordine, posteà habuerit aliquid, Ecclesiæ potestati subjiciat. *Concil. Carth.* Item placuit, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicumque Clerici qui nihil habentes ordinantur, & tempore Episcopatûs, vel Clericatûs sui agros vel quęcumque prædia nomine suo comparant, tamquàm rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti in Ecclesia edam ipsa contulerint. Si autem ipsis propriè aliquid liberalitate alicujus, vel successione cognationis obvenerit, faciant indè quod eorum proposito congruit. Quòd si à suo proposito rerrorsùm exorbitaverint, honore ecclesiastico indigni, tamquàm reprobi judicentur.

Ibid. Cap. cxvj. Quid sint Res Ecclesiæ? RES Ecclesiæ, sicut à Sanctis Patribus traditur, & in superioribus Capitulis continetur, vota sunt fidelium, *Quid sint res Ecclesiæ.*

precia peccatorum, & patrimonia pauperum. : Fideles namque, &c. *v. locum, tom. 21.*

Ibid. Cap. cxx. Qui Clerici in Congregatione canonica constituti, ecclesiastica accipere debent stipendia. QUIA Sanctorum Patrum suprà notatæ sententiæ docent, Clericos non divitiarum sectatores esse, nec res Ecclesiarum inofficiosè accipere debere, non ab re putavimus, nonulla Capitula libri Prosperi ad medium, & exempli causâ deducere, in quibus ita legitur. Qui Ecclesiæ serviunt, & ea quibus opus non habent, aut libenter accipiunt, aut exigunt, nimis carnaliter sapiunt, &c. *v. locum.*

De vita cont. imp. lib. 2. c. 4.

Ludovici Pij Imperat. Capitulare 1. anno Imperij ejus 3. De rebus Ecclesiæ non dividendis. QUIA juxtà Sanctorum Patrum traditionem novimus res Ecclesiæ vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, &c. *v. locum, eod tom.*

Capitular. lib. 1. c. 83.

lib. 1. c. 89. Ibid. Cap. vij. De personis à quibus non sunt res accipiendæ. Statutum est ut nullus quilibet Ecclesiasticus ab his personis res deinceps accipere præsumat, quarum liberi, aut propinqui hac inconsultâ oblatione possint rerum propriarum exhæredari. Quòd si aliquis deinceps hoc facere tentaverit, ut acceptor Synodali vel Imperiali sententiâ districtè feriatur, & res ad exhæredatos redeant.

Ibid. Cap. viij. De Tonsura ob res adipiscendas non suadenda. Statutum est etiam ut nullus in canonica aut regulari professione constitutus aliquem tonsurare propter res adipiscendas deinceps persuadeat : & qui hoc facere tentaverit, Synodali vel Imperiali sententiâ modis omnibus feriatur.

lib. 1. c. 91. Ibid. Cap. x. De mansis unicuique Ecclesiæ. Statutum est ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque ullo servitio attribuatur, & Presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus neque atrijs, vel hortis, juxtà Ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod servitium faciant præter ecclesiasticum. Et si aliquid ampliùs habuerint, indè senioribus suis debitum servitium impendant.

lib. 1. c. 94. Ibid. Cap. xiij. De sacris vasis Ecclesiæ in pignus datis. De sacris vasis Ecclesiæ, quæ in pignus à nonullis in quibusdam locis dari comperimus, inhibitum est, nè deinceps à quoquam fieri præsumatur, nisi solummodò necessitate redimendorum captivorum.

lib. 1. c. 110. Ibid. Cap. xxix. De incestis nuptijs, & de Ecclesijs non dividendis. Nonulla verò Capitula, sicut de incestis nuptijs, nec non & de Ecclesijs, quæ inter cohæredes dividuntur, &c. *v. locum.*

Conciliabulum Cloveshoviæ 3. Kal. Novembris, anno 814. *vide.*

Ex Capitulis Domni Ludovici in Ingilanheim, Apostolicâ auctoritate, & Synodali sanctione, omnium Clericorum ac Laïcorum generaliter consensu atque hortatu decretis. *sub fin.* . . . . Qui verò de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerit, graviùs indè judicetur : quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur, qui ex his aliquid aut abstulerit, aut rapuerit. Infames quoque tales personæ usque ad satisfactionem Ecclesiæ, quam læserunt, sunt habendæ.

Ludovici Pij Imperat. Capitulare III. anno 828. Cap. ij. De Ecclesijs quæ inter cohæredes divisæ sunt consideratum est, quatenùs si secundùm providen-

tiam & admonitionem Episcopi, ipsi cohæredes eas voluerint tenere, & honorare faciant. Sin autem hoc contradixerint, ut in Episcopi maneat potestate, utrùm eas ita consistere permittat, aut Reliquias exindè auferat. Et ubi ad beneficium nostrum Ecclesiæ pertinentes, ita inventæ divisę fuerint, ut describantur, & nobis renuntietur.

Concil. Paris. VI. anno 829. Can. xv. Qualiter tractandę, vel quid sint res Ecclesiæ?

Ibid. Can. xvj. Ut in rebus Ecclesiæ circà propinquos suos expensandis, modum Episcopi teneant discretionis.

Ibid. Can. xvij. Quòd nulli Episcoporum liceat res Ecclesiæ extrà constituta Canonum passim in alterius jura transferre.

Ibid. Can. xviij. Quòd res Ecclesię non sint Sacerdotibus, si eas strenuè dispensaverint, causa peccati. *v. locum, tom.* 21.

Concil. Aquisgran. II. anno 836. Cap. iij. titul. viij. De facultatibus Ecclesiæ per Laïcos non distrahendis, sed ab Episcopo dispensandis. *v. eod. tom.* 21.

Concil. ad Theodonis Villam, anno 844. Capitul. iv. De rebus ecclesiasticis non pervadendis, præter subsidium, quod exindè offertur Reipublicæ. *v. eod. tom.*

Concil. Vernense II. anno 844. Can. xij. Ut Ecclesijs restituantur loca & prædia ecclesiastica, quę Laïci possident. *v. eod. tom.*

Concil. Belvacense, anno, anno 845. Capitul. iij. Ut res Ecclesijs oblatæ restituantur.

Ibid. Cap. iv. Ut præcepta illicita de rebus Ecclesiæ rescindantur.

Ibid. Cap. v. Ut injustæ constitutiones ab Ecclesia non exigantur.

Ibid. Cap. vj. Ut Ecclesiæ contrà oppressores defendantur.

Ibid. Cap. vij. Ut præcepta Ecclesijs data firmentur. *v. locum, eod. tom.* 21.

Concil. Meldense, anno 845. Can. xj. ex Synod. apud Theod. Villam. De rebus ecclesiasticis non pervadendis.

Ibid. Can. xlij. ex Synod. Meld. acta. Ut Missi dirigantur, qui res ecclesiasticas in alodium datas inquirant.

Ibid. Can. lxiij. Ut de manso Ecclesiæ alijsvè indebitus census à Presbyteris non exigatur.

Concil. Mogunt. I. anno 848. Capitul. vij. De potestate Episcoporum super res ecclesiasticas.

Concil. Suession. II. anno 853. Can. ix. Ut ex ecclesiasticis possessionibus nonæ ac decimæ persolvantur.

Ibid. Can. xiij. Ut nullæ res ecclesiasticæ absque Regis permissu commutentur.

Capitula à Domno Carolo Rege, in ead. Synodo, anno 853. Capitul. v. De rebus ecclesiasticis in alodem datis.

Ibid. Cap. vj. De rebus ecclesiasticis undè nonæ ac decimę solvi debent.

Ibid. Cap. xj. Quòd super beneficia ecclesiastica & præstarias regia præcepta consensu Regis non fiant.

Ibid. Cap. xij. Ut commutationes rerum ecclesiasticarum, vel mancipiorum, sine consensu Regis non fiant.

Concil. Valentin. III. anno 854. Can. x. Ut nonæ ac decimæ de rebus Ecclesiæ subtractis persolvantur, & decimæ de omnibus quæ possidentur.

Ibid. Can. xxj. De commutationibus rerum ecclesiasticarum, nullatenùs, aut diligentissimâ curâ faciendis. *v. locum, in fine tom.* 21.

Appendix Epistolar. Nicol. Pap. I. Epist. xxj. ad Carolum Calvum Regem. *Sub fin.* 2. *pag.* .... Sed petimus, ut sicut nos audientes, id ei concessimus, ita pietas vestra pro eo quod, &c. *ad hæc verba*: subtiliter considerandum relinquimus.

Idem, Epist. ad Frotarium Burdigalensem Archiepiscopum. Invasoribus rerum ecclesiasticarum quæ pœnitentia sit imponenda? *De viro nefando Burgando nomine, qui rabie insanâ commotus, &c.* vide locum, tom. 22.

Hincmar. Rhem. Archiepisc. Capitula, data in Synodo Rhem. anno 874. iv. De ijs qui de facultatibus ecclesiasticis alodes comparant, & illos Ecclesiæ non derelinquunt. *Quosdam vestrûm Ecclesias vestras negligere, & alodes audio comparare, & in eis mansos extruere atque extolere, ac in eisdem mansis fœminarum habitationem habere, eosque mansos, &c.* v. loc. cod. tom.

Isaac. Episc. Lingon. Canones, titul. vj. De rapacibus, ex lib. vij. cclxvij. Cap. vj. Ut hi qui res Ecclesiæ invadunt, vastant, vel diripiunt, si monente Episcopo non se correxerint, Communione priventur. *Si quis cujuscumque munuscula Ecclesiæ sanctis Scripturarum citulis collata, nefariâ calliditate abstulerit, fraudaverit, invaserit, recentaverit, atque suppresserit, & non statim à Sacerdote commonitus Deo collata reddiderit ab Ecclesiæ Catholicæ Communione pellatur.*

Ibid. Cap. vij. De his qui res Ecclesiæ traditas invadunt, vel vastant, aut
VII.199. absque proprij Episcopi consensu accipiunt. Ex eod. lib. cap. cclxxv. *Si quis res Ecclesiæ debitas vel proprias Sacerdotis horrendæ cupiditatis instinctu occupaverit, retinuerit, aut à potestate, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. viij. De his qui oblationes defunctorum retinent. Ex eod. lib.
VII.199. *Similis etiam his qui oblationes defunctorum Ecclesijs vel Sacerdotibus legaliter dimissas, quolibet modo assignare tardaverint, vel retinere præsumpserint, districtionis ecclesiasticæ juxtà priores Canones forma servetur. Cui etiam sententiæ subjacebit, quisquis sibi quolibet ordine, quod pro devotione sua Ecclesijs dedit, revocare præsumpserit.*

Ibid. Cap. ix. De Abbatibus, Presbyteris, vel reliquis Ministris, rebus ecclesiasticis non alienandis. *Abbatibus, Presbyteris, cæterisque Ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio traditis, nihil alienare, vel obligare absque permissione & subscriptione Episcopi sui liceat. Quòd si præsumpserint, degradentur Communione concessâ, & quod temerè præsumptum vel alienatum est, ordinatione Episcopi revocetur.*

Ejusd. titul. vij. De sacrilegis. Cap. 1. Quòd prædones Ecclesiæ, sacrilegi
lib. vij. cap. 295. sint, sicut Scripturę testimonio comprobatur. *Sacrilegi sunt Ecclesiæ prædones; undè & in Concilio Agathensi sub quarto Capitulo decretum habetur ita: Amico quidpiam rapere furtum est, Ecclesiæ verò fraudari vel abstrahi subripique sacrilegium. Omnes enim contrà Legem facientes, resque Ecclesiæ diripientes, vel Ecclesias Sacerdotesque contrà divinas sanctiones vexantes, sacrilegi vocantur, atque indubitanter infames, sacrilegique habendi sunt.*

Ibid.

Ibid. Cap. ij. Quòd ea quæ Domino conſecrantur, ad jus eccleſiaſticum pertinent. *Ea quæ Domino offeruntur vel conſecrantur, ad jus pertinent Sacerdotum, & ſacrilegi ſunt omnes, qui ea auferunt, vel in aliud transferunt.* VI. 296.

Ibid. Cap. iij. Quis ſi digniratem præſumpſerit, quam non meruit, à Principe, vel juſto Seniore ſacrilegus habeatur. *Omnibus ſciendum eſt, quòd ſacrilegi fures ſint cuncti qui res Eccleſiæ diripiunt, vaſtant, invadunt, vexantque, &c.* v. locum fusè. VI. 312.

Ibid. Cap. iv. De ſacrilegis, quòd fures ſint, teſte Scripturâ. Ex eod. Cap. cccxcv. *Omnibus ſciendum eſt, &c.* ut ſuprà.

Ibid. Cap. v. Quòd quidquid Domino offertur, Sanctum Sanctorum ſit, & pertineat ad jus Sacerdotum. *Nulli liceat ignorare, quòd omne quod Domino conſecratur, ſive homo fuerit, &c.* v. loc. VI. 303.

Ibid. Cap. vj. De his ſacrilegis, qui Eccleſiæ ejuſque Sacerdotibus injurias inferunt. Ex eod. cap. cccxcvij. *Si quis in hoc genus ſacrilegij proruperit, ut in Eccleſias, earumque res irruens, &c.* v. locum. IV. 304.

Ibid. Cap. vij. Quòd omnia quæ Domino offeruntur, procul dubio & conſecrabuntur. Ex eod. lib. cap. cccxcviij. *Omnia quæ Domino offeruntur, procul dubio & conſecrantur, &c.* v. locum fusè. VI. 305.

Ibid. Cap. ix. Ut capitali ſententiâ mulctentur, qui ſacrilegia, adulteria, prædationes, aut devaſtationes exercuerint. Ex eod. cap. cccxxij. *Sub pœna capitali ſacrilegia, adulteria, prædationes, vaſtationeſque, &c.* v. locum, tom. 22. VI. 325.

Ibid. Cap. x. De plebe adversùs ſacrilegos cuſtodienda. Ex lib. vij. cap. lv. *Antè tribunal Domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare, qui plebem ſuam contrà ſacrilegæ perſuaſionis aucti res noluerit cuſtodire.*

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. tit. xliv. Ut res quas in ſacris ordinibus acquiſierint (Presbyteri) proprijs Eccleſijs derelinquant: hæreditarias verò juxtà arbitrium propriæ voluntatis diſtribuant.

Ibid. tit. lxxxj. Qui res Eccleſiæ invadunt, vaſtant, vel diripiunt, ſi monente Epiſcopo non ſe correxerint, excommunicentur.

Synodus Cariſiaca, anno 856. *In med.* 2. *pag.*.... Res & facultates eccleſiaſticas, quæ ſunt vota fidelium, pretia peccatorum, ſtipendia ancillarum & Dei ſervorum, dæpradari, & ab Eccleſijs diſcindi nolite ſuſtinere: *v. locum fusè, ad hæc verba*: Imple facies eorum ignominiâ. *eod. tom.* 22.

Excerptiones Egberti Archiepiſc. De Jure Sacerdotali. Unuſquiſque Sacerdos Eccleſiam ſuam cum omni diligentia ædificet, & Reliquias Sanctorum cum ſummo ſtudio vigiliarum noctis & divinis officijs conſervet.

Item, de eod. argum. Ut omnes Sacerdotes horis competentibus diei ac noctis ſuarum ſonent Eccleſiarum ſigna, & tunc Deo celebrent officia, & populos erudiant, quomodo aut quibus feſtis & diebus dominicis unuſquiſque Sacerdos Evangelium Chriſti prædicet populo.

Ibid. De rebus Eccleſiæ alienatis. Si quis Epiſcoporum aut Presbyterorum vel Miniſtrorum ex rebus Eccleſiæ, quę in quibuſcumque locis à fidelibus largiuntur, aliquid aufert, & malè rapta cum confuſione reſtituet, & excommunicationis animæ ſententiam ſubibit.

Ibid. De furto Eccleſiæ. Pecunia eccleſiaſtica furata, ſive rapta reddatur quadruplum, popularia dupliciter.

Ibid. de eod. argum. Si quis furatus pecuniam ab Ecclesia, mittatur fors, ut aut illius nasus abscindatur, aut in carcerem mittatur diù jejunans & gemens; & reddat integrum quod abstulit, aut peregrinus abjiciatur, & restituat duplum, & si in patria permanserit, quadruplum restituat, & semper pœniteat.

Item, de tutela Ecclesiæ *v. titul.* De Azilis & Refugijs.

Ecclesiæ cura propter rerum turbidines non deserenda. De cætero, Frater carissime, quia nobis æqualis labor & magis periculum imminet, quàm cæteris Sacerdotibus, quia Canones antiqui præcipiunt, ut omnes sciant, Metropolitanum sollicitudinem totius Provinciæ gerere, & ut verbi gratiâ dicam, sicut timeo navem gubernandam inter fluctus fieri maris suscepimus, quam nec cautè regere, nec sine peccato dimittere valeamus; quia ut quidam sapientum dicit, si periculosum est navem inter fluctus cautè non regere, quantò periculosiùs est eam undis intumescentibus fluctuantem in tempestate relinquere? Et idcircò Ecclesia quæ velut navis magna per mare mundi hujus enavigat, quæ diversis tentationum fluctibus in hac vita tunditur, non est tamen relinquenda, sed regenda: cujus rei in exemplo prioris Patres habemus Clementem & Cornelium, & cæteros complures in Urbe Romana, Cyprianum in Carthagine, Athanasium in Alexandria, qui sub Paganis Imperatoribus Navem Christi, imò carissimam Sponsam ejus Ecclesiam scilicet, docendo, defendendo, laborando, & patiendo usque ad sanguinis effusionem gubernabant. Possum enim de memetipso pro certo juxtà vocem Cantici Canticorum dicere: *Filij Matris meæ pugnaverunt contrà me, posuerunt me in custodem in vineis, vineam meam non custodivi.* Vinea enim secundùm Prophetam Domini Sabaoth, domus Israël est: nunc videlicet Ecclesia Catholica esse comprobatur, cujus Synodum congregandam & hortendam jussu Pontificis Romani, & rogatu Principum Francorum & Gallorum sub spe restaurandæ Legis Christi: *Suscepi, circumfodi,* Isa. 5. *cophinum stercoris apportavi, sed non custodivi, quia cum expectarem ut faceret uvas, fecit hæc labruscas*: & juxtà alium Prophetam; *Mentiecur opus olivæ, &* Habacuc 3. *campi non facient escas*: Sed proh dolor! officium laboris mei rerum collatione similium esse videtur cani latranti & venti fures & latrones frangere, & subfodere & vastare domum Domini sui: & quia defensionis auxiliatores non habeat, submurmurans ingemiscat & lugeat. Nunc hoc quod mihi in tali periculo posito justum & cautum esse videtur salubre Concilium vestrum quærens, & scire desiderans, insinuo libertatem prædicandi dico, ut in Actibus Apostolorum Paulus Apostolus Sacerdotibus intimavit, dicens: *Conteſtor vos hodiernâ die, quia mundus sum ab omnium sanguine. Non enim subterfugi, quo minùs annuntiarem vobis omne Concilium Dei, attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit Sanguine suo. Regnum, inquit, Dei inter vos ambulans prædicavi, ut me alienum ab omnium perditione servarem.* Nam Apostolus Episcopum Propheta, Speculatorem Salvator mundi, Pastorem Ecclesiæ Sacerdotem appellat: & omnes tacentes peccata populi doctorem reum sanguinis animarum perditarum sub silentio esse comprobant.

Ibid. Sacerdotalis vita officium periculosum. Propter hoc horribilis & maxima necessitas cogit, ut juxtà dictum Apostoli nos formam debeamus exhibere fidelibus, hoc est, nisi me fallat opinio, ita justè vivendum est Sacerdoti nè di-

ta sua repugnantibus factis evacuet, & nè cùm sibi de proprio cautè vivat, tacens alieno damnetur peccato, &c. *v. locum fusè.*

Concil. Wormat. anno 868. Can. vj. Ut Ecclesia cum rebus suis ad Episcopi ordinationem pertineant. *Multa contrà Canonum constituta Ecclesias quas ædificaverint, & ab Episcopo postulaverint consecrari, dotem quam eidem Ecclesiæ contulerint, ad Episcopi ordinationem putant non pertinere. Quod factum & in præterito displicet, & in futuro prohibetur. Ergò omnia secundùm constitutionem antiquam jura Ecclesiarum ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant.*

Ibid. Can. vij. De oblationibus fidelium. *De redditu verò Ecclesiæ & de oblatione fidelium, fiant quatuor portiones: quarum sibi retineat Episcopus, alteram Clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam.*

Ibid. Can. xlv. Ut curam rerum ecclesiasticarum tantùm Episcopus habeat. *Omnium negotiorum ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, &c.* v. locum. *Can Ap. Can. 39.*

Ibid. Can. xlvij. Bona Ecclesiæ quot partibus dividenda. *1. Decree. ex decretali Gelas. Pap. c. 29.* Quatuor autem tàm de * redditibus, quàm de oblatione fidelium, prout cujuslibet Ecclesiæ facultas admittit, (sicut dudùm rationabiliter decretum est) convenit fieri portiones: quarum sit una Pontificis, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta est fabricis applicanda, &c. *12.qu.2. quatuor autem sup. c. 7. *redditu.*

Ibid. Can. xlviij. Ut absque præceptione novæ Basilicæ non dedicantur. *Basilicas noviter institutas (non petitis ex more præceptionibus) dedicare nemo audeat, nec ambiat sibimet Episcopi vendicare Clericos potestatis alienæ.* *De consecrat. dist. 1. basilicas.*

Ibid. Can. xlix. De constituendis Presbyteris. Statutum est, ut sine auctoritate vel consensu Episcoporum, Presbyteri in quibuslibet Ecclesijs nec constituantur, nec expellantur: & si Laici Clericos probabilis vitæ & doctrinę Episcopis consecrandos, suisque in Ecclesijs constituendos obtulerint, nullâ qualibet occasione rejiciant.

Ibid. Can. l. De mansis uniuscujusque Ecclesiæ. Sancitum est ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque alio servitio attribuatur. Et Presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atrijs vel hortis juxtà Ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod servitium faciant, prętер ecclesiasticum. Et si ampliùs aliquid habuerint, indè senioribus suis debitum servitium impendant. *23.qu 8. sancitum est. Mansus est ager jugerum duodecim.*

Ibid. Can. lj. De Presbyteris uniuscujusque Ecclesiæ. Statutum est, postquàm hoc impletum fuerit, ut unaquæque Ecclesia suum Presbyterum habeat, ubi id fieri facultas, providente Episcopo permiserit.

Ibid. Can. lij. De Villis, novis Ecclesijs in eis noviter constitutis. Statutum est de Villis, novis Ecclesijs in eis noviter constitutis, ut decimæ de illis Villis ad easdem Ecclesias conferantur.

Ibid. Can. liij. De Ecclesijs destructis, vel de nonis ac decimis. De Ecclesijs sanè destructis, vel de nonis ac decimis, sive de clausstris Canonicorum qualiter constitui vel ordinari à nobis placuerit, alijs Capitulis subter adnotavimus.

Ibid. Can. liv. De Ecclesiarum honore. Sed & de Ecclesiarum honore, quomodo (Deo adjuvante) quantùm in nobis est vigeat, similiter in subter adnotatis Capitulis insertum esse dignoscitur.

Ibid. Can. lv. Ut Ecclesia cum rebus suis ad Episcopi ordinationem pertinear. Multi contrà Canonum constituta Ecclesias quas ædificaverunt, & ab Episcopo postulaverint consecrari, dotem quam eidem Ecclesiæ contulerunt, ad Episcopi ordinationem putant non pertinere: quod factum & in præterito displicet, & in futuro prohibetur. Ergò omnia secundùm constitutionem ad Episcopi potestatem pertineant.

Ibid. Can. lvj. De ordinatione Presbyterorum. Ut nullus Laïcus Presbyterum in Ecclesia mittere vel ejicere præsumat, nisi per consensum Episcopi.

Ibid. lviij. De honore pro Ecclesijs dando. Ut Episcopi provideant quem honorem Presbyteri pro Ecclesijs senioribus tribuant.

Ibid. lix. Ut decimæ in potestate Episcopi fiant, qualiter à Presbyteris dispensentur?

Regulæ Sanctæ ac Vniversalis Octavæ Synodi Constantinopolit. anno 870. Cap. xv. Vetantur omnes decimo-quinto Canone alienare cimelia Ecclesiæ ornamenta, scilicet possessiones vendere, vel dare in Emphyteusim. *v. locum, tom.* 23.

Ibid. Cap. xx. Item, nè sibi jus dicat Episcopus in rebus ecclesiasticis. *v. locum.*

Concil. Pontigon. anno 876. Capitul. x. Vt res Ecclesiasticas nemo invadat, & quæ cum detrimento Ecclesiæ à Rectoribus distractæ sunt repetantur. *Vt res ecclesiasticas tàm nobiles quàm ignobiles nemo invadere vel auferre præsumat.* v. locum, tom. 24.

Ibid. Capitul. xiv. Vt defuncti Episcopi facultates nullus invadat, sed successori reserventur, vel pro illius anima erogentur. *Vt quoties divinum judicium, &c.* v. loc.

Concil. Tricassinum II. anno 878. Cap. iij. Excommunicatio Papæ & Synodi adversùs pervasores rerum ecclesiasticarum.

Ibid. vj. Tituli Canonum. II. Ecclesiarum sanctarum possessiones, id est, Monasteria, mansa, cortes, villas, patrimonia, omniaque quæ jurisdictionibus earumdem conveniunt, nullus suppetere à Romano seu Reliquis Pontificibus præsumat, nisi personæ, quas canonica sancit auctoritas, ut est illud primo anno ordinationis nostræ apud B. Petrum Apostolum constitutum.

Leges Ecclesiasticæ Alvredi Magni Regis Anglorum. Titul. xvij. De possessione ex scripto possessa. Qui terram habuerit per scripturę seriem sibi à majoribus relictam, ab hæredibus ad alios alienandi potestas ei non esto, si quidem præsentibus cognatis coràm Rege aut Episcopo scripturâ aut testimonio probetur, omni alienatione ei interdixisse illum qui priùs concessit, talemque ei imposuisse legem cum primo dederit.

Concil. Colonienſe, anno 888. contrà raptores rerum ecclesiasticarum, oppressores pauperum, & incestas nuptias celebratum. 2. Anathema in schismaticos, & raptores rerum ecclesiasticarum nisi resipiscant. 4. Nè quis res aut jura Ecclesiæ usurpet. *v. loc. tom.* 24. *pag.* 567.

Concil. Mogunt. anno 888. Capitul. iv. In Sinodo Toletana, ut Ecclesiæ cum rebus ad ordinationem Episcopi pertineant, præcipitur.

Ibid. Cap. v. Nè Presbyteri sine consensu Episcoporum per Ecclesias constituantur, vel ab eis rejiciantur.

Ibid. Cap. vj. Vt nullus ecclesiasticas res invadere præsumat.

Ibid. Cap. vij. De varia vexatione Sacerdotum.

Ibid. Cap. viij. Decretum in nonullos qui Sacerdoti Virtzburgensi nares capillosque abscinderant, verberibusque malè affecerant.

Ibid. Cap. xj. Nè invadantur prædia Ecclesiæ. *Attendendum est omnibus, & fideliter custodiendum, & illius usurpationis contumelia depellenda, nè prædia usibus secretorum cælestium dicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quòd si quis fecerit, post debitæ ultionis acrimoniam, quæ ergà sacrilegos jure promenda est, perpetuâ damnetur infamiâ, & infernali carceri tradatur, aut exilij perpetuâ deportatione feriatur: quoniam juxtà Apostolum, oportet hujusmodi hominem tradere satanæ, ut spiritus salvus fiat in die Domini.* Urbani Papæ I. in Epist. & in decretis 17. qu. 2. Attendendum. 1. Cor. 5.

Concil. Metense, anno 888. Can. iv. Vt de manso Ecclesiæ nullus census exigatur, & nè pro sepultura pretium detur. *Tom.* 24.

Concil. Viennense, anno 892. Can. 1. Vt sæculares, qui res ecclesiasticas detinent, nisi admoniti se correxerint, excommunicentur. *Ut ab injusta invasione & possessione Ecclesiarum rerum, &c.*

Ibid. Can. iv. Vt sęculares Ecclesias inconsultis Episcopis non dent. *V. locum, eod. com.* Vt nemo sæcularium Ecclesias dare vel offerre absque consilio & voluntate Episcoporum, ad quos ipsæ Ecclesiæ pertinent, præsumat: & ut nulli census à Presbyteris loco muneris ad introitum, ut dicunt Ecclesiarum, exquirantur, aut vi aliquâ extorqueantur.

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. vij. De his qui res Ecclesię sive interiores, sive exteriores rapiunt. QUICUMQUE timorem Domini postponentes, & ecclesiastica judicia non verentes, res Ecclesiæ rapiunt, vel auferunt, ut in Epistola Anacleti Papæ legitur, sacrilegium faciunt. Papa dixit: Ergò qui Christi pecunias & Ecclesiæ rapit, aufert vel fraudat, homicida est, atque homicida antè conspectum Judicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam, vel res Ecclesię abstulerit, sacrilegium facit: undè tantâ auctoritate Apostolicæ sententiæ suffulti, sancimus, & unanimes judicamus, ut res Ecclesiæ tripliciter componantur: insuper verò bannus Episcopalis exquiratur. Qui verò exteriores Ecclesiæ res rapiunt vel fraudant, comite agente coërceantur, ut res ablatæ legitimè restituantur & componantur. Si verò non procuraverint, vel non emendaverint, ab Episcopo canonicè constringantur, ut res restituantur.

Concil. Legionense, anno 1012. Capite vij. De rebus Ecclesiæ. *Decrevimus iterùm ut nullus emat hæreditatem servi Ecclesiæ; qui autem emerit eam, perdet eam & pretium.*

Concil. Lateran. anno 1122. Can. xij. De raptoribus rerum ecclesiasticarum. *Sanctorum Patrum Canonibus consona sentientes, oblationes, &c.* v. locum, tom. 27.

Concil. London. II. anno 1127. Capitul. ix. De rebus Ecclesiæ. *Ut nulla persona Ecclesias, vel decimas, seu quælibet alia ecclesiastica beneficia det, vel accipiat sine consensu & Episcopali auctoritate, canonicâ auctoricace vetamus.*

Concil. Turon. anno 1163. Can. iij. De usurpatoribus rerum ecclesiasticarum. *Quamvis grave nimis, & divini dignum animadversione judicij habetur, &c.* eod. tom. 27.

Concil. Lateran. III. anno 1179. Capitul. v. De titulo certo Presbyterorum. *Epiſcopus, ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in Diaconum vel Presbyterum ordinaverit, tamdiù neceſſaria ei ſubminiſtret, donec in aliqua ei Eccleſia convenientia ſtipendia militiæ Clericalis aſſignet, niſi fortè talis qui ordinatur exiterit, qui de ſua vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere.*

Ibid. Cap. xix. De exactionibus ab Eccleſijs non exigendis. *Non minùs pro peccato eorum qui faciunt, quàm pro illorum detrimento, qui ſuſtinent, grave nimis eſſe dignoſcitur, &c.* v. loc. eod. tom. 27.

Ibid. in append. Concilij Lateran. III. De ordinatione filiorum Sacerdotum, & eiſdem in Eccleſijs paternis non tolerandis. *v. loc. Sunt Cap.* 10.

Ibid. De pactionibus licitis & illicitis in rebus eccleſiaſticis.

Cap. 1. Sub annuo cenſu uſque ad certum terminum poteſt Eccleſia teneri ad firmam.

Cap. ij. Propter ingratitudinem, quod actum eſt, revocatur.

Cap. iij. Inter eccleſiaſticas perſonas ſuper decimis tranſactio facta, rata perpetuò deber perſiſtere & inconvulſa.

Cap. iv. Nulli concedendæ ſunt Eccleſiæ ubi alij nominatim ſuccedunt.

Cap. v. Tranſactio per Abbatem vel Priorem cum litteris ratihabitionis conventus facta, rata debet permanere.

Cap. vj. Tranſactio ſuper controverſia Eccleſiæ facta, quæ ſpeciem continet ſimoniæ, in irritum debet revocari.

Cap. vij. Decimæ ablatæ, ſine diminutione ſunt reſtituendæ?

Cap. viij. Non debet aliquis penſionem Eccleſiæ ſolvere, ut faciliùs ad ſuos transferatur.

Cap. ix. Clericus ſine auctoritate Epiſcopi non poteſt Eccleſiam conſtituere cenſualem.

Cap. x. Compoſitio coràm extraordinario delegato facta, ſi non eſt juri contraria, ab Epiſcopo non debet irritari, ſed cenſus ob hanc abſque auctoritate Epiſcopi ſolutus vitam ſolventis non excedit.

Cap. xj. Sine Diœceſani, vel Officialium ſuorum auctoritate, Eccleſiæ non ſunt occupandæ.

Cap. xij. Colluſores beneficijs, de quibus colluſum eſt, debent ſpoliari.

Cap. xiij. Canonem auctorirate Epiſcopi, & juramento interveniente conſtiturum, ſolvendum.

Cap. xiv. Filij perſonarum, vel alij qui in Eccleſias ſe vacantes intrudunt, non poſſunt eas ſub appellationis obtentu occupare.

Cap. xv. Super re ſacra in litigium deducta tranſigi non poteſt.

Ibid. De alienatione rerum Eccleſiæ, & de earumdem recuperatione.

Cap. 1. Res Eccleſiæ pignori obligatæ, à filio vel hærede obligantis Eccleſiæ debent reſarciri.

Cap. ij. Perſonæ debent Eccleſias reparare.

Cap. iij. Poſſeſſio Eccleſiæ ſub conditione donata, non poteſt niſi in caſu revocari.

Cap. iv. Terras de ſilvis extirpatas, eis à quibus ſunt extirpatæ, poteſt Epiſcopus concedere ad annuum cenſum tenendas.

Cap. v. Clerici de his quæ intuitu Eccleſiæ acquiſierunt, nullum de jure poſſunt facere teſtamentum.

Cap. vj. Si Clericus à Kalendis Martij uſque ad Kal. Novembris deceſſerit, diſpoſitionem fructuum illius anni pro ſua voluntate poterit habere.

Cap. vij. Non licet conditionem Eccleſię facere deteriorem, nec licet colonum expenſis factis in fundo Eccleſiæ defraudari.

Cap. viij. Clerici de mobilibus per Eccleſiam adeptis non poſſunt condere teſtamentum.

Cap. ix. De reditibus * Epiſcopi debita pro utilitate Eccleſiæ contracta ſunt, perſolvenda. *v. locum, eom.* 27. * *Eccleſiæ Epiſcopi.*

Ibid. De Præſcriptionibus.

Cap. i. Quadragenaria præſcriptio, niſi in caſu, locum obtineat in Eccleſijs.

Cap. ij. In judicio finium regundorum uterque eſt actor & reus. Proniora etiam ſunt jura ad abſolvendum, quàm ad condemnandum, exceptâ causâ liberali.

Cap. iij. Præſcriptio triennalis Eccleſiæ ſufficit.

Cap. iv. Liberum unicuique juri ſuo renuntiare.

Cap. v. Quadraginta annorum præſcriptio ſervatur.

Cap. vj. Nulla antiquorum dierum poſſeſſio, malæ fidei poſſeſſorem liberat, quantùm ad eum, niſi reſipuerit.

Cap. vij. Contrà triennalem præſcriptionem nullius vox audienda.

Cap. viij. Limites Parochiarum non preſcribuntur. *v. locum, eod. tom.*

Ibid. De interpretat. verborum & reſcriptorum. *v. titul.* De Judicijs & Judicibus.

Concil. in Dalmatiæ & Diocliæ Regnis, anno 1199. Capitul. viij. Ut Laïci à rebus eccleſiaſticis abſtineant. *Cùm duæ ſint in terris poteſtates à Domino conſtitutæ, &c.*

Ibid. Capitul. ix. Excommunicantur theſaurorum eccleſiaſticorum detentores, & qui Latinos in ſervitute detinent. *Tom.* 28.

Concil. London. anno 1200. Capitul. xiv. Nè aliquis ſine Epiſcopali auctoritate eccleſiaſtica beneficia de manu laïca recipiat. *Lateranenſis Concilij tenore perpenſo decernimus, nè Fratres Templi, &c.* eod. tom.

Decreta Concilij Lateran. IV. Cap. ix. Nè Eccleſiæ mundanis ſupellectibus exponantur. *Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam Clerici, &c.* v. loc. eod. tom.

Ibid. Cap. xxiij. Quòd Eccleſia Cathedralis vel Regularis ultrà tres menſes non vacet. *Nè pro defectu paſtoris gregem dominicum lupus rapax invadat, &c.*

Concil. Oxonienſe, anno 1222. Capitul. iij. Nè Epiſcopi in collatione beneficiorum aliquid ſibi retineant. *Ad hæc ſtatuimus, nè Prælatus aliquis, &c.*

Ibid. Cap. iv. Ut præſentati, ſi idonei ſint, recipiantur in beneficijs. *Cùm ſecundùm Apoſtolum, avaritia quæ eſt idolorum ſervitus, &c.*

Ibid. Cap. v. De duobus in eamdem Eccleſiam præſentatis. *Hoc autem non immeritò duximus adaugendum, &c.*

Ibid. Cap. xj. Nè quis beneficium ſuum reſignans aliquid ſibi de eodem retineat. *Nè lepra Giezitica (quod abſit) per avaritiæ cultum, &c.*

Ibid. Cap. xij. Nè una Ecclesia dividatur in plures. *v. titul.* De singularitate beneficiorum.

Ibid. Cap. xiij. De Vicariorum residentia. *Cùm hostis antiquus, scilicet leo rugiens, &c.*

Ibid. Cap. xiv. Quòd exilia beneficia non conferantur, nisi volentibus residere in ijsdem.

Ibid. Cap. xv. Quæ portio debeat Vicario residenti assignari. *v quoque & alia Capitula, sunt enim 49. eod. tom. 28.*

Epist. Germani Archiepisc. Constantinopolit. ad Gregor. Pap. Rom. De unitate. *O Domine Jesu-Christe, salvum me fac; ô Domine benè prosperare, &c.* v. loc. eod. tom. pag. 288.

Responsio superiori. *vide locum.*

Epist. vj. Gregorij Pap. IX. ad eumdem. De unitate Ecclesiæ. *v. locum.*

Concil. London. anno 1237. Cap. 1. De Ecclesiarum dedicatione. *Basilicarum dedicatio à veteri testamento initium dignoscitur habuisse, &c.*

Ibid. Cap. vij. De Firmarijs & Vicarijs Ecclesiarum. *Ecclesias dari ad firmas, vel generaliter constitui, &c.* Et Cap. ix. de eod. argum.

Ibid. Cap. xj. Nè leviter Ecclesia absentis alteri conferatur.

Ibid. Cap. xij. Nè Ecclesia una in plures Vicarias dividatur.

Ibid. Cap. xvij. De his qui Patribus succedunt in ecclesiasticis beneficijs.

Concil. Viennense, anno 1267. Capitul. iv. De violentijs quæ inferuntur rebus ecclesiasticis. *Item cum in plerisque locis quorumdam Laïcorum iniquitas valuerit, &c.*

Ibid. Cap. v. De læsionibus ecclesiasticarum personarum. *Quicumque verò personam ecclesiasticam enormiter violaverit, &c.*

Ibid. Cap. xj. De Beneficiorum susceptione. *Item districtiùs inhibimus, nè aliquis Clericus, &c.* eod. tom.

Concil. Lugdun. II. anno 1274. Constitutiones à Gregorio Papa X. in Concil. Lugdun. xxj. De præbendis & dignitatibus. *Gregor. X. statutum felicis recordationis Clementis Papæ IV. &c.*

Ibid. xxij. De rebus Ecclesiæ non alienandis. *Gregor. X. hoc consultissimo prohibemus edicto, universos & singulos Prælatos, &c.*

Ibid. xxiv. De censibus & procurationibus. *v. locum, eod. tom. 28.*

Concil. Saltzburg. anno 1274. Capitul xxiij. Nè Laïci sumant ecclesiastica beneficia de manibus Laïcorum. *Adversùs præsumptionem damnabilem Clericorum, &c.*

Ibid. Cap. xxiv. De Advocatis Ecclesiarum. *Presentis auctoritate Concilij Ecclesiarum Advocatos, &c.* eod. tom.

Concil. Saltzburg. anno 1281. Capitul. 1. De alienationibus Ecclesiarum. *Quia multi Prælati bona ecclesiastica alienant, vendunt, &c.*

Ibid. Cap. ij. De dispensatione Prælatorum ratione faciendâ. *Item nè etiam res ecclesiasticæ in usus indebitos, &c.*

Ibid. Cap. xj. De residentia plebanorum. *Item licet Rectoribus Ecclesiarum, qui à residentia excusantur, &c.*

Ibid. Cap. xij. De Advocatis Ecclesiarum. *Item sub velamento advocationis nonunquàm gravantur Monasteria, &c.*

Ibid. Cap. xiij. De his qui violentas manus mittunt in Cleros.

Ibid. Cap. xiv. De his qui loca ſacra execraverint violentâ ſanguinis effuſione.

Ibid. Cap. xv. Contrà Patronos & Judices, qui bona decedentium Clericorum invadunt. *Item ſtatutum bonæ memoriæ Cuidonis, &c.* eod. tom. 28.

Concil. Ravennate I. anno 1286. Capitul. iv. De promotione habentium Parochiales Eccleſias. *Etſi ad regimen Parochialium Eccleſiarum aſſumpti, anteà generale Concilium, &c.*

Ibid. Cap. v. De quotidianis diſtributionibus. *Dignum eſt, ut quod ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non revocent, &c.*

Ibid. Cap. vj. De teſtamento uſurariorum. *V. locum, eod. tom.*

Concil. Herbipolenſe, anno 1287. Capitul. ix. De alienatione rerum eccleſiaſticarum. *Licet alienationes rerum eccleſiaſticarum, maximè poſſeſſionum, &c.*

Ibid. Cap. x. De habentibus duas Vicarias. *Presbyteris duas communicatorias recipere prohibemus omninò, &c.*

Ibid. Cap. xiv. De Beneficiorum ſuſceptione de manu Laïcorum. *Nullus de caterò Clericus, vel Eccleſiaſtica Perſona, &c.*

Ibid. Cap. xvj. De cura Capellarum. *Rectores qui Matrices habent Eccleſias, à quibus dependent Capellæ, &c.*

Ibid. Cap. xx. De occupatoribus & invaſoribus rerum eccleſiaſticarum. *Dignum arbitramur & conſentaneum æquitati, &c.*

Ibid. Cap. xxj. De Laïcis recipientibus beneficia eccleſiaſtica. *Laïcos quantâcumque dignitate fulgentes, &c.*

Ibid. Cap. xxij. De Advocatis Eccleſiarum. *Nonulli qui Eccleſiarum ſe aſſerunt Advocatos, ſicut tenentur, &c.*

Ibid. Cap. xxiv. De læſionibus Eccleſiaſticarum Perſonarum. *Eos qui timore Dei poſtpoſito Clericos, ſeu Eccleſiaſticas Perſonas, &c.*

Ibid. Cap. xxvj. De uſurpantibus ſibi bona Eccleſiarum vacantium. *De hac re, quære in 6. lib. de officio Ordinarij, titul.* Præſenti prohibemus edicto.

Ibid. Cap. xxviij. De propugnaculis quæ fiunt in Eccleſijs.

Ibid. Cap. xxxj. De emptione, vel venditione bonorum feudalium Eccleſiæ. *Ementes bona feudalia, quæ ad Eccleſias, ſeu perſonas eccleſiaſticas, &c.*

Ibid. Cap. xxxij. De his qui capiunt bona Eccleſiæ vel Capituli propter debita ſingularis perſonæ. *Prohibemus inſuper, ut nullus propter debitum, &c.*

Ibid. Cap. xxxiij. De his qui invadunt bona Eccleſiarum propter inimicitias Advocatorum. *Nullus de cæterò qui cum Advocatis Eccleſiarum guerras habebit, &c.*

Ibid. Cap. xxxv. De Laïcis qui fabricæ Eccleſiæ adminiſtrant. *Laïcos in nonullis partibus prætextu fabricæ Eccleſiæ reparandæ, &c.*

Ibid. Cap. xl. De exigentibus nova paſſagia. *Cùm imponentes & exigentes nova paſſagia, &c.* eod. tom. 28.

Concil. Ravennate II. anno 1311. Capitul. xvj. De Beneficijs & Præbendis eccleſiaſticis, & idoneitate & ſufficientia Miniſtrorum. *Cùm dignum ſit, quòd beneficia eccleſiaſtica pro divinorum officiorum, &c.*

Ibid. Cap. xx. De intruſis & electis per poteſtatem Laïcorum.

Ibid. Cap. xxj. De contumacibus & rebellibus ſubditis contrà debitam obedientiam Prælatorum. *Cùm juxtà prophetitum oraculum melior ſit obedientia, quàm victimæ, &c.* eod. tom.

Concil. Ravennate III. anno 1314. Capitul. vj. De majoritate & obedientia ac honorificentia Prælatorum, & pœna non obedientium ſuperioribus ſuis. *Cùm Epiſcopalis dignitas præ cæteris ſit ſublimior, &c.*

Ibid. Cap. vij. De inſtrumentis conficiendis & non retinendis per Advocatos, Notarios, ſeu Procuratores. *Volentes Eccleſiarum indemnitatibus, induſtriâ quâ poſſumus occurrere, &c.*

Ibid. Cap. viij. De prælcriptiònibus, & quod nullus, prætextu alicujus temporis poſſit ſe defendere, quin viſitetur.

Ibid. Cap. xij. De Beneficijs Ordines ſacros requirentibus, & de pœna eorum qui negligunt ad ipſos Ordines promoveri: & de Præbendis in Eccleſijs Cathedralibus abſque Ordinibus Sacris non retinendis. *Cùm ſæpè non maturâ ætate conſtituti, per cupiditatem & avaritiam parentum, &c.*

Ibid. Cap. xiij. De celebratione Miſſarum, & pœnâ non celebrantium. *Cùm nonulli Religioſi, & Sæculares Clerici imprudenter ad Sacerdotium ſe faciunt promoveri, &c.*

Ibid. Cap. xvij. De raptoribus & invaſoribus bonorum eccleſiaſticorum mobilium. *v. locum, in fine tomi 28.*

Concil. Ravennate IV. anno 1317. Cap. i. Quòd Epiſcopus ponat Oeconomum ad cuſtodiam rerum vacantium Eccleſiarum. *Cùm Eccleſiarum vacantium proventuum, &c.*

Cap. ij. Quòd nullus præſumat in ſpiritualibus miniſtrare, niſi priùs ab Epiſcopo loci ſibi fuerit animarum cura commiſſa. *Cùm de jure nullus Sacerdos alteri ſubditum, &c.*

Cap. iij. Quòd quilibet ſe faciat promoveri infrà annum ad Ordinem quem requirit Beneficium ſuum. *Sollicitè penſantes quantum officij paſtoralis, &c.*

Cap. vij. De denuntiatione facienda Metropolitano de Beneficijs vacantibus ad eum devolutis. *Quoniam ex diutina vacatione damna plurima, &c.*

Cap. viij. Quòd certus Canonicorum numerus ſtatuatur in Eccleſijs Cathedralibus & Collegiatis, ubi non eſt ab antiquo ſtatutus. *Etſi deceat, & ſatis conſonet rationi & juri, &c.*

Cap. ix. De Clericis non reſidentibus. *Quorumdam Clericorum deſiderium & periculoſam negligentiam, &c.*

Cap. x. De quotidianis diſtributionibus. *Quia parùm eſt jura condere, niſi executioni, &c.*

Cap. xj. De cenſibus & collectis imponendis. *Cùm imponendis & exigendis Collectis talis modus, &c.*

Cap. xiij. Quòd nullus Archipresbyter, Prępoſitus, vel Prælatus inferior Epiſcopo poſſit in Eccleſijs ſibi ſubjectis inquiſitiones formare, accuſationes admittere, vel ad primationem procedere contrà Clericos earumdem Eccleſiarum. *Tom. 29.*

Concil. Toletanum, anno 1324. Cap. iij. Ut Clerici fructibus Capellaniarum non abutantur. *Quorumdam Clericorum abuſum, qui fructus Capellaniarum, &c.*

Cap. iv. Ut nullus curatum Beneficium administret, nisi antè legitimè per Episcopum Diœcesanum instructus fuerit. *Inter Episcopales sollicitudines, illa debet esse præcipua, &c.*

Cap v. Ut Clerici bona Ecclesiæ Filijs suis non conferant. *Ut substantia Ecclesiarum quæ solet per Clericorum sobolem deperire, &c.*

Cap. vj. Ut Presbyteri pro Missis celebrandis pecuniam non exigant. *Multâ mentis amaritudine concitamur, &c.* eod. tom. 29.

Cap. vij. Ut Presbyteri non nisi unam Missam in die celebrare præsumant. *Nullus insuper absque causa necessitatis, excepto die Nativitatis Domini, &c.*

Concil. Tolet. anno 1339. Cap. 1. De non alienando Ecclesiæ dominio. *Dispendia Ecclesiarum tamquàm nostris molesta visceribus, &c.*

Cap. iij. Ut ex qualibet Cathedrali vel Collegiata Ecclesia saltem unus ex decem Clericis assumatur, qui ad studia Theologiæ & Juris canonici accedere compellatur.

Cap. v. Ut Rectores Ecclesiarum nomina suorum Parochianorum annuatim in scriptis redigant. *V. locum, eod. tom. 29.*

Concil. Saltzburg. anno 1386. Cap. ij. De oblationibus impendendis. *Sanctione præsenti sub interminatione maledictionis æternæ, &c.*

Ibid. cap. ix. De immunitate Clericorum & eorum rerum ab impositionibus sæcularium Dominorum. *Cùm Ecclesiæ & Ecclesiasticæ Personæ, ac res ipsorum, &c.* eod. tom.

Ibid. cap. xj. De publicatione Constitutionis Bonifacij VIII. contrà recipientes pedagia à Clericis. *Constitutiones à felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. &c.*

Ibid. cap. xij. De occupatoribus Beneficiorum, & eorum bonorum. *Omnibus volumus esse notum, quòd tàm Episcopi, &c.*

Concil. Palentinum, anno 1388. cap. iv. De rebus Ecclesiæ non alienandis. *Execrandæ alienationis abusum, quo Prælati, & aliæ Personæ, &c.*

Concil. Saltzburg. anno 1420. cap. iv. De Renunciationibus. *Nullus Ecclesiam, vel Beneficium Ecclesiasticum dimittere vel recipere præsumat, sine sui susceptoris auctoritate; quòd sub pœna excommunicationis vel suspensionis omnibus firmiter inhibemus.*

Alia Capitula à Joanne Præposito Ecclesiæ Saltzburgensis. cap. xlviij. De Advocatis Ecclesiarum. *Mortuo Ecclesiæ Advocato, non omnes ejus filij, sed, &c.*

Ibid. cap. liij. De Laïcis, qui sine consensu Prælatorum bona fabricæ Ecclesiarum deputata administrant. *Laïci sine assensu Prælatorum & Capitulorum bona fabricæ Ecclesiæ, &c.* Tom. 29. in fine.

Concil. Basileense, anno 1431. Sess. xxj. De pacificis possessoribus. *Quicumque non violentus, sed habens colloratum, &c.*

Ibid. Sess. xxxj. De collationibus beneficiorum. *Placuit divinæ pietati hoc tempore animos hominum, &c.*

Ibid. Ordo in conferendis Beneficijs per Ordinarios. *Primò cùm per generalis Concilij Statuta, &c.*

Orationes quatuor in ejusd. Concilij Basileensis recitatæ. Quarta Oratio de civili dominio Clericorum. *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina. Excelsus ille Propheta David de quo scriptum novimus Deum*

dixiſſe quod invenerit hominem ſecundum cor ſuum, &c. v. loc. fusè tom. 31. à pag. 555. ad fin. 642.

Concil. Friſingenſe, anno 1440. cap. vj. De Clericis non reſidentibus in Eccleſijs vel Præbendis. *Periculis animarum, quæ cunctis operibus præferuntur*, &c.

Ibid. cap. vij. De Præbendis & Dignitatibus. *Quia in tantùm quorumdam proceſſit ambitio, ut non 2. vel 3. ſed plura perhibeantur habere beneficia*, &c.

Ibid. cap. viij. De conceſſionibus Præbendę vel Eccleſiæ non vacantis. *Nè per receptionem Canonicorum Præbendis non vacantibus alienæ mortis votum eurpiter ingeratur*, &c.

Ibid. cap. ix. De rebus Eccleſiæ non alienandis. *Quia non omnibus liquent Canones, contrà alienationes rerum Monaſteriorum & Eccleſiarum*, &c. v. loc. tom. 33.

Concil. Turon. anno 1448. cap. ij. De diſtributionibus quotidianis. *Diſtributiones quotidianæ & anniverſariæ in Eccleſijs Metropolitanis Cathedralibus, & Collegiatis, pro intereſſentibus perſonaliter horis & anniverſarijs, non dentur abſentibus, ita quod qui non laborat, non manducet.*

Ibid. cap. iij. de eod. argumento. *Nullus Canonicus, aut alia Perſona Eccleſiaſtica in diverſis Eccleſijs pro eadem hora diſtributiones recipiat.*

Ibid. cap. viij. de eod. argum. *Prohibemus nè Abbates, aut Priores Conventuales ſuprà ſe Abbates non habentes, qui de privilegio vel conſuetudine bona Prioratuum vacantium ab eiſdem dependentium, ad ſe pertinere aſſerunt, totaliter utenſilibus & bonis alijs mobilibus denudent.*

Ibid. cap. ix. De Jure viſitationis. *Archidiaconi, Archipresbyteri, Decani, & aliæ Perſonæ Eccleſiaſticæ de jure, aut conſuetudine Eccleſias viſitantes, ſi non debitè viſitaverint, nihil percipiant: cùm ferendum minimè ſit, ut temporalia metat, qui ſpiritualia non ſeminat, & potius quàm quæ Chriſti ſunt, ſua quærat.*

Ibid. cap. xiv. De invaſoribus rerum eccleſiaſticarum. *Excommunicantur invaſores, raptores, depredatores, occupatores ſuo nomine, vel alieno Perſonarum Eccleſiaſticarum, rerum ſuarum, ſeu locorum religioſorum. Item qui domibus, vel locis eccleſiaſticis poſuerint comeſtores. Et quia facientes & conſentientes pari pœnâ conſtringuntur, receptatores, defenſores invaſorum, & qui ad præmiſſa dederint conſilium vel favorem publicè vel occultè, eiſdem pœnis multantur: & poſt mortem niſi ipſi vel eorum hæredes ſatisfecerint, de premiſſis, eccleſiaſticâ careane ſepulturâ.*

Concil. Tolet. anno 1473. cap. xviij. Quòd qui violenter occupaverint poſſeſſiones Beneficiorum, ſint excommunicati ipſo facto. *Quoniam nonulli terrarum Domini, & eorum loca tenentes*, &c. eod. tom. 34.

Ibid. cap. xix. Quòd non fiant in Eccleſijs repreſentationes inhoneſtę dùm divina aguntur. *Ab Eccleſia, ubi Redempeor noſter Jeſus, in cujus nomine omne genu flectitur*, &c.

Ibid. cap. xxij. Quòd raptores careant eccleſiaſticâ ſepulturâ. *Raptores, quos divinus timor à malo non revocat*, &c.

Conſtitutio ad removendos abuſus, in Concil. Lateran. V. Seſſ. ix. cap. xj. De tectis, domibuſque inſtaurandis à poſſeſſoribus. *Domos quoque, fundoſque dotales beneficiorum collapſos*, &c.

Ibid. cap. xvj.

Ibid. cap. xvj. De Rebus Ecclesiæ. *Quo verò ad quæstores, qui vulgò stationarij appellantur, statuimus, &c.*

Ibid. cap. xviij. Item de rebus Ecclesiæ. *Ut autem Christi fidelium eleëmosynæ in usum pro quo erogantur, vertantur: non licet Procuratoribus, &c.*

Ibid. cap. xxv. *Item improbamus, & ut absonum prorsus rejicimus, ab Episcopis medios exigi fructus de Beneficijs, &c.* eod. tom. 34.

Ibid. cap. xxvij. De Sacerdotibus horas canonicas negligentibus. *v. titul.* De Officio Ecclesiastico.

Concil. Senon. anno 1527. Decretum Fidei 1. De unitate & infallibilitate Ecclesiæ. *Sanctum quidem & indissolubile viri & uxoris vinculum: at verò magnum istud Christo & Ecclesiæ Sacramentum, &c.*

Ibid. cap. ij. Quòd Ecclesia non sit invisibilis. *Cùm adeò explorata sit ex scripturis tum unitas Ecclesiæ, tum sanctitas, ut, &c.*

Ibid. cap. iij. De auctoritate Sacrorum Conciliorum. *Absurdum non absre videri posset, si tanto studio veteri synagogæ Deus adfuit, &c.* v. titul. *De Conciliis.*

Ibid. cap. iv. Quòd ad Ecclesiam spectet determinare, qui libri sint canonici. *Magna profectò fuit, semperque futura est Scripturæ auctoritas, &c.* v. titul. *Scriptura Sacra.*

Ibid. cap. v. Aliqua firmiter esse credenda, quæ non continentur expressè in Scriptura. *Ampla certè Scripturæ latitudo, ingens & incomprehensibilis profunditas; pernicioſum est tamen eo errore laborare, ut nihil admittendum putetur, quod non è Scriptura depromptum sit, &c.* v. locum, eod. tom. 34. & titul. *De Christiana Fide.*

Ibid. Index Decretorum ad mores pertinentium. Cap. 1. Frequentandas esse preces in Ecclesijs, pro tranquillo statu totius Ecclesiæ, & Regnorum totius Orbis Christiani. *Paulus Gentium Apostolus, cùm Timotheum in primis admonuisset, &c.* v. locum, eod. tom. pag. 653.

Ibid. cap. iv. De Subdiaconis, & eorum titulo patrimonij. *Porrò in grave Clericalis Ordinis scandalum ac dedecus videmus, &c.* v. locum.

Ibid. cap. v. Quomodo Diœcesani examinare debent petentem litteras dimissorias, antequàm illas ipsi concedant? *Et quamvis Episcopus originis beneficij, aut domicilij, non solùm ad Ordines promovere, &c.*

Ibid. cap. vj. Diligentem etiam inquisitionem debere fieri à Diœcesanis super ætate, moribus, & litteratura jam promotorum ad Sacerdotium. *v.* Ordinationes Presbyterorum.

Ibid. cap. vij. Promotos in Curia Romana ad Sacros Ordines non esse admittendos ad illorum executionem, nisi priùs à Diœcesanis fuerint examinati.

Ibid. cap. viij. Instituendi ad curam animarum diligenter antè examinentur à Diœcesanis, an sint idonei gerendæ illi Provinciæ.

Ibid. cap. ix. Ad Beneficia ecclesiastica obtinenda assumantur idonei à Diœcesanis, qui suo ergà Deum & Ecclesiam ritè fungantur officio.

Ibid. cap. x. Quotidianas distributiones satis largas & sufficientes assignari debere ijs, qui divino officio in Ecclesijs celebrando interfunt.

Ibid. cap. xj De Residentia Sacerdotum. *vide titul.* De Residentia.

Ibid. cap. xij. De ijs quæ Curati suos studiosè debent admonere Paro-

chianos ad ipſorum ſalutem. *Admoneane frequenter Curati ſuos Parochianos, ut interſint Miſſæ Parochiali diebus Dominicis & Feſtis per hebdomadam occurrentibus.*
v. De Officio Eccleſiaſtico.

Concil. Colonienſe, anno 1536. De munere Epiſcopali, in quibus conſiſtit. Pars 1. Cap. iv. Humani affectus & venalitas in Beneficijs Eccleſiaſticis execrabiles.

Ibid. cap. v. Beneficia eccleſiaſtica priuſquàm vacent, nemini promittenda.

Ibid. cap. vj. Dignis tantùm Beneficia eſſe conferenda. *v.* Epiſcoporum electiones, *& titul.* De ordinationibus Presbyterorum.

Ibid. cap. xxix. Litteræ dimiſſoriæ nulli temerè concedendæ. *v. locum, tom. 35.*

Ibid. cap. xxxiij. Diſpenſationes inſpiciendæ, ut occurratur abuſibus.

Ibid. cap. xxxiv. In reſignationibus ac permutationibus Beneficiorum, quæ cura adhibenda?

Ibid. cap. xxxv. Præſtat paucos eſſe bonos, quàm multos inutiles Sacerdotes. *Et ut D. Clemenee hoc caput concludamus, melius eſt Epiſcopo paucos habere Sacerdotes, ac Eccleſiæ Miniſtros, qui poſſint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles qui onus grave Ordinatori adducant.*

Vide quoque ibid. ſecundam partem de officio privato ac publico, vitaque ac moribus Clericorum generatim.

Vide quoque tertiam part. De Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs, & in his miniſtrantibus. Cap. xxiij. Communi neceſſitati Eccleſiæ, communi contributione conſulendum. *Quòd ſi fabricæ, aut alia neceſſitas Eccleſiæ immineat, &c.* v. locum, & alia Capitula.

Ibid. Pars duodecima. De Scholis, Typographis, ac Bibliopolis. *v. totam part. illam.*

Ibid. Pars decima-tertia. De juriſdictione eccleſiaſtica contentioſa. Cap. x. De Teſtamentis inſinuandis, approbandis, ac exequendis. *In Concilio Moguntino ſancitum eſt, ut, &c.*

Ibid. cap. xj. Bona Presbyteri inteſtato defuncti in piam cauſam convertenda.

Ibid. cap. xij. Portio, quæ Archiepiſcopo ſolvitur, minimè gravis. *v. locum, eod. tom. 35.*

Edicta Synodi Treverenſis, anno 1548. Mandatum ad inſtituendam Juventutem. II. Quæ artes in trivijs, & quid in Gymnaſijs ſtudiorum ſeu Univerſitatibus doceri debeat? *v. locum, ſunt Cap. 10. eod. tom. 35.*

Ibid. De officiorum perfunctione, medio tertio. Cap. 1. Non prodeſt ad Eccleſiæ ædificationem Prælatos & Paſtores, curam animarum habentes, &c. *v. locum.*

Ibid. cap. x. De competentia juſta Rectoribus Eccleſiarum, ſive perpetuis ſive temporalibus aſſignanda.

Ibid. cap. xj. Nè cogantur Eccleſiarum Rectores opera ſervilia ſubire. *v. locum.*

Ibid. cap. xij. De Vicariorum ſeu Capellanorum in Eccleſijs Collegiatis officijs. *v. locum.*

Ibid. Cenſuræ & Decreta lata, &c. Cap. xxiv. Ut diſtributionum non

ſint participes, qui officijs integris non interfuerint.

Concil. Mogunt. anno 1549. Cap. lxiv. De his qui plura Beneficia curata obtinent. *v. titul.* De ſingularitate Beneficiorum.

Ibid. Cap. lxviij. De Patronis in collatione Beneficiorum.

Ibid. Cap. lxix. De admiſſione ad Beneficia Eccleſiaſtica, & eorum reſignatione.

Ibid. Cap. lxx. De juſta diſtributione proventuum eccleſiaſticorum.

Ibid. Cap. lxxij. De modo deſerviendi quotidianas diſtributiones.

Ibid. Cap. lxxiij. Otioſas deambulationes in Eccleſijs inter Divina prohibendas.

Ibid. Cap. lxxvij. Quibus Epiſcopi aut Archidiaconi ſuas vices committere debeant?

Ibid. Cap. lxxxvj. Ne domicillares Canonici antè merita virtutis & doctrinæ ad Capitula aſſumantur.

Ibid. Cap. lxxxviij. Pecunias ex ſtatutis Beneficiatorum, aut aliundè cedentes, in Eccleſiarum utilitatem impendi debere.

Ibid. Cap lxxxix. De rebus Eccleſiarum diligenter curandis.

Ibid. Cap. xc. De procuratione, ſeu fabricis Eccleſiarum Parochialium.

Ibid. Cap. xciij. De competentijs Parochorum. *Cùm Dominus ipſe pronuntiet mercenarium ſuâ mercede dignum, &c.*

Ibid. Cap. xcvj. De Magiſtris Scholarum. *Hoc in primis totius Reip. Chriſtianæ expoſcit utilitas, &c.*

Ibid. Cap. xcvij. De Teſtamentis & ultimis voluntatibus.

Ibid. Cap. xcix. De Libris per Typographiam publicandis. *v. loc. eod. tom. 35.*

Concil. Treverenſe II. anno 1549. Cap. xiv. De competentia Paſtorum. *Cùm multorum querelâ pulſante intellexerimus, &c.*

Ibid. Cap. xv. De Scholis. *Magna & præcipua cura habenda eſt, ut Juventus noſtræ Civitatis, &c.* v. locum, eod. tom.

Concil. Trident. anno 1549. in fine Cap. xvj. Seſſ. xxiv. De Sede vacante. *Capitulum, Sede vacante, ubi fructuum percipiendorum, &c.* v. loc. in fine tom. 35.

Concil. Mediolan. I. anno 1565. Pars prima. De Præbenda Theologali. *Quæ Eccleſiæ Cathedrales, aut Collegiatæ in Oppidis inſignibus Præbendam, &c.*

Ibid. Conſtitutionum pars ij. De Seminario Clericorum. *Mandatum eſt à Sacro Tridentino Concilio Provincialibus Synodis, &c.*

Ibid. Quæ pertinent ad collationem Beneficiorum.

Ibid. De edicto proponendo in examine eorum qui præficiendi ſunt Parochialibus Eccleſijs.

Ibid. ſub fin. hujus Conſtitut. ij. Quæ pertinent ad bonorum & jurium eccleſiaſticorum conſervationem.

Concil. Mediolan. III. anno 1575. ſub fin. De ijs quæ ad bona eccleſiaſtica tuenda pertinent.

Concil. Mediolan. IV. anno 1576. De ſacris locis, eorumque cultu. De Eccleſiarum fabrica.

Conſtitutionum pars ij. De Beneficiorum collatione ac proviſione.

Item, de diſtributionibus. Quibus in Eccleſijs tertia pars fructuum redituumvè dignitatibus? *v. locum, à pag.* 371, *ad* 382. *de eod. argumento.*

v. quoque. Ibid. in fine Conſtitut. iij. Quæ ad loca pia pertinent? *Quæcumque bona, ſive mobilia, ſive immobilia juvare Eccleſiam, &c.* v. locum fusè, eod. tom. 36.

Concil. Mediolan. V. anno 1579. Conſtitutionum pars iij. De Seminario. *Seminarij inſtitutio quàm utilis ſit, &c.* v. locum fusè.

Item, Quæ ad Beneficiorum collationem pertinent?

Item, Quæ ad diſtributiones pertinent?

Item, De Eccleſijs, earumque ſupellectile & fructibus. *v. locum.*

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. De Bonis & Juribus Eccleſiaſticis. *v. locum.*

Concil. Aquileienſe, anno 1596. Cap. x. De Seminario Clericorum.

Item, De Eccleſijs, & pio loco in eis verſandi modo, Altaribus, & Sacrificijs.

Item, De Bonis & Juribus Eccleſiarum tuendis. *v. locum, tom.* 36. *in fine.*

DE AZILIS, ET REFVGIIS ECCLESIASTICIS.

CONCIL. ARAUSIC. I. anno 441. Can. v. Qui ad Eccleſiam confugiunt, tradi non debeant. *Eos qui ad Eccleſiam confugerint, tradi non oportere; ſed loci reverentiâ & interceſſione defendi.* Dist. 87. Eos qui.

Alia Synodus S. Patricij, anno incerto, tom. 7. Can. vj. De vindictis Eccleſiæ.

Ibid. Can. viij. De reis autem abſtractis ab Eccleſia. *v. locum, tom. 7.*

Concil. Arelatenſe II. anno 452. Can. xxx. Confugientes ad Eccleſiam tradi non oportet. *Eos qui ad Eccleſiam confugerint, tradi non oportet; ſed omnes Domini ſui promiſſâ interceſſione exire perſuadeant. Quòd ſi ab Eccleſia exeuntibus penale aliquid inculerint, ut Eccleſiæ inimici habeantur excommunes.*

Concil. Aurel. I. anno 511. Can. i. De Criminoſis qui ad Eccleſiam confugiunt. DE HOMICIDIS, Adulteris & Furibus, ſi ad Eccleſiam confugerint, id conſtituimus obſervandum, quod Eccleſiaſtici Canones decreverunt, & Lex Romana conſtituit, ut Eccleſiæ atrijs, vel domo Epiſcopi eos abſtrahi omninò non liceat, ſed nec aliter conſignari, niſi ad Evangelia datis ſacramentis de morte, de debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri, ita ut ei, cui reus fuerit criminoſus, de ſatisfactione conveniat. Quòd ſi ſacramenta ſua quis convictus fuerit violaſſe, reus perjurij non ſolùm à Communione Eccleſiæ, vel omnium Clericorum, verùm etiam & à Catholicorum convivio ſeparetur. Quòd ſi is, cui reus eſt, noluerit ſibi intentione faciente componi, & ipſe reus de Eccleſia actus timore diſceſſerit, ab Eccleſiæ Clericis non quęratur. 17 quæſt. 4. Id conſtituimus.

Ibid. Can. ij. Si ad Eccleſiam Raptor cum rapta confugerit. DE Raptoribus autem id cuſtodiendum eſſe cenſuimus, ut ſi ad Eccleſiam Raptor cum rapta confugerit, & fœminam violentiam pertuliſſe conſtiterit, ſtatim liberetur de poteſtate raptoris, & raptor mortis vel pœnarum impunitate conceſsâ, aut ſerviendi conditioni ſubjectus ſit, aut redimendi ſe liberam habeat facultatem. Si verò quæ rapitur Patrem habere conſtiterit, & puella raptori, aut rapienda, aut rapta conſenſerit, poteſtati Patris excuſata reddatur, & raptor à Patre ſuperioris conditionis ſatisfactione teneatur. 36. qu. de raptoribus.

Ibid. Can. iij. De Servis, qui ad Eccleſiam confugiunt. SERVUS, qui ad Eccleſiam pro qualibet culpa confugerit, ſi à Domino pro admiſſa culpa ſacramenta ſuſceperit, ſtatim ad ſervitium Domini ſui redire cogatur. Sed poſtquàm datis à Domino ſacramentis fuerit conſignatus, ſi aliquid pœnæ pro 17. qu. 4. id conſtituimus.

eadem culpa quâ excusatur, probatus fuerit pertulisse, pro contemptu Ecclesiæ & prævaricatione fidei, à Communione & convivio Catholicorum, sicut superiùs comprehensum est, extraneus habeatur. Sin verò Servus pro culpa sua ab Ecclesia defensatus sacramenta Domini, Clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem, à Domino liceat occupari.

Concil. Epaon. anno 517. Can. xxxix. De Servis qui ad Ecclesiam confugiunt. *Servus reatu atrociore culpabilis, si ad Ecclesiam confugerit, à corporalibus tantùm supplicijs excusetur. De capitalu vero, vel quocumque opere placuit à Dominis juramenta non exigi.*

Concil. Ilerdense, anno 524. Can. viij. Si Clericus servum vel discipulum de Ecclesia traxerit, ut pœnitentiam agat. *Nullus Clericorum servum aut discipulum suum ad Ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat: quòd si fecerit, donec dignè pœniteat, à loco, cui honorem non dedit, segregetur.*

1. Petr. 4. 17 qu 4 Nullus Clericor.

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. xxj. Ut qui ad Ecclesias jam confugerit, à nullo abstrahatur. SI QUIS necessitatis impulsu ad Ecclesiæ septa confugerit, & Sacerdote vel Præposito Ecclesiæ prætermisso atque contempto, cùm quisque de locis sacris vel atrijs, seu vi, seu dolo abstrahere aut sollicitare fortasse præsumpserit, ut inimicus Ecclesiæ, ab ejus liminibus arceatur, quousque juxtà Pontificis districtionem dignâ per indictam pœnitentiam emendatio subsequatur; eo tamen qui abstractus est priùs Ecclesiæ restituto.

Ibid. Can. xxiv. De mancipijs ipe conjugij ad Ecclesiam confugientibus. QUÆCUMQUE mancipia sub specie conjugij ad Ecclesiæ septa confugerint, ut per hoc credant posse fieri conjugium, minimè eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio à Clericis defensetur; quia probatum est, ut sine legitima traditione conjuncti, pro religionis ordine, statuto tempore ab Ecclesiæ communione suspendantur, nè in sacris locis turpi concubitu misceantur. De qua re decernimus, ut parentibus, aut proprijs dominis prout ratio poscit personatum, acceptâ fide accusati sub separationis promissione reddantur: postmodum tamen parentibus atque dominis libertate concessâ, si eos voluerint, propriâ voluntate conjungere.

Concil. Aurel. V. anno 549. Can. xxij. De servis qui ad Ecclesiam pro culpa confugiunt. *De servis verò, qui pro qualibet culpa Ecclesiæ septa confugerint, id statuimus observandum, ut sicut in antiquis constitutionibus tenetur scriptum pro concessa culpa datis à Domino sacramentis, quisquis ille fuerit, egrediatur de venia jam securus, &c.* v. locum, tom. 11.

Concil. Matisc. II. anno 585. Can. viij. De reis ab Ecclesia non extrahendis. ITEM christianæ religionis negotia pertractantes, comperimus quosdam pseudochristianos de sacrosanctis Ecclesijs, suæ religionis oblitos, fugitivos subtrahere. Ideòque vim illatam nequaquàm relinquentes, censemus pro Dei timore, ut quicumque culpâ compellente, aut potentum importunia non sustinens, suæ gremium Matris Ecclesiæ petierit, usque in præsentiam Sacerdotis in eodem loco inconcussè permaneat, nulli permittentes quolibet dignitatis gradu functo, fugitivo etiam in locis sacris violentiam inferre. Si enim mundani Principes suis legibus censuerunt, ut quicumque ad eorum statuas fugerit, illæsus habeatur; quantò magis hi permanere debent indemnati, qui patrocinia immortalitatis regni & cælestis adepti sunt. Si tamen aliquo facto

tenentur obnoxij, qui ad Ecclesiam sunt à fuga versi, coram Sacerdote culpæ eorum innotescant, & ipse consultum ferat qualiter Dei habitaculum per substractionem non violetur illorum.

Gregor. Magn. lib. iij. Epist. ix. indict. xij. ad Januarium Episc. Calaritanam. *In med. 2. pag.....* Pervenit etiam ad nos, servos ancillasque Judæorum fidei causâ ad Ecclesiam refugientes, aut infidelibus restitui Dominis, aut eorum nè restituantur, pretium dari. Hortamur igitur, ut nullatenùs tam pravam consuetudinem manere permittas: sed si quilibet servus Judæorum ad venerabilia loca confugerit causâ fidei, nullatenùs eum patiamini præjudicium sustinere; sed sive olim christianus, sive nunc fuerit baptizatus, sine ullo christianorum pauperum damno, religioso ecclesiasticę pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.

Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 1. infr. Grat. lib. 7. cap. 1. & 8. Grat dist. 4. Ivo part. 1. cap. 264.

Ejusd. Epist. xxiv. lib. vij. pars altera. Laïcis non temerè tuitionem ecclesiasticam impendendam. *v. locum, tom. 13.*

Ejusd. lib. viij. indict. iij. Epist. xxxviij. ad Januarium Episc. Calaritanum. De oppressionibus minorum à majoribus, & de ijs qui ad Ecclesiam confugiunt. SI QUI eorum, de quibus est quæstio in Ecclesiam fortassè refugerint, ita debet causa diligentiâ vestrâ disponi, ut nec ipsi violentiam patiantur, nec ij qui dicuntur oppressi damna sustineant. Curæ ergò vestræ sit, ut eis sacramentum ab ijs, quorum interest de servanda lege, & justitia promittatur, & per omnia commoneantur exire, atque suorum actuum reddere rationem, quibus etiam Ecclesiæ vestræ defensorem deputare vos convenit. Cujus sollicitudine, ea quæ illis fuerint promissa serventur: quatenùs nec alijs noxia sint, & ipsis ecclesiastica, salvâ ratione, possint prodesse * refugia.

* *al. suffragia.*

Synodus incerti loci, post Concil. Paris. V. Can. ix. De his qui ad Ecclesias confugiunt. *De his qui ad Ecclesias confugium faciunt, ut Ecclesiæ status in omnibus firmo robore persistat, nullus de Ecclesia violenter trahatur, nec confugiendi jus in Ecclesiam substrahatur; sed nec vinculis aut ferro, qui in Ecclesiam confugerit, colligetur.*

Concil. Rhemense, anno 630. Can. vij. De his qui ad Ecclesias confugiunt defendendis, sic tamen ut libertatem, nisi promissâ pœnitentiâ non accipiant. *Si quis fugitivum ab Ecclesia absque sacramento, quo ei jurandum est, ut de vita, tormento & truncatione securus exstat, qualicumque occasione abstraxerit, communione privetur. Ille verò qui sanctæ Ecclesiæ beneficio liberatur à morte, non prius egredi accipiat libertatem, quàm pœnitentiam se pro scelere esse facturum promittat, & quod ipsi canonicè imponetur impleturum.*

Concil. Tolet. VII. anno 646. Capitul. 1. De Refugis atque perfidis Clericis sive Laïcis. *v. titul.* Contrà Clericos vagos.

Concil. Tolet. XII. anno 681. Capitul. x. De his qui ad Ecclesiam confugium faciunt. *Pro his qui quolibet metu vel terrore Ecclesiam appetunt, consentiente pariter & jubente Clarissimo Domino nostro Ervigio Rege, hoc sanctum Concilium definivit, ut nullus audeat confugientes ad Ecclesiam, vel residentes indè abstrahere, aut quodcumque nocibilitatis, &c.* v. locum, tom. 16.

Leges Ecclesiasticæ Inæ Regis Occiduorum Saxon. anno 692. v. De immunitate Ecclesiarum. *Si qui reus capitalis reus ad Templum confugerit vitæ potitor, & secundùm jus fasque compensato. Si quis verbera promeritus fani suffugium implorarit, ei verbera remittuntor.*

Capitulare Caroli Magni, anno Regni ejus 11. Cap. viij. De his qui mori debent, ab Eccleſia non defenſentur. *Ut homicidæ & cæteri rei, qui legibus mori debent, ſi ad Eccleſiam confugerint, non excuſentur, neque eis ibidem victus detur.*

Ejuſd. Capitular. Caroli Magni, ex Capitulis anno 3. ad Legem Salicam additi. Cap. iij. De confugio ad Eccleſiam. VIII. *Si quis ad Eccleſiam confugium fecerit, in atrio ipſius Eccleſiæ pacem habeat, nec ſit ei neceſſe Eccleſiam ingredi: & nullus eum indè per vim abſtrahere præſumat, ſed liceat ei confiteri quod fecit, & indè per manus bonorum hominum ad diſcuſſionem in publicum perducatur.*

Concil. Mogunt. anno 813. Can. xlj. Ut Eccleſiæ pacem habeant. *Reum confugientem ad Eccleſiam nemo abſtrahere audeat, nec indè donare ad pœnam vel ad mortem, ut honor Dei, & Sanctorum ejus conſerveturi: ſed Rectores Eccleſiarum pacem & vitam ac membra ejus obtinere ſtudeant: tamen legitimè componat quod iniquè fecit.*

Donaria Wiclafij Regis. Concil. London. anno 833. *In ſecunda pag.....* Itaque quoniam venerabilis Pater Dominus Siwardus Abbas Croylandiæ protexit me in Tabernaculo ſuo in die malorum, celans & ſalvans à facie tribulantis: ultrà privilegia meorum Anteceſſorum Regum Merciorum, qui prædictum Monaſterium varijs libertatibus & donarijs nobiliter illuſtrarunt, offero & ego magno Altari prædicti Monaſterij de paupertate mea Calicem aureum, Crucem auream & tabulam Capellæ propriæ laminis aureis deauratam, me profitens dictæ Eccleſiæ perpetuum pro viribus defenſorem. Inſuper, &c. *v. totum, tom.* 21.

Nicol. Pap. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum xxiv. Quid parricida? id eſt, qui patrem vel matrem occiderit, vel etiam qui fratrem aut ſororem interfecerit pati debeat, leges indicant; porrò ſi ad Eccleſiam confugerit, id quod Epiſcopus loci, vel Sacerdos, qui ab illo conſtitutus eſt providerit, agendum decernimus.

Ibid. xxvj. De his qui proximum, id eſt conſanguineum ſuum, ut frater, conſobrinus, aut nepos trucidaverint, venerandæ leges proprium robur obtineant. Sed ſi ad Eccleſiam convolaverint, mortis quidem legibus eruantur: pœnitentiæ verò, quam Antiſtes loci vel Presbyter conſideraverit, abſque dubio ſubmittantur. *Nolo*, inquit Dominus, *mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* Ezec. 18.

Ibid. xxvij. De his qui ſocium ſuum morti tradiderint, idipſum quod ſuprà decernimus.

Ibid. xxviij. De his qui ad uxorem alterius comprehenſus fuerit, quid judicandum ſit, lectis legibus reperietis. Jam verò ſi ad Eccleſiam adulter confugerit, judicandum ab Epiſcopo fore decernimus, quod Sacros conſtat diſſiniſſe Canones, vel Sanctos Apoſtolicæ Sedis Præſules clarum eſt ſtatuiſſe. *v. quoque xcv.* De his qui ad Eccleſias confugiunt. *eod. tom.* 22.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. lxiij. Ut Privilegia Eccleſijs conceſſa maneant incorrupta, & qui corruperit, pœnas luat ſacrilegij.

Ibid. cxxix. De reis ad Eccleſias, vel ad eorum atria confugientibus, ut indè non abſtrahantur.

Ex Excerptionibus Egberti Archiep. De Jure Sacerdotali. *De confugientibus*

ad Eccleſiam. Eos qui ad Eccleſiam confugerint, tradi non oportet, ſed eos Domini ſui promiſſâ interceſſione perſuadeant. Quòd ſi ab Eccleſia exeuntibus pœnale aliquid Dominus intulerit, ut Eccleſię inimicus habeatur excommunicatus. Si quis alicui aliquâ ratione nocuerit ſub confugio eccleſiaſtico, vel ſub aliquo ſanctimonij ſignaculo ſeptempliciter emendet, reddat & reſtituat, ſed & 7. annos in dura pœnitentia permaneat, ſin aliter excommunicandus eſt ab omni Eccleſia Catholica.

Concil. Wormat. anno 868. Can. xliij. De refugis & perfugis. NOBIS igitur ratio Synodalis perſuadet decernere, ut quicumque Laïcorum in adverſitate propriæ gentis, aut patriæ, vel regiæ poteſtatis ad exiernas partes ſe conferendo noxius fuerit ultrà repertus, non ſolùm omni rerum ſuarum proprietate privetur, ſed & perpetuâ excommunicatione damnato, nunquam illi prætèrquàm in ultimo mortis ſuæ Communio tribuatur.

Leges Eccleſiaſticæ Alvredi Magni Regis Anglorum, titul. ij. De Azilis, & Refugijs Eccleſiaſticis. CRIMINIS cujuſcumque (ſi quidem ad villam Regis aut familiam honoratam aliquam non attingat) ſi ad fanum confugerit, tres noctes, quibus ſaluti ſuæ proſpiciat (ni interim in gratiam redierit) ibi maneto. Ac ſi quis eum per id temporis plagarum, vinculorum, aut vulnerum metu profligarit, mulcta, vel ipsâ capitis æſtimatione prout ejus gentis feret conſuetudo, noxiam omnium ſarcito: fani verò ædituis 120. ſolidorum numeratione pacis Eccleſiæ violatæ pœnas luito.

Ibid. Capitul. iv. De immunitatibus eccleſiaſticis. UNICUIQUE porrò Templo religioſè ab Epiſcopo conſecraro hanc pacem concedimus. Si quis alteri inimicatur, ijſque Templi ſuffugium implorarit, per 7. dies à nemine abſtrahitor. Si quidem præ fame vivere non poſſit, & vtam vi non aperuerit. Qui ſecùs fecerit, violationis pacis Regis & Eccleſiæ tenetor, & criminis etiam gravioris ſi quid indè rapuerit. Quin ſi ędituis magnopere fuerit illo loco utendum, illum alia in domo quę plura non habeat oſtia quàm ipſum Templum incluſum curanto, fanòque prępoſitus ei interim cibus nè ſuppediretur videto. Verumtamen ſi quis is in ditionem adverſariorum arma ſua dedere voluerit 30. diebus incolumen illi eum cuſtodiunto, & dùm demùm cognatorum in manibus tradunto. Porrò autem hoc pacis beneficio Eccleſia fruitor. Si quis commiſſi alicujus maleficij, priùs tamen non patefacti conſcius ad Templum confugerit, idemque in Dei nomine faſſus fuerit, dimidium mulctæ ei remititor.

Concil. Coyacenſe, anno 1050. Cap. xij. De Azili Jure Eccleſijs conceſſo. *Duodecimo quoque titulo præcipimus, &c.* v. locum, in fine tom. 25.

Concil. Rhem. anno 1148. Can. xiv. De Azilis. *Hoc etiam conſona SS. Patrum definitione ſancimus, ut in eos qui ad Eccleſiam vel Cœmeterium confugerint, nullus manus mittere audeat. Quòd * qui fecerit, anathema ſit.* * Si.

Concil. Ravennate, anno 1286. Capitul. ix. De immunitate Eccleſiarum. *Quoniam quidam perditionis filij libertatem Eccleſiæ attributam, &c.* Tom. 28. *vide titul. ſequent.* De immunitatibus eccleſiaſticis.

DE IMMVNITATIBVS ECCLESIASTICIS.

LEGES Eccleſiaſticæ Inæ Regis Occiduorum Saxonum, anno 693. v. De immunitate Eccleſiarum. *Si quis rei capitalis reus ad Templum confugerit, vita potitor, &c.* vide de Azilis.

Ibid. vj. De pugna in Eccleſia (inter alia.) *v. locum, tom.* 17.

Synodus Metenſis ſub Pippino Rege, anno 753. Capitul. vj. De immunitatibus conſervandis. *ibid.*

Concil. Vernenſe I. anno 755. Can. xix. Ut Eccleſiarum immunitates illibatæ ſerventur. *Ve omnes immunitates in univerſis Eccleſijs conſervatæ ſint.* v. locum, eod. tom.

Concil. Arelat. VI. anno 813. Can. xx. Ut antiquis Eccleſijs jura ſerventur. *v. tom.* 20.

Concil. Moguntinum I. anno 848. Pro juribus & immunitatibus eccleſiaſticis celebratum. Capitul. vj. De immunitate rerum eccleſiaſticarum.

Ibid. Capitul. viij. De proprietatibus ab Epiſcopis vel Presbyteris poſt ordinationem acquiſitis. *eod. tom.* 20.

Ibid. Capitul. xj. Ut antiquæ Eccleſiæ habeant privilegia ſua.

Concil. Sueſſion. II. anno 853. Ut Eccleſiæ immunitatem olim adeptæ in perpetuum illâ frui ſinatur. *Decreverunt præterea, &c.* Tom. 21. ſub finem.

Epiſtola Epiſcoporum è Synodo apud Cariſiacum. Capitul. vij. Ut privilegia & immunitates Eccleſiarum conſervet, Rectoreſque illarum non inquietet, nec poſſeſſiones diripi non permittat. *Tom. 22. ſub finem.*

Regulæ Sanctę ac Univerſalis Octavæ Synodi Conſtantinopolitanæ, anno 870. xviij. Indè ſtatutum eſt ut Priviligia Eccleſiarum conſerventur. *v. locum, tom. 23. in fine.*

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Ut in immunitatibus Eccleſiarum mallum vel placitum nemo tenere præſumat. *Placuit ne nullus Comes, neque aliquis ex Judiciaria poteſtate mallum aut placitum in immunitatibus vel atrijs Eccleſiarum tenere, aut quemquam de familia earumdem Eccleſiarum quacumque occaſione aut temeritate injuriare præſumat. Quòd ſi fecerit, bannum dominicum perſolvat, & inſuper Deo & Eccleſiæ quàm læſit ſecundùm canonicam inſtitutionem in omnibus ſatisfaciat. Quam etiam ſi facere diſtulerit, quamdiu à cœtu fidelium arceatur, donec pœnitentiâ acceptâ reatum quem commiſit, emendet.*

Synodus Cariſiaca, Cap. vij. Hludovico Regi, de immunitate Eccleſiæ. ETSI Eccleſiam Dei, ſicut nobis ſcripſiſtis, quæritis reſtaurare, debita Epiſcopis & ſibi commiſſis Eccleſijs privilegia intemerata, ſicut divinitùs conſtituta ſunt, cuſtodite. Præcepta & immunitates in honorem earum, ſicut avus & pater veſter conſervaverunt, conſervare curate: & quæ Frater veſter Dominus noſter, qui & paternâ donatione & vobiſcum, cum veſtris, veſtrorumque fi-

delium mutuis firmatibus Regni partem accepit, pro cultu & honore Eccleſiarum egit, ſimiliter conſervate. Et Rectores ac Paſtores Eccleſiarum, ut Patres & Chriſti Vicarios colite, ſicut Sancta Scriptura præcipit, dicens: *Sacerdotes Dei ſanctifica, & Magnatis humilia caput tuum, eorumque ſpiritalia conſilia obaudite.* Et iterùm dicente Scripturâ: *Interroga Patres tuos, & annuntiabunt tibi; Majores tuos, & dicent tibi.* Et item: *Interroga Sacerdotes meos legem meam.* Et Dominus per Malachiam Prophetam: *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt.* Eſque tempore incongruo & inoportuno, nolite inquietare: ſi liceat eis miniſterium ſacrum, ad quod ordinati ſunt in populi ſalutem peragere, ſibique domeſtica jura ſubjectos nolite concutere, & non ſinatis deshoneſtare ſive opprimere, ut Presbyteris honor congruus & jura debita, quæ Canones & Capitula Avi & Patris veſtri ſtatuerunt, conſerventur ſatagite; ut Epiſcopi quietam libertatem ſuas Parœcias circumeundi & prædicandi, ac confirmandi atque corrigendi habeant, ordinate; ut Miſſus Reipublicæ, id eſt Miniſter Comitis cum ipſis ſi jufſerint, eat, qui liberos homines inceſtuoſos ſi per admonitionem Presbyterorum venire ad Epiſcopum nolucrint, eos ad Epiſcopi placitum venire faciat commendate, &c. *v. totum ſusè, tom.* 22.

Eccleſ. 7. & 4. Deut. 31. Aggæi 2. Malach. 2.

Concil. Sueſſion. II. anno 853. Can. viij. Ut Eccleſiæ immunitatem olim adeptæ in perpetuum illâ frui ſinantur. *Decreverunt præterea Sancti Pontifices, ut Eccleſiæ, quæ olim indulgentiâ Religioſorum Principum, vel aliorum fidelium devotione immunitatem meruiſſent, eâ in perpetuum perfrui finerentur.*

Concil. Mogunt. I. anno 848. Cap. vj. De immunitatibus Eccleſiæ. Quiſquis faſtu ſuperbiæ elatus, domum Dei ducit contemptibilem, & poſſeſſiones Deo conſecratas, atque ad honorem Dei ſub Regiæ immunitatis defenſione conſtitutas, inhoneſtè tractavetit, vel infringere præſumpſerit, quaſi invaſor & violator domûs Dei excommunicetur. Decet etiam, ut indignationem Domini Regis ſentiat, cujus benevolentiæ contemptor, & conſtitutionis prævaricator extitetit. Nihilominus Rex ſuæ conceſſionis immunitatem ab omnibus ditioni ſuæ ſubjectis illæſam conſervari præcipiat, aſſenſum verò non præbeat improvidè affirmantibus, non debere eſſe res dominicas, id eſt Domino dominantium deditas; ita ſub defenſione Regis, ſicut propriæ ſuæ ſunt hæreditates: magiſque advertat quia quantò Deus excellentior eſt homine, tantò præſtantior eſt divina cauſa mortalium poſſeſſione. Quocireà decipitur quiſquis plus in proprijs, quàm in dominicis rebus gloriatur: quarum divinarum rerum defenſor & cuſtos divinitùs ſtatutus, diligenti curâ non ſolùm eas ſervare, ſed etiam multiplicare debet, magiſque illa, quæ diximus, præſtantiora, quàm ſua defendere illum oportet & augmentare. Si quis igitur inſanus importunitate improbitatis Regem à recto propoſito avertere tentaverit, nulliſque remedijs mitigari poſſe viſus fuerit, licet obſequijs aliquibus tranſitorijs ſit neceſſarius, abjiciendus ab eo projicienduſque re eſt juxtà illud Evangelium: *Si pes, manus, oculuſvè tuus ſcandalizet te, erue illa & projice ab te.* Matt. 18.

Rex defenſor rerum eccleſiaſticarum.

Sancta Synodus Octava Generalis Conſtantinopolitana IV. anno 780. Placuit huic ſanctæ & magnæ Synodo, ut res vel privilegia, quæ Dei Eccleſijs ex longa conſuetudine pertinent, & ſive à divinæ recordationis Imperatoribus, ſive ab alijs Dei cultoribus in ſcriptis vel ſine ſcriptis donata, & ab eis per an-

nos 30. poſſeſſa ſint, nequaquàm à poteſtate Præſulis earum quæcumque perſona ſæcularis per poteſtatem ſubſtrahat, aut per argumenta quælibet auferat, ſed ſint omnia in poteſtate ac uſu Præſulis Eccleſiæ quæcumque integra 30. ſpatium annorum ab Eccleſijs poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergò ſæcularium contrà præſentem definitionem egerit, tamquàm ſacrilegus judicetur, & donec ſe correxerit, & Eccleſiæ propria, ſeu res reſtituerit & reſervaverit, anathema ſit.

Conſtitutiones Odonis Archiep. Cantuariæ. Cap. 1. De immunitatibus Eccleſiarum *Primo Capitulo præcipimus & mandamus, ut ſancta Dei Eccleſia, quæ Sanguine Chriſti primùm fundata eſt, &c.* v. tom. 25.

Leges Eccleſiaſticæ Edgari Regis, anno 867. Cap. 1. De immunitatibus Eccleſiæ. *Primùm eſt, ut Eccleſiæ Dei recti ſui dignæ ſint, &c.* eod. tom.

Concil. Legionenſe, anno 1012. Cap. ij. De immunitate Eccleſiæ. *Præcipimus etiam ut quidquid teſtamentis conceſſum, &c.* v. locum, eod. tom.

Alexandri Pap. III. Epiſt. x. De immunitate eccleſiaſtica non violanda. *Etſi circà nos & matrem tuam Eccleſiam ſacroſanctam, &c.* v. tom. 27.

Concil. Lateran. III. anno 1179. Capitul. ix. De immunitatibus Eccleſiarum & privilegijs. *Cùm & plantare ſacram Religionem, & plantatam fovere modis omnibus debemus, &c.* eod. rom.

Concil. Lugdun. II. anno 1274. Conſtitutiones à Gregorio Pap. X. in Concil. Lugdunenſi. xxv. De immunitate Eccleſiarum. *v. loc. tom.* 28.

Concil. Ravennate I. anno 1286. Capitul. ix. De immunitate Eccleſiarum. *v. loc. ibid.*

Concil. Palentinum, anno 1322. Cap. xvij. De immunitate Eccleſiarum. *Reverentia ſpecialis, quam cuncti fideles Eccleſiæ Dei exhibere tenentur, &c.* v. locum, tom. 29.

Concil. Toletanum, anno 1347. Cap. ij. De immunitate Eccleſiarum. *Cæterùm quorumdam habet fida relatio, quòd, &c.* ibid.

Concil. Saltzburg. anno 1420. Cap. xxix. De immunitate Eccleſiarum. *Quamquàm dudum Eccleſiarum advocati, ut ab indebitis vexationibus, &c.* ibid. tom. 29.

Concil. Colonienſe, anno 1536. Pars nona. Cap. xx. Immunitatem eccleſiaſticam in duobus potiſſimùm ſitam eſſe. *Immunitas Eccleſiaſtica, vetuſtiſſima res eſt, &c.* v. locum, tom. 35.

Concil. Mogunt. anno 1549. Cap. lxxvj. De immunitate eccleſiaſtica. *Præterea cum omnibus palàm ſit ſuper Eccleſiarum, &c.* ibid.

Concil. Treverenſe, anno 1549. Cap. xvij. De immunitate Eccleſiarum. *Præterea ſtatuimus, quod nullus à Perſonis Eccleſiaſticis, &c.*

Ibid. Cap. xviij. Nè quis aliqua ſtatuta contrà libertatem Eccleſiæ facere præſumat. *Vetera ſtatuta Prædeceſſorum noſtrorum innovando, &c.* v. eod. tom. 35.

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. De Bonis & Juribus Eccleſiaſticis. *Quibus Judicibus auctoritate Concilij Tridentini, &c.* v. locum, tom. 36.

DE

DE DEFENSORIBVS ECCLESIARVM ADVOCATIS, EXECUTORIBUS, OECONOMIS, &c.

CONCIL. CHARTHAG. V. anno 398. Cap. ix. De Defensore Ecclesiarum à Principe postulando. *Ab Imperatoribus universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum quorum molestijs sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut Defensores eis adversùs potentias divitum cum Episcoporum provisione delegentur.*

Concil. Milevit. anno 416. Can. xvj. Ut pro causis Ecclesiarum, Executores vel Advocati à Principe postulentur. PLACUIT præterea ut Executoribus in omnibus justis desiderijs impertiatur. Placuit etiam ut petatur à Glorioſissimis Imperatoribus, ut jubeant Judicibus dari petitos sibi Defensores Scholasticos, qui in actu sint, vel in officio defensorum causarum ecclesiasticarum, more Sacerdotum Provinciæ, ut ijdem ipsi, qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotijs Ecclesiarum quoties necessitas flagitaverit, vel ad obsistendum callidè decipientibus, vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda ingredi Judicum secretaria.

Concil. Afric. anno 424. Can. xlij. De Defensoribus Ecclesiarum ab Imperatore poscendis.

Ibid. Can. lxiv. Ut ab Imperatoribus postuletur Advocatorum defensio pro causis ecclesiasticis. PLACUIT etiam ut petant ex nomine Provinciarum omnium Legati perrecturi Vincentius & Fortunatianus à Glorioſissimis Imperatoribus ut dent facultatem defensores constituendi Scholasticos qui in actu sunt vel in munere defensionis causarum, ut more Sacerdotum Provinciæ ijdem ipsi qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotijs Ecclesiarum quoties necessitas flagitaverit, vel ab obsistendum oprepentibus, vel ad necessaria suggerenda ingredi Judicum secretaria.

Codex Can. Eccles. Afric. Can. xcvj. Περὶ τῶν βίβλων τῆς ἐκκλησίας. Placuit præterea ut Executores in omnibus desiderijs quæ habet Ecclesia, quinque postulentur, qui in diversis Provincijs impertiantur.

Concil. Calchedon. Can. xxvj. De dispensatoribus Ecclesiarum. *v. tom. 9.*

Gregor. Magn. lib. 1. Epist. xj. ad Clementinam Patriciam. *Diaconum verò Anatolium quem ad vos dirigi popoſciſtis hoc nos facere non poſſe cauſa magu modus quàm rigoris auſteritas facit. Vicedominum enim eum conſtituimus cujus arbitrio Epiſcopium commiſimus diſponendum.* Grat. dist. 89. cap. 3. Anscl. lib. 7. cap. 77.

Ejusd. lib. iv. indict. xiij. Epist. xxv. ad Vincomalum Defensorem. Ecclesiasticę utilitatis intuitu id nostro sedit arbitrio, ut simili conditioni vel corpori teneris obnoxius, nec fuisti Clericus alterius Civitatis, aut in nullo tibi Canonum obviant statuta officium Ecclesiæ defensorum accipias: ut quidquid pro pauperum commodis tibi à nobis injunctum fuerit incorruptè & vivaciter exequaris; usurus hoc privilegio, quod in te habitâ deliberatione contulimus, ut omnibus quæ tibi à nobis fuerint injuncta complendis operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis sub Dei nostri judicij rationem. Hanc autem Epistolam Paterio Notario Ecclesiæ nostræ subscribendam dictavimus.

Ejusd. lib. vij. indict. i. Epist. xvij. Bonifacio primo Defensori. *Ecclesiasticis utilitatibus fideliter insudantes, congruæ remunerationis sunt beneficio prosequendi, &c* ad hæc verba: *post se constituta dissolvere.* v. tom. 13.

Idem, eod. lib. indict. ij Epist. xvj. *Filium noster Theodosium Abbas Monasterij à Liberio quond. m Patricio, &c.* v. locum.

Ibid. Epist. xvij. *Propositi nostri cura nos admonet ecclesiasticas utilitates strenuis agendas mandare personis, &c.* v. locum.

Ejusd. Epist. xvij *Cognoscatis volo quia ad felicitudinem vos defensoris nostri dispositio nostra pertinere constituit, &c.* v. locum.

Ibid. Epist. xix. *Scientes devotionis affectum paternis commendationibus ampliari, necesse est ut ea quæ agere vos sponte confidimus, gloriæ vestræ in his favorem nostris augere Epistolis festinemus, &c.*

Ibid. Epist. xx. *Gloriæ vestræ & experta & cognita nos devotio provocat Epistolari vos alloquio causis ecclesiasticis exhibere adjutores, &c.*

Ibid. Epist. xxj. Gloriæ vestræ bonitas nuntio veraci diffusa, tantam nobis de se certitudinem præbet, ut in nullo de ea diffidere, sed magis sicut reverà sapienti filio Ecclesiæ nostræ Ecclesiæ debeamus specialiter causam commendare. Et ideò Romanum Defensorem nostrum præsentium portitorem ad gubernationem patrimonij Ecclesię nostræ in Catanensibus ac Syracusanis partibus constituti, Deo protegente transmisimus, &c.

Ibid. Epist. xxij. *Filius noster Gloriosus vir Leontius Exconsul, de Fratre & Coepiscopo nostro Leone graviter est questus, &c.*

Ibid. Epist. xxiv. Romano Defensori. Laïcis non temerè tuitionem ecclesiasticam impendendam. *Pervenit ad nos, quia quidam homines minorem omnimodò discretionem tenentes, in suis nos pertentis implicari desiderant, atque ita volunt ab Ecclesiasticis Personis defendi, ut ipsa quoque Persona Ecclesiastica ex eorum culpa teneantur, &c.* v. locum, eod. tom. 13.

Ibid. lib. viij. Epist. xxxviij. ad Joannem Episcopum Calaritanum. Qualiter in Sardinia minores vel pauperes ab eis qui illis majores sunt opprimuntur. *vide titul.* De azilis & refugijs ecclesiasticis.

Ibid. lib. ix. Epist. xxxiij. Injungit officium Ecclesiæ defensoris. *Si nulli conditioni vel corpori teneris obnoxius, &c.* v. locum, tom. 14.

Ibid. Epist. xxxiv. ad Romanum Defensorem. *v. locum.* idem est ut suprà.

Ibid. lib. ix. indict. iv. Epist. lxvj. in fine. Anthemio Subdiacono Campaniæ. ..... Volumus autem ut memoratus Frater noster Pascasius, & vicedominum sibi ordinet, & majorem domûs: quatenùs possit, vel hostibus supervenientibus, vel causis quæ evenerint, idoneus & paratus existere. Si verò &c

negligentem eum prospicis, & ea quæ diximus implere differentem, omnis Clerus ejus adhiberi debet, ut communi consilio ipsi eligant quorum personæ ad ea quæ prædiximus valeant ordinari.

Ibid. lib. x. Epist. xlvij. ad Romanum Defensorem. De præsumptione Tonsuratorum in Sicilia, qui nomen Defensorum temerè usurpabant. *Pervenit ad nos quod Tonsuratos in Sicilia pravâ sibi præsumptione nomen Defensorum sumerent, atque eos non solùm utilitatibus ecclesiasticis non esse utiles, sed etiam hac occasione multa indisciplinata committere, &c.*

Concil. Hispal II. anno 619. Can. ix. De œconomis, nè ex laïcis constituantur. *Nonâ actione didicimus quosdam ex * nostro Collegio contrà mores ecclesiasticos, Laïcos habere in rebus divinis constitutos œconomos, &c.* v. locum, eod. tom. 14. * vestro.

Concil. Tolet. IV. anno 633. Can. xlviij. De institutione œconomorum; id est, qui res Ecclesiasticas tractant. *Eos, quos œconomos Græci appellant, hoc est qui vice Episcoporum, vel res ecclesiasticas tractant, sicut Sancta Synodus Calchedonensis instituit, omnes Episcopos de proprio Clero ad regendas Ecclesias habere oportet: qui aut deinceps contempserit, obnoxius ejusdem magni Concilij erit.* Calch. Concil. Can. 26.

Concil. Nicen. II. anno 787. καὶ ὅτι δεῖ οἰκονόμους εἶναι ἐν τοῖς ἐπισκοπείοις, καὶ ἐν τοῖς μοναστηρίοις. Ὑπόχρεως ὄντες πάντας, &c. Est Can. xj. Quòd oporteat œconomos esse in Episcopijs ac Monasterijs. *Cùm simus debitores omnes, &c.* v. locum, tom. 19.

Ex Capitul. Caroli Magni, anno 12. Bononiæ datis. xxxiv. De Advocatis Episcoporum & Abbatum. *Ut Episcopi & Abbates Advocatos, &c.* v. loc. tom. 20.

Concil. Mogunt. anno 813. Can. 50. De Præpositis vel Advocatis sive Vicedominis. *Omnibus igitur Episcopos, &c.* v. eod. tom.

Concil. Rhem. II. anno 813. Can. xxiv. De Præpositis & Vicedominis constituendis. Ut Præpositi & Vicedomini secundùm regulas vel Canones constituantur.

Concil. Belvacense, anno 845. Cap. vj. Ut Ecclesiæ contrà oppressores defendantur.

Ibid. Cap. vij. Ut præcepta Ecclesijs data firmentur. *v. locum, tom. 21.*

Joann. Pap VIII. Epist. lxvj. ad Athanasium Episcopum Neapolitanum. Commendat zelum fidei quem ostenderat adversùs Sergium Ecclesiæ Dei hostem: hortatur ut in dies magis pro Ecclesiæ sibi commissæ defensione laboret. *v. locum, tom. 24.*

Ejusd. Epist. ccxciij. ad Carolum Imperatorem. Rogat ut Ecclesiam defendat, & ipsemet adjutor veniat. *v. locum, sub fin. Epistolarum.*

Concil. Ravennate IV. anno 1317. Cap. 1. Quòd Episcopus ponat œconomum ad custodiam rerum Ecclesiarum vacantium. *Cùm Ecclesiarum vacantium proventuum, &c.*

Ibid. Cap. ij. Quòd nullus præsumat in spiritualibus ministrare, nisi priùs ab Episcopo loci sibi fuerit animarum cura commissa. *v. locum, tom. 29.*

OBLATIONES, PRIMITIAE, DECIMÆ.

CANON. APOST. III. Nihil in Sacrificio aliud offerendum, prçter quod Dominus ſtatuit. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρ̃ς, &c. *Si quis Epiſcopus aut Presbyter, præter ordinationem Domini alia quædam in Sacrificio ſuper Altare, id eſt, aut mel aut lac, aut pro vino ſiceram, aut confecta quædam, aue volatilia, aut animalia aliqua aut legumina, contrà conſtitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur.*

Ibid. Canon. iv. Quæ ſpecies ad Altare non ad Sacrificium, ſed ad benedictionem ſimplicem debeant exhiberi. *Offerre non licet aliquid ad Altare præter novas ſpicas & uvas & oleum ad luminaria & thymiama, id eſt, incenſum tempore quo* * *ſancta celebraeur Oblatio.*

* ſacra.

Ibid. Can. v. Quòd ea quæ in Eccleſia offerri non poſſunt, ad domos Sacerdotum à fidelibus deferantur. *v. locum, tom. 1. pag. 135.*

Ex Decretis Pij Papæ I. De Oblationibus populorum. *eod. tom. 1. pag. 232.*

Concil. Eliberitanum, anno 305. Capitul. xxviij. De Oblationibns eorum qui non communicant.

Ibid. Cap. xlix. De frugibus fidelium, nè à Judæis benedicantur. *eod. tom.*

Concil. Laodic. interpret. Dion. Exig. Can. xiv. Ad alias Parochias Eulogias, quę oblatę ſunt, minimè deſtinendas. *v. locum, tom. 2. pag. 96.*

Ibid. Can. xlix. Oblationes offerri in Quadrageſima non oportère.

Ibid. Can. lviij. Oblationes offerri in domibus non oportere. *v. locum.*

Concil. Gangrenſe, anno.....interpret. Iſidor. Mercat. Can. vij. De fructuum Obationibus. *Tom. 2. ſub fin.*

Concil. Vaſenſe, ſub Julio I. Ut qui Oblationes defunctorum retinent excommunicentur. *v. locum, tom. 3. pag. 119.*

Decreta Damaſi Pap. I. iij. Eccleſiarum Oblationes ſub Laïcorum dominio non detineantur. *v. eod. tom. 3. pag. 296.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Can. xciij. Ut Oblationes diſcordantium non recipiantur. *Oblationes diſſidentium Fratrum, neque in Sacrario, neque in Gazophylacio recipiantur.*

Ibid. Can. xciv. Ut oppreſſorum pauperum Oblationes non ſuſcipiantur. *Eorum qui pauperes opprimunt, dona à Sacerdotibus refutanda.*

Ibid. Can. xcv. De his qui Oblationes defunctorum Eccleſijs fraudant. *Qui Oblationes defunctorum aue negant Eccleſijs, aue cum difficultate reddunt, tanquàm egentium necatores excommunicentur.*

Decreta Bonifacij Pap. I. quæ non habentur in prioribus. iij. Quidquid Domino consecratur, ad jus pertinet Sacerdotis. *Tom.* 4.

Concil. Vasense II. anno 442. Can. ij. De Pœnitentibus subitò mortuis, ut eorum Oblationes recipiantur.

Ibid. Can. iv. Ut qui Oblationes defunctorum retinent excommunicentur. *Qui Oblationes fidelium defunctorum retinent & Ecclesijs tradere demorantur, ut infideles sunt ab Ecclesia abjiciendi: quia usque ad exinanitionem fidei pervenire certum est hanc divinæ pietatis exacerbationem: quâ & fideles de corpore recedentes votorum suorum plenitudine, & pauperes collatu alimoniæ, & necessariâ sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes judicium Dei habendi sunt. Undè & quidam Patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententiâ, quâ ait:* Amico quippiam rapere furtum est; Ecclesiam fraudare sacrilegium. *Hier. Ep. 2. ad Nepotianum*

Synodus Sancti Patricij, Auxilij & Isserninj Episcoporum in Hibernia, anno 450. Can. xij. Ut non accipiatur eleëmosyna excommunicati. *Quicumque Christianus excommunicatus fuerit, nec ejus eleëmosyna recipiatur.* Tom. 7.

Ibid. Can. xiij. Ut non accipiatur eleëmosyna gentium in Ecclesiam. *Eleëmosynam à gentibus offerendam in Ecclesiam recipi non licet.*

Ibid. Can. xxv. De Religiosorum donis Pontifice in Ecclesia celebrante. *Si quæ à Religiosis hominibus donata fuerint diebus illis quibus Pontifex in singulis habitaverit Ecclesijs, Pontificalia dona: sicut mos antiquitùs ordinare, ad Episcopum pertinebunt, sive ad usum necessarium, sive egentibus distribuendum, prout ipse Episcopus moderabit.*

Ibid. Can. xxvj. de eod. argumento. *Si quis verò Clericus contravenerit & dona invadere fuerit deprehensus, ut turpis lucri cupidus ab Ecclesia sequestretur.*

Alia Synodus Sancti Patricij, anno incerto, Can. xij. De Oblatione pro defunctis. *v. in fin. tom.* 7.

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. xlvij. Qui oblationes fidelium suppresserint. *Secundùm constitutionem Synodi Vasensis, quicumque Oblationem fidelium suppresserit aut negaverit, ab Ecclesia, cui fraudem fecerit, excludatur.* Concil. Valense I. c. 4.

Concil. Agath. anno 506. Can. iv. De his qui suas vel propinquorum oblationes Ecclesiæ defraudant. *Clerici etiam vel sæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamentis relictas, retinere præsiterint, aut id quod ipsi donaverint Ecclesijs vel Monasterijs crediderint auferendum, sicut Synodus sancta constituit, velut necatores pauperum quousque reddant ab Ecclesijs excludantur.* qu. 2. Clerici.

Concil. Aurel. I. anno 511. Can. v. Qualiter ab Episcopo facultates Ecclesiæ dispensentur? De Oblationibus vel agris, quos Domnus Rex noster Ecclesijs suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus * Deo inspirante, contulerit, ipsorum agrorum, vel Clericorum immunitate concessâ, id esse justissimum definimus, ut in * reparationibus Ecclesiarum alimonijs Sacerdotum & pauperum, vel redemptionibus captivorum quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit expendatur, & Clerici in adjutorium ecclesiastici operis constringantur. Quòd si aliquis Sacerdotum ad hanc curam * minùs sollicitus ac devotus extiterit, publicè à Comprovincialibus Episcopis confundatur. Quòd si nec sub tali confusione correxerit, donec emendet errorem, Communione Fratrum habeatur indignus.

* *sibi.* * *refectione.* * *sui minoris officij.*

Ibid. Can. xiv. De Oblationibus fidelium. ANTIQUOS Canones relegentes priora ſtatuta credidimus renovanda, ut de his quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem ſibi Epiſcopus vindicet; & medietatem diſpenſandam ſibi ſecundùm gradus Clerus accipiat, prædijs de omni commoditate in Epiſcoporum poteſtare durantibus.

Ibid. Can. xv. De his, quæ in Parochianis Eccleſijs offeruntur. DE *his*, quæ Parochijs in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs, quicumque fideles obtulerint, antiquorum Canonum ſtatuta ſerventur, ut omnia in Epiſcopi poteſtate conſiſtant. De his tamen quæ in altario acceſſerint, tertia fideliter Epiſcopis deferatur.

Concil. Aurel. II. anno 533. Can. xv. De oblationibus interfectorum. *Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere cenſemus, ſi tamen non ipſi ſibi mortem probentur propriis manibus intuliſſe.*

Concil. Arvernenſe, anno 535. Can. xiv. Munera Eccleſiæ collata, nullâ ratione fraudanda. *Si quis cujuſcumque munuſcula qualibet Sanctis ſcriptura conlata, nefariâ calliditate fraudaverit, invaſerit, retentaverit, atque ſuppreſſerit, & non ſtatim à Sacerdote commonitus Deo conlata reddiderit, ab Eccleſiæ Catholicæ Communione pellatur.*

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. v. De ijs, quæ oblata & collata ſunt Baſilicis Civitatis & Parochiarum. *Si quæ oblationes in quibuſlibet rebus atque*
Carpent. *corporibus collata fuerint Baſilicis in Civitatibus conſtitutis, ad poteſtatem Epiſcopi*
1. *redigantur; & in ejus ſit arbitrio, quid ad reparationem Baſilicæ aut obſervantium ibi ſubſtantiam deputetur. De facultatibus verò Parochiarum vel Baſilicarum in pagis Civitatum conſtitutis, ſingulorum locorum conſuetudo ſervetur.*

Concil. Aurel. V. anno 549. Cap. xvj. Qui à ſe vel ab alijs Eccleſiæ oblata auferre præſumpſerit. *v. locum, eom. 11. ſub finem.*

Ibid. Cap. xix. De oblatione Puellarum in Monaſterijs. *v. locum.*

Concil. Arelat. V. anno 554. Can. 1. Ut oblatæ Altaris ab Epiſcopi Provinciæ ad formam Arelatenſis Eccleſiæ offerantur. *Ut oblata quæ in Sancto offeruntur Altario, à Comprovincialibus Epiſcopis non aliter, niſi ad formam Arelatenſis offerantur Eccleſiæ. Quòd ſi aliter aliquis facere præſumpſerit, tamdiù ſit à Communione vel à caritate Fratrum ſeclusus, quamdiù ipſum Cœtus Synodalis receperit.*

Conſtitutio Generalis Clotharij Regis. Ut oblationes defunctorum Eccleſijs deputatę, nullorum competitionibus auferantur, præſenti conſtitutione præſtamus. Agraria paſcuaria vel decimas porcorum Eccleſię pro fidei noſtræ devotione concedimus: ita ut actor, aut decimator in rebus Eccleſiæ nullus accedat, Eccleſiæ vel Clericis nullam requirant agentes publici functionem, qui avi vel genitoris noſtri immunitatem meruerunt.

Concil. Bracar. I. anno 563. De diviſione oblationum. ITEM placuit, ut ſi quid ex collatione fidelium, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud unum Clericorum fideliter colligatur, & conſtituto tempore, aut ſemel aut bis in anno inter omnes Clericos dividatur: nam non modica ex ipſa inæqualitate diſcordia generatur, ſi unuſquiſque in ſua ſeptimana quod oblatum fuerit, ſibi defendat.

Epiſt. Epiſcoporum Provinciæ Turon. ad populum miſſa poſt Concil. Tu-

ron. II. ILLUD verò inſtantiſſimè commonemus, ut Abrahæ documenta Gen. 4.
ſequentes, decimas ex omni facultate non pigeat Deo pro reliquis quæ poſſidetis conſervandas, offerre: nè ſibi ipſe inopiam generet; qui parva non tribuit, &c. *ad hæc verba*: quiſquis optat regnare cum Chriſto. Et licet ſuperiùs dictum ſit ad exemplum Abrahæ decimas offerri debere; attamen propter cladem quæ imminet, hortamur ut etiam unuſquiſque de ſuis mancipijs decimas perſolvere non recuſet; &c. *v. locum, tom.* 12.

Concil. Matiſcon. I. anno 581. Can. iv. Ut qui oblationes fidelium defunctorum retinent, excommunicentur. *Ut qui oblationes fidelium defunctorum, quæ Eccleſijs conferuntur, retinent, veluti retentatores Eccleſiæ, aut egentium necatores, ab Eccleſiæ liminibus arceantur.*

Concil. Matiſcon. II. anno 585. Can. iv. De oblationibus in omnibus dominicis diebus à populo faciendis. *v.*

Ibid. Can. v. De decimis à populo Clericis antiquo more ſolvendis. *Omnes igitur reliquas fidei ſanctæ catholicæ cauſas, quas temporis longitudine cognovimus deterioratas fuiſſe, oportet nos ad ſtatum priſtinum revocare, nè nobis ſimus adverſarij, &c.* v. locum, tom. 13.

Concil. Rhemenſe II. anno 630. Can. x. De ijs qui ſuas vel parentum oblationes Eccleſiæ ſubſtrahunt. *Clerici etiam, vel ſæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut teſtamento relictas retinere præſumpſerint, aut id quod ipſi donaverint Eccleſijs, aut Monaſterijs erediderint auferendum, ſicut antè Synodus ſancta conſtituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab Eccleſijs excludantur.*

Concil. Tolet. IV. anno 633. xxxiij. Nè ex facultatibus Eccleſiarum Diœceſis exceptis, tertia oblationum, tributorum, aut frugum, Epiſcopus aliquid auferat. *Avaritia radix eſt malorum, cujus ſitis etiam Sacerdotum mentes obtinet, &c.* v. locum, tom. 14.

Concil. Emeritenſe, anno 666. Capitul. xiv. De pecunia quæ in Eccleſia Dei offertur fideliter colligenda, & fideliter dividenda. *In ſancta Dei Eccleſia diebus feſtis pro conſuetudine & mercede communionis tempore à fidelibus pecuniam novimus poni, &c.* v. locum, tom. 15.

Leges Eccleſiaſticæ Inæ Regis Occiduorum Saxonum, anno 692. iv. De cenſu Eccleſiæ, quando ſit reddendus? *Primitiæ ſeminum ad celebre Divi Martini feſtum reddantur: qui cùm non ſolverit, quadraginta ſolidis mulctatur, & ipſas præterea primitias duodecies perſolvito.*

Ibid. x. De cenſu Eccleſiæ, undè ſit reddendus? *Primitiæ ſeminum quiſque ex eo dato domicilio in quo ipſo natali die Domini commoratur.*

Ibid. Cap. xiv. De nonis & decimis vel cenſu Eccleſiarum. *De rebus Eccleſiarum, undè nunc cenſus exeunt decima & nona cum ipſo cenſu ſit ſoluta, & undè anteà non exierunt ſimiliter decima & nona cum ipſo cenſu ſit ſoluta: atque de Caſſatu 50. ſolidus unus, & de caſſatis 30. dimidius ſolidus, & de 20. tremiſſis unus; & precariæ ubi modo ſunt renoventur, & ubi non ſunt ſcribantur, & diſcretio inter precarias de verbo factas, & inter eas quas ſponte à voluntate de ipſis rebus Eccleſiarum faciunt.*

Concil. Calchut. anno 787. Cap. xvij. Ut decimæ juſtæ ſolvantur. *Decimum ſeptimum Caput de decimis dandis ſicut in Lege ſcriptum eſt:* Decimam par-

tem ex omnibus frugibus tuis ſi primitias deferas in domum Domini tui. *Rur-*
Malach. *ſum per Prophetam:* Afferte, *inquit*, omnem decimam in horreum, ut ſit cibus
3. in domo mea: & probate me ſuper hoc, ſi non aperuero vobis cataractas Cæli, & oſtendero benedictionem uſque ad abundantiam: & increpabo pro vobis devorante qui comedit & corrumpit fructum terræ veſtræ, & non erit ultrà vinea ſterilis in agro dicit Dominus. *Sicut Sapiens ait:* Nemo juſtam eleëmoſynam de his quæ poſſidet facere valet niſi priùs ſeparaverit Domino quod à primordio ipſe ſibi reddere delegavit. *Ac per hoc plerumque contingit, ut qui decimam revertatur. Undè etiam, &c.* v. reliqua, tom 17.

Capitul. Caroli Magni Regis. Cap. vij. De decimis dandis & per juſſionem Epiſcopi diſpenſandis.

Ibid. Capitul. xiv. De nonis & decimis, vel cenſu Eccleſiarum.

Ibid. Capitul. xvj. De tributarijs Eccleſiarum. *v. locum, tom.* 18.

Concil. Foiojul. anno 791. Capitul. xiv. *De decimis verò vel primitijs, &c.* v. tom. 20.

Concil. Francoford. anno 794. Can. xxv. Ut decimas & nonas Eccleſiæ ſolvant qui debent, & omnes decimam de ſua proprietate. *Ut decimas & nonas ſive cenſus omnes generaliter donent qui debitores ſunt ex beneficijs & rebus Eccleſiarum ſecundùm priora Capitula Domni Regis. Et omnis homo ex ſuâ proprietate legitimam decimam ad Eccleſiam conferat: experimento enim didicimus, in anno quo illa valida fames irrepſit, ebulire vacuas annonas à dæmonibus devoratas, & voces exprobationis auditas.*

Ibid. Can. xlviij. Ut oblationes quæ in Eccleſia ſunt, diſpenſet Epiſcopus. *De oblationibus quæ in Eccleſia vel in uſus pauperum conferuntur, canonicâ obſervetur normâ, & non ab alijs diſpenſentur, niſi cui Epiſcopus ordinaverit.*

Ex Capitulis Caroli Magni, anno 3. ad Legem Salicam additis. VI. De his qui ad caſam Dei pro anima ſua tradere voluerunt, domi traditionem faciant coram teſtibus legitimis, & quæ hactenùs in hoſte factæ ſunt traditiones, tradiderint, & in hoſtem profecti fuerint, & ille cui res traditæ ſunt interim mortuus traditio facta eſt, res ſuas recipiant. Si autem & ipſe mortuus fuerit, hæredes ejus legitimi res traditas recipiant.

Ibid. ex Capitulis, quæ Miſſis anno 2. data ſunt. xix. De decimis & nonis atque caſtitia Eccleſiarum Dei, omnes dare & emendare ſtudeant.

Ibid. Carol. Magn. Capitulare Epiſcoporum. vj. De decimis à populo dandis. Ut unuſquiſque Sacerdos cunctos ſibi pertinentes erudiat, ut ſciant qualiter decimas totius facultatis Eccleſijs debitè offerant.

Ibid. vij. Quomodo dividendæ ſint decimæ? Et ut ipſi Sacerdotes populi ſuſcipiant decimas, & nomina eorum, quicumque dederint, ſcripta habeant, & ſecundùm auctoritatem canonicam coram teſtibus dividant, & ad ornamentum Eccleſiæ primam eligant partem: ſecundam autem ad uſum pauperum vel peregrinorum, per eorum manus miſericorditer cum omni humilitate diſpenſent: tertiam verò ſibimetipſis ſoli Sacerdotes reſervent.

Ex ejuſdem Capitulari, 4. Imperij anno, dato ad Salz. ij. De decimis & donationibus Eccleſiarum. De decimis ubi antiquitùs fuerunt Eccleſiæ Baptiſmales & devotio facta fuerit, juxtà quod Epiſcopus ipſius Parochiæ ordinaverit, omnimodis fiant donatæ: & ſi donatione Regum, aut cæterorum Deum

timentium bonorum hominum ad Episcopia seu Monasteria aliquæ res delegatæ sunt, & ex ipsis rebus antiquitùs ad ipsas Ecclesias priores decimæ datæ fuerint, ipsa antiqua donatio vel devotio firma & stabilis omninò permaneat. Tamen, ut suprà diximus, decimas de ipsis rebus qui eas possidere videtur, persolvat.

Ibid. iij. Ut propter novas Ecclesias antiquiores suas decimas non perdant. Quicumque voluerit in sua proprietate Ecclesiam ædificare, unà cum consensu & voluntate Episcopi, in cujus Parochia fuerit, licentiam habeat. Verumtamen omninò providendum est, ut aliæ Ecclesiæ antiquiores propter hanc occasionem nullatenùs suam justitiam aut decimam perdant, sed semper ad antiquiores Ecclesias persolvantur.

Concil. Arelat. VI. anno 813. Can. ix. De decimis. *Ut unusquisque de propriis laboribus decimas & primitias Deo offerat, sicut scriptum est*: Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino Deo tuo. Exod. 22.

Concil. Moguni. anno 813. Can. xxxviij. De decimis, ut dentur. *Admonemus atque præcipimus, ut decimas Deo omninò dari non negligatur, quas Deus ipse sibi dari constituit: quia timendum est, ut quisquis Deo debitum suum abstrahit, nè fortè Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.* Capitular. c. 89.

Ibid. Can. xlij.. De beneficijs ecclesiasticis, ut qui hæc habent, ad Ecclesiarum restaurationem adjuvent, & nonam ac decimam reddant. *Quicumque beneficium ecclesiasticum habent, ad tecta Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas omninò adjuvent, & nonam & decimam reddant.* Capitular. lib. 5. c. 92. c. 1. de eccles. ædificandis.

Concil. Rhem. II. anno 813. Can. xxxviij. De decimis. Ut decimæ pleniter dentur.

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xvj. Ut decimę singularum Ecclesiarum à Presbyteris consulto Episcopo dispensentur. *Ut decimæ quæ singulis dabuntur Ecclesijs per consulta Episcoporum à Presbyteris ad usum Ecclesiæ & pauperum, summâ diligentiâ dispensentur.* addit. 3. cap. 31.

Ibid. Can. xlvj. Ut nonæ & decimæ solvantur ab ijs qui debent, & Ecclesiarum ac Monasteriorum tecta restaurentur. *Nonas ac decimas qui res Ecclesiasticas tenent, solvere Rectoribus Ecclesiarum ordinati sunt ad luminaria & stipendia Clericorum, multis in locis abstractas esse vidimus. Quòd sæpè jam Missis vestris in publicis judicavimus placitis; sed indè hactenùs aut parvum aut nullum consecuti sumus effectum. Similiter & de restauratione tectorum nobis necessitas incumbit indicare, quia non tantùm domus Monasteriorum, sed & ipsa Ecclesia propter tectorum inopiam ruinas minantur.*

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. xix. Ut Episcopi & Abbates decimas Ecclesijs à Colonis suis dari non prohibeant. *Questi sunt præterea quidam Fratres, quòd essent quidam Episcopi & Abbates qui decimas non sinerent dari Ecclesijs, ubi illi coloni Missas audiunt. Proindè decrevit facer iste Conventus, ut Episcopi & Abbates de agris & vineis, quæ ad usum vel Fratrum stipendium habent, decimas ad Ecclesias deferri faciant, familia verò ibi dene decimas suas ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt.* 16 qu. 1. Questi sunt præterea.

Capitulare Caroli Magni Imp. anno Imperij ejus 13. Capitul. vij. De decimis. *eod. tom.* 20.

Concil. Aquisgran. anno 816. lib. 1. Cap. lxxxiv. Oblationes in domibus offerri non oportere.

Ludovici Pij Imperatoris Capitulare I. anno Imperij ejus 3. Capitul. xij.

Capitular.lib.1. c. 93. De nonis ac decimis. *Sancitum eſt de Villis novis & Eccleſijs in eis noviter conſtitutis, ut decimæ de ipſis Villis ad eaſdem Eccleſias conferantur.*

Capitular.lib.1. c. 95. Ibid. Cap. xiv. de eod. argumento. *De Eccleſijs ſanè deſtructis, vel de nonis & decimis, ſive de Clauſtris Canonicorum, qualiter conſtitui & ordinari nobis placuerit? alijs Capitulis ſubter annotavimus.*

Conventus Aquiſgran. anno 817. Cap. xlix. De decimis dandis tàm Eccleſiæ quàm pauperibus. *Ut de omnibus in eleemoſynam datis tàm Eccleſiæ quàm Fratribus, Decimæ pauperibus dentur.*

Ludovici Pij Imperat. Capitulare II. tit. xxj. De nonis ac decimis.

Capitular. lib.2.c.21. De nonis quidem & decimis, undè & Genitor noſter, & nos frequenter, & in diverſis placitis admonitionem fecimus, & per Capitularia noſtra qualiter hæc obſerventur ordinamus, volumus atque jubemus, ut de omni collaborato, & de vino & fæno, fideliter & pleniter ab omnibus nona & decima perſolvatur. De nutrimine verò pro decima, ſicut hactenùs conſuetudo fuit, ab omnibus obſervetur. Si quis tamen Epiſcoporum fuerit qui argentum pro hoc accipere velit in ſua maneat poteſtate, juxtà quod ei, & illi qui hoc perſolvere debet, convenerit.

lib.5.cap. 145. Ludovici Pij Imp. Capitulare III. tit. v. De his qui nonas & decimas jam per multos annos, aut ex parte, aut ex toto dare neglexerunt, volumus ut per Miſſos noſtros conſtringantur, ut ſecundùm Capitularem priorem ſolvant unius anni nonam & decimam cum ſua lege, & inſuper bannum noſtrum, &c. *v. totum & locum, tom. 21.*

Ibid. Cap. i. Hæc Capitula ab Epiſcopis in eiſdem Concilijs tractanda ſunt. De decimis quæ ad Capellas dominicas dantur, & hominibus, qui eas habent, & in ſuos uſus convertunt.

Ibid. Cap. vj. 5. De his qui nonas & decimas de Eccleſia abſtrahunt.

lib 5.cap. 145. addit.5.cap. 73. Quicumque decimam abſtrahit de Eccleſia, ad quam per juſtitiam dari debet, & eam præſumptiosè, vel propter munera, aut amicitiam, vel aliam quamlibet occaſionem ad alteram Eccleſiam dederit, à Comite vel à Miſſo noſtro diſtringatur, & ejuſdem decimæ quantitatem cum ſua lege reſtituat.

lib.5 c.46. Ibid. Cap. vij. De decimis, quas populus dare non vult, niſi quolibet modo ab eo redimantur, ab Epiſcopis prohibendum eſt nè fiat: & ſi quis contemptor fuerit inventus, & nec Epiſcopum, nec Comitem audire velit, ſi noſter homo fuerit, ad præſentiam noſtram venire compellatur. Cæteri verò diſtringantur, ut inviti Eccleſiæ reſtituant, quæ voluntariè dare neglexerunt.

addit. 4. c. 104. Ibid. viij. Ut de rebus Eccleſiarum, quæ ab eis per triginta annorum ſpatia ſine ulla interpellatione poſſeſſæ ſunt, teſtimonia non recipiantur, ſed eo modo contineantur ſicut res ad fiſcum dominicum pertinentes contineri ſolent.

lib. 5. c. 146. Ibid. ix. Quicumque de rebus Eccleſiarum, quas in beneficium habent, teſtaurationes earum facere neglexerint, juxtà Capitularem anteriorem, in quo de operibus ac nonis & decimis, conſtitutum eſt, ſic de illis adimpleatur. Id

Cap. 40. eſt in lib. 5. Cap. 38. De opere & reſtauratione Eccleſiarum conſideratum eſt, ut de frugibus terræ & animalium nutrimine perſolvantur. De opere verò vel reſtauratione Eccleſiarum, Epiſcopus & Abbas, atque Comes unà cum Miſſo noſtro, quem ipſi ſibi ad hoc eligerint conſiderationem faciant, ut unuſquiſque eorum tantùm indè accipiat ad operandum & reſtaurandum quantùm ipſe de rebus habere cognoſcitur. *v. cætera.*

Ibid. x. De illo qui agros dominicatos propterea neglexit excolere, ut nonas & decimas exindè non perſolvat, & alienas terras ad excolendum propter hoc accipit, volumus ut de tribus annis ipſam nonam cum lege ſua perſolvat. Et ſi quis contemptor aut Comitis antè Miſſorum noſtrorum propter hoc extiterit, per fidejuſſores ad Palatium venire compellatur. *lib 5. c. 147.*

Concil. London. anno 833. *in medio 4. pag. ſic.....* Offero etiam Refectorio dicti Monaſterij ad uſum Præſidentis quotidiè in Refectorio Scyphum meum deauratum, & per totam partem exteriorem barbaris vinitoribus ad dracones pugnantibus cælatum, quem Crucibolum meum ſolitus ſum vocare, quia ſignum Crucis per tranſverſum Scyphi imprimitur interiùs, cum quatuor angulis ſimili impreſſione protuberantibus; & cornu menſæ meæ, ut ſenes Monaſterij bibant indè in Feſtis Sanctorum, & in ſuis benedictionibus meminerint aliquando animæ donatoris Withlaſij. *Aliæ Oblationes.*

Synodus Aquiſgran. II. lib. 1. ad Pippinum Regem Aquitaniæ. Cap. iij. Sunt etiam quidam dignitatem eccleſiaſticam non curantes, imò ſuam cupiditatem explere volentes, ſibique in Deo oblatis, ſacratiſque rebus auferendis impunitatem inaniter promittentes, qui contrà ſalutem ſuam hęc temerario, imò pernicioſiſſimo ſolent dicere auſu: Quid mali, quidvè diſcriminis eſt? ſi rebus eccleſiaſticis in noſtris pro libitu noſtro utimur neceſſitatibus? Quid curæ eſt indè Deo Sanctiſque ejus, ob quorum amorem & honorem Deo dicantur oblatæ, cum utique in eorumdem Sanctorum uſus nihil ex his cedat? Et ubi Deus hæc per Eccleſiarum Rectores opponunt, juſſit ſibi offerri, præſertim cùm omnia quæ in terris ſunt, ſua ſint. & ille ea ad uſus hominum creaverit? Quid argumentationi inſaniſſimæ divinæque injuriæ pleniſſimæ! prout Dominus annuerit, ex utriuſque Teſtamenti paginis & Sanctorum Patrum dictis exemijs tentabimus reſpondere.

Ibid. Cap. iv. *Loca illa ex Sacris Litteris congeſta.* Primùm quidem, quòd omnia terrenarum Regna, & omnia bona terræ Domini ſunt, & ex ſuis ſua ſibi offerantur, ex verbis David Regum ſanctiſſimi, & Prophetarum exemij: poſt autem, quod Deus ſua, ſive antè Legem, ſive in Lege, & ad Sanctuarium, & ad Templum ſanctum ſuum juſſerit offerri eonabimur demonſtrare.

Ibid. Cap. v. Legimus itaque in Libro Paralipomenon: dixitque David Salomoni filio ſuo: *Viriliter age, & confortare, & fac: nè timeas, neque paveas; Dominus enim Deus meus erit tecum & non dimittet te, neque derelinquet, donec perficias omne opus miniſterij domûs Domini. Ecce diviſiones Sacerdotum & Levitarum aſſiſtunt tibi, & parati ſunt, tàm Principes quàm Populus facere omnia præcepta tua.* Locutuſque eſt David Rex ad omnem Eccleſiam: *Salomonem filium meum unum elegit Deus adhuc puerum & tenellum: opus enim grande eſt, neque enim homini præparatur habitatio, ſed Deo.* 1. Par. 28. 1. Par. 29.

Ibid. Cap. xij. Quòd Apoſtoli poſt Reſurrectionem Chriſti tàm in Oriente, quàm in Occidente Eccleſias fundaverint. Per Beatum videlicet Petrum Apoſtolorum Principem in Occidentis, per Beatum verò Joannem Apoſtolum & Evangeliſtam in Orientis, id eſt, in Aſiæ partibus; per Beatum etiam Paulum in tota generaliter mundi latitudine fundata, & ex oblationibus fidelium conſtat ditata atque honorata. Qualiter cæteri Coapoſtoli illorum in Regionibus ſibi à Chriſto Domino ad prędicandum commiſſis, Eccleſiam Chriſti fundave-

rint, & fidelium donis conſtare fecerint, geſta illorum, quæ in promptu habentur, evidenter teſtantur; quæ hîc ponere eſſet prolixitatis.

Ibid. Cap. xiij. Memorata igitur origo & religio primùm cœpit ſine Altari ab Abel juſto, de quo in libro Geneſeos ita legitur: *Abel quoque obtulit de primogenitis ſui gregis, & de apibus eorum; & reſpexit Dominus ad Abel, & ad*
Gen. 4. *munera ejus; ad Cain verò & ad munera ejus non reſpexit*, &c. *v. locum, tom.* 21.

Ibid. Cap. xiv. Nos enim ingentis Cataclyſmi periculo, &c. *v. locum*

Ibid. Cap. xv. Perpendenda ſunt hæc verba, quibus dicitur: *Odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis*, &c. *v. locum.*

Ibid. Cap. xvij. Quòd ſi Abraham pro eo quod Dei Altaria erexit, cultumque ejus veneratus eſt, tot à Deo meritorum prærogativis donatur, &c. *v. locum.*

Ibid. Cap. xviij. Quòd Abraham Propheta Melchiſedeth Sacerdoti Dei Altiſſimi decimas dederit ex omnibus. Quòd Melchiſedeth Sacerdos Dei Altiſſimi typum geſſerit Chriſti, Catholica ſenſit Eccleſia. Quòd ei Abraham decimas ex omnibus dedit, ipſius Abrahæ ingentia commendantur præconia. Quem imitantur qui Sacerdotibus Chriſti ob illius amorem & honorem decimas dant: & ab illius merito ſequeſtrantur, qui Deo oblatas decimas auferunt.

Ibid. Cap. xix. Quòd imitatores Abrahæ, id eſt, amatores, & exaltatores ac ditatores, ſive etiam veneratores divini cultûs à Domino in præſenti ſæculo tueri & exaltari, & etiam in futuro mercede æternâ mereantur donari. *Videamus itaque ſequentia quibus fides & devotio Abrahæ quodam admirabili modo incrementatur*, &c. v. locum.

Ibid. Cap. xx. Undè datur intelligi, quod amatores & exaltatores ac ditatores, ſive etiam veneratores, &c. *v. locum.*

Ibid. Cap. xxxiv. *in medio*..... Locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens:
Num. 18. *Mea ſunt omnia primogenita filiorum Iſrael, tam ex hominibus, quàm ex jumentis: ex die quo percuſſi omne primogenitum in terra Ægypti, ſanctificavi eos mihi, & tuli Levitas pro cunctis primogenitis filiorum Iſrael, tradidique eos dono Aaron, & filijs ejus de medio populi, ut ſerviant mihi pro Iſraël in Tabernaculo Fœderis, & orent pro eis, nè ſit in populo plaga, ſi auſi ſint accedere ad Sanctuarium.* In his Domini verbis, duo nobis videntur præcipuè, neceſſariòque conſideranda. Unum quod idcircò Dominus jubet Levitas ſibi in Tabernaculo pro Iſraël ſervire ut orent pro eis: ad quorum exemplum conſtituti eſſe Sacerdotes Chriſti in Eccleſia, ut contenti oblationibus fidelium orent ad Dominum pro eis. Alterum quidem quo dicitur, nè ſit in populo plaga ſi auſi fuerint accedere ad Sanctuarium, dat non inconvenienter poſſe intelligi, eamdem acceſſionem aliquam circà Sanctuarium temerariam præſumptionem, aut quamlibet ſubjectionem.

Num. 18. Ibid. Can. xxxv. *in fine*..... *Omnes Primitias Sanctuarij quas offerunt filij Iſrael Domino tibi dedi, ac filijs, & filiabus tuis.* Hæc verba Domini contrà illos agunt, qui ea, quæ Domino offeruntur, aut oblata ſunt, ad Sacerdotes Chriſti non pertinere contendunt: verùm ſi ea diligenter conſideraverint ſe non mediocriter errare, imò contrà Deum agere reperient.

Num. 31. Ibid. Cap. xxxvj. *in fine*..... Si populus de præda hoſtium ſuorum quam cepit,

cepit, donaria grata Deo obtulit, & de his datis ut pro ſe oraretur poſtulavit, Deumque ſibi placabilem fecit: cavendum omninò, imò expaveſcendum illis eſt, qui pretioſo Chriſti Sanguine ſunt redempti, & ab alijs fidelibus Deo oblata & conſecrata, imò ſanctificata contrà fas auferunt, & in ſuos illicitos uſus retorquent, nè fortè ſicut memoratus populus de donarijs quæ Deo contulit eum ſibi propoſitum fecit, ita contrariò (quod abſit) illi de aliorum Deo Eccleſiæque ſanctæ ſuę oblatis rebus eum ſibi iratum faciant, ſuumque immenſum furorem in ſe provocent, & quod plurimùm pertimeſcendum eſt, ejus juſto judicio in prædam hoſtium ſuorum non ſolùm viſibilium, verùm etiam inviſibilium incurrant.

Ibid. Cap. xxxvij. *in med. 2. pag.* ..... Notandum diligenter eſt, quod obedientes divinis præceptis benedictionem, inobedientes verò maledictionem mereantur. Luce enim clariùs conſtat, quod ſubreptores eccleſiaſticarum rerum injuriam & inobedientiam Deo irrogent, undè providendum eſt, nè hujuſmodi maledictionem, quam legiſer proponit, pro benedictione ſubeant.

Ibid. Cap. xxxviij. *in medio*..... Quia ergò qui vota vovit, & non reddit, Dominus ſibi in peccatum reputat, & quiſquis ea quæ Domino vovit reddidit ei, nullo modo poſteà auferre licet, multò minùs ea quæ alij voverunt & reddiderunt ei fas eſt auferre; quoniam ſi illi qui vovit & non reddidit, in peccatum reputatur, multò magis ille, qui aliorum vota tollit, majus ſibi peccatum acquirit.

Ibid. lib. ij. Cap. 1. De Jerechuntinæ Urbis ſubverſione, & populi Dei propter furtum Acham peremptione, & ipſius Acham juſtò Dei judicio horribili internecione. ALTERUM videlicet quo cavendum omninò præcipitur, *Ioſue 6.* nè de his quę Domino conſecrata ſunt, quidpiam contingatur: alterum quo jubetur quidquid auri vel argenti ac ferri, omniumque vaſorum æneorum fuerit Domino conſecrari, & in theſauris ejus recundi. Vitandumque tibi eſt, nè contingendo ea quæ Domino conſecrata ſunt, ſis prævaricationis reus, & alij propter te ſub peccato ſint, &c. *v. totum fusè, eod. tom.* 21.

Ibid. Cap. v. *in fine*..... Si pro filio, & hoſtijs Deo oblatis Anna benedici, & ſpiritum Prophetæ, & ſobolem meruit adipiſci, cavendum eſt illis, qui hoſtias ab alijs Deo oblatas auferunt, ut non ſolùm maledictionem, ſed etiam extinctionem filiorum ſuorum incurrant, ſicuti quoſdam incuriſſe non ambigimus.

Ibid. Cap. vj. *in fine*..... Quibus valdè pertimeſcendum eſt, illud quod ſequitur: *Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Magna porrò ignobilitas *1. Reg. 2.* eſt aliquam Deo in ſuis ſacris rebus injuriam inferre, & à voluntate & ſervitio illius ſe disjungere, & hoſtis ſui voluntati & obſequio mancipare.

Ibid. Cap. viij. Populi quoque Dei tam flebilis interemptio non ſolùm propter Sacerdotum, verùm etiam propter ſua innumera delicta quibus cultum Dei nihili ducebant accidiſſe manifeſtum eſt, ſępè quippè accidiſſe legimus culpam Sacerdotum ruinam extitiſſe populi; & rurſus populi culpam ruinam extitiſſe Sacerdotum, ſicut apertè liquet, culpam Heli filiorumque ejus populi extitiſſe ruinam: & rurſus culpam populi captivitatem extitiſſe Sanctorum Prophetarum Ezechielis videlicet, Danielis & Jeremiæ, & aliorum multorum ſervorum Dei ſecundùm Legis præceptum Deo ſincerè & religioſè ſervire volentium, ſi-

cut in eorumdem Prophetarum libris facilius animadverti poteſt. Capturam porrò Arcæ Dei, quæ typum geſſit Capitis noſtri Chriſti Corporiſque ejus, Sanctæ videlicet Eccleſiæ Populique ruinam propter Heli Sacerdotis negligentiam, filiorumque ejus tranſgreſſionem proveniſſe, nulli qui ſanum ſapit dubium eſt.

Ibid. Cap. ix. Verumtamen quid ejuſdem Arcæ Dei captoribus, Deique populi cæſoribus provenerit manifeſtum eſt. Si ergò alienigenis propter peccata Sacerdotis, ſuorumque filiorum præcepta Dei tranſgredientium, facta eſt Arcæ Divini Teſtamenti raptio, & populi Dei flebilis collapſio; cavendum omnibus qui Chriſti nomine cenſentur ſummoperè eſt, nè ſpreto Sacerdotum Chriſti miniſterio & cultu ejus parvipenſo propter ſuam cupiditatem, & illicitam præſumptionem, Arcam Dei, quam utique cum Capite ſuo Chriſto unam conſtat eſſe perſonam, eamdem Arcam in hoſtium ſuorum, quòd Deus longè faciat, corruere faciant deprædationem.

Ibid. Cap. xj. ad xxj. *vide.*

Ibid. Cap. xxij. *in fine*..... Si Baltaſſar pro eo quod Vaſa Domini ſibi afferri juſſit, ut in eis biberet, quæ utique poſteà ad Imperium Cyri Regis Perſarum Templo Domini ſunt reſtituta, & Regno privari, & morte meruit multari: Quid putas de illis erit; qui non ſolùm ſancta Vaſa, verùm etiam alias Deo ſacrificatas res ſuis applicant uſibus? Quapropter obſervandum eſt illis nè, quod abſit, adinſtar Baltaſſar & præſentis & futuræ vitæ habeant mortem.

Ibid. Cap. xxiij. xxiv. xxv. *vide.*

Ibid. Cap. xxvj. *in fine*..... Horrenda planè, cunctiſque mortalibus eſt pertimeſcenda, mors tam terribilis ſceleratiſſimi Regis Antiochi, qui pro eo quòd auſus eſt Templum intrare & contaminare, & Vaſa Dei ſacrata indè auferre, atque ſceleſtis manibus ſancta Vaſa, quæ ab alijs Regibus ad ornatum loci & gloriam Deo fuerant oblata, indignè contrectare, & in ſuos nefandiſſimos uſus convertere, juſto Dei judicio tam horribili morte meruit occumbere. In cujus interitu ſagaciter animadvertendum, quòd Deus omnipotens invaſionem vel oblationem ſibi oblatarum rerum inultam, nec dimittit, nec dimiſit, nec dimiſſurus ſit.

Ibid. Cap. xxvij. *poſt* 19. *lin*..... Notandum quòd Menelaüs idcò ſacrilegus dicitur pro eo quod Antiocho ductor extiterit, & ut ſacra Vaſa Templi auferret conſilium dedit, &c. *v. locum ſubè ad hæc verba*: lepram miſerabiliter ſuſtineant.

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. lxij. Ut qui nonas & decimas perſolvunt, aut ſarta tecta reſtaurare negligunt, excommunicentur. *Hi verò qui ex rebus eccleſiaſticis nonas & decimas perſolvere, & ſarta tecta Eccleſiæ ſecundum antiquam auctoritatem & conſuetudinem reſtaurare debent, & hoc non ſolùm negligunt, verùm & per contemptum dimittunt, &c.* v. locum, tom. 21.

Ibid. Can. lxiij. Ut de manſo Eccleſiæ alijs, alijſvè indebitus cenſus à Preſbyteris non exigatur. *Ut ſecundùm canonicam auctoritatem & conſuetudinem Domni Imperatoris Ludovici, de agro eccleſiaſtico & manſo ac mancipijs, quæ ipſe ſuis Capitulis conſtituit, vel ſi quilibet pro loco ſepulturæ aliquid largius Eccleſiæ fuerit, neque de decimis & oblationibus fidelium, cuiquam Presbyteros aliquem cenſum perſolvere cogat, nec quiſquam cujuſlibet ordinis vel dignitatis exindè quid-*

Ivo part. 3 cap. 56.

quam ſubtrahat, aut redhibitionem quamcumque exigat temporalem. Quòd ſi fecerit, Communione uſque ad ſatisfactionem privetur, & regia poteſtate hoc emendare legaliter cogatur.

Ibid. Can. lxxv. *in medio.....* Ut ſecundùm canonicam auctoritatem, nè quod abſit, periculum interdicti anathematis ex decimis præſumptis incurratis, &c. *v. locum.*

Homilia Leonis Papæ IV. *ſub finem 3. pag.....* Nullus decimam ad alium pertinentem recipiat. Nullus pœnitentem invitet carnem manducare, & bibere vinum, niſi pro eo ad præſens eleëmoſynam faciat.

Concil. Moguntinum I. anno 847. Capitul. x. De decimis dandis, & in quatuor portiones dividendis. *Volumus ut decimæ quæ ſingulis dantur Eccleſijs, per conſulta Epiſcoporum, &c.* v locum, eod. tom. 21.

Ibid Cap. xj Ut antiquæ Eccleſiæ habeant privilegia ſua. *Eccleſiæ antiquitùs conſtitutæ, nec decimis, nec alijs poſſeſſionibus, pro novis oratorijs ſine conſenſu & conſilio Epiſcopi priventur.*

Synodus Regiaticina, anno 850. Can. xvij. *Omnes Chriſtianos ſcire oportet, quia omnium rerum ſuarum decimationem Deo fideliter reddere debent, &c.* v. locum, eod. tom.

Concil. Sueſſion. II. anno 853. Can. ix. Ut ex poſſeſſionibus eccleſiaſticis nonæ & decimæ perſolvantur. *Et ut ex poſſeſſionibus quæ eccleſiaſticæ certis indicijs comprobantur, nec plenè propter varias neceſſitates poſſunt reſtitui, ſaltem nonæ ac decimæ tribuantur.*

Ibid. Act. vij. Capitul. vj. De rebus eccleſiaſticis, undè nonæ ac decimę ſumi debent? *Ut Miſſi noſtri expreſsè, & cum omni diligentia cum Epiſcopo & Prælatis Monaſteriorum per ſingulas Parocias requirant de rebus eccleſiaſticis, undè nonæ ac decimæ ſolvi debent, & non ſolvuntur, &c.* eod. tom.

Concil Valentinum III. anno 855. Can. x. Ut nonæ ac decimæ de rebus Eccleſiæ ſubtractis perſolvantur, & decimæ de omnibus quæ poſſidentur. *Sed & de Fiſcis & Villis, quas conſtat dominio Eccleſiæ à fidelibus olim fuiſſe contraditas, & nunc poteſtati ſæcularium ſubditas voluntate eorum ordinari, placuit, ut, &c.* eod. tom.

Concil. Ticinenſe, anno 855. Epiſt. Epiſcoporum ad Ludovicum Imperatorem. *in fine 5. pag.....* In ſacris Canonibus præfixum eſt, ut decimæ, &c. *ad hæc verba*: ut eos corrigatis, expetimus.

Iſidor. Peluſiota, lib. 1. Epiſt. cccxvij. Hermino Comiti. Καὶ τῶς τον κύριον τιμας, &c. uſque ad hoc verbum παρίχουσιν. *v. locum.*

Nicol. Pap. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. lxxxix. *Fruges novas & rerum offerre primitias etiam veteribus moris erat quod penè in ipſo initio mundi Abel & Caïn egiſſe legimus.*

Capitul. Herardi Arch. Turon. xxxij. Ut Eccleſiæ antiquitùs conſtitutæ, nec decimis, nec ullâ poſſeſſione priventur, niſi ſumma expoſcat utilitas.

Ibid. Capitul. xxxv. Ut decimæ & fideliter à populis dentur, & canonicè à Presbyteris diſpenſentur, & annis ſingulis rationem ſuæ diſpenſationis Epiſcopo vel ſuis Miniſtris reddant: nè fortè damna frauduum ſubigant, aut necatores pauperum ſubtrahendo utilia (quod abſit) exiſtant.

Ibid. Capitul. xlij. Ut inceſtuoſi, & qui decimas non dant, non conſtitin-

gantur per guadios, vel ſacramenta, ſed eccleſiaſticè corrigantur.

Ibid. Capitul. liij. Ut populus prædicetur, ut oblationes Deo offerant.

Ibid. Capitul. lvij. Ut omnes primitiæ frugum benedictionis gratiâ ad Eccleſiam deferantur.

Ibid. Capitul. lxv. Omnia quæ offeruntur, conſecrata habeantur, in vineis, terris, ſilvis, utenſilibus, veſtimentis, pecoribus, & reliquis poſſeſſionibus, ut quæ Eccleſiæ ſunt, ſine dubio Chriſti, qui ſponſus ejus eſt, ſint.

Ibid. Capitul. lxxxij. Ut Laïci intrà cancellas non ſtent, & ut oblatio populi foris ſepta recipiatur.

Ibid. Capitul. cxxxv. De his qui decimas abſtrahunt Eccleſiæ ad quam pertinent, & propter munera, vel aliquam occaſionem alteri dant, donec reſtituant ab Eccleſiæ ſocietate pellantur.

Ibid. Capitul. cxxxij. Nullus Sacerdotum decimas cum lite & jurgio ſuſcipiat, ſed prædicatione & admonitione.

Decreta vel Canones Synodi Lingon. anno 859. Can. xiij. Ut de rebus Deo ſacratis, ſaltem nonæ & decimæ Eccleſijs, quibus jure debentur, fideliter ab ijs à quibus retinentur, miniſtrentur; quia ſi de proprio Deo ex voto decimæ offeruntur, multò magis divino in Lege præcepto, poſt redhibitionis oblationem, quinta pars inſuper ejus Miniſtris jure offertur. Quod præceptum qui contempſerint, maledictionem Legis in his ſibi acquirunt: & ut deinceps nihil ab Eccleſijs abſtrahatur, ſed his modernis temporibus, diſtricta Deo reddantur, humiliter in commune ſupplicamus.

Concil. Tullenſe II. apud Tuſiacum Villam, anno 860. Can. 1. In primis igitur propter pertinaciam multorum, qui cùm ſint ſacrilegi, Templum Dei in ſemetipſis corrumpentes, ſacras res, ex oblatione & voto fidelium ſacris locis contraditas, invadere non timent, ſtatuimus ſecundùm antiquam Patrum noſtrorum, ut ſi quis oblatione fructuum, & rerum omnium, quæ Miniſtris Eccleſiæ conferuntur, aut collatæ ſunt, extrà Eccleſiam accipere, vel dare voluerit, præter conſcientiam Epiſcopi, vel ejus qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſanda officio eccleſiaſtico depoſita, tàm is qui dat, quàm is qui accipit, anathema ſit, &c. *v. locum, tom.* 22.

Exod 22. Levit.27. Item, De decimis. In Lege Domini ſcriptum eſt: *Decimas & primitias non tardabis offerre.* Et in Levitico: *Omnes decimæ terræ, ſive de frugibus, ſive de pomis arborum Domini ſunt, boves & oves & capreæ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt: quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino. Non eligitur, nec bonum nec malum, nec alterum commutabitur.*

Item, Sanctus Auguſtinus dicit: Decimæ igitur tributa ſunt Eccleſiarum & egentium animarum. O homo! indè Dominus decimas expetit undè vivis. De militia, de negotio, de artificioſo redde decimas: non enim eget Dominus noſter, non præmia poſtulat, ſed honorem.

Levit.19. Item, ibid. *Cùm meſſueris ſegetem terræ tuæ, non condebis uſque ad ſolam ſuperficiem terræ, nec remanentes ſpicas colliges, neque in vineâ tua racemos & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes.*

Ibid. *Si intraveris in ſegetem amici tui, frange ſpicas, & in manu contere, falce autem non metas.* Hoc & Diſcipuli Salvatoris fecerunt, ſpicas videlicet manibus fricantes, & manducantes Sabbatis, ut Evangelium dicit.

Id. ibid. *Ingressus ieaque vineam amici sui, comedes uvas, quantùm tibi placuerit, foras autem nè feras secum.*

Concil. Metense, anno 888. Can. ij. Ut decimas Ecclesiæ solus Sacerdos accipiat. DOMINUS loquitur per Prophetam, dicens: *Afferte omnem decimam in horreum meis, & probate me in hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, & dedero vobis fructus usque ab abundantiam.* Scimus enim quoniam peccatis exigentibus clauditur Cælum, & fit nostris diebus sæpissimè fames. Ideò statuimus, ut deinceps nemo seniorum de Ecclesia sua accipiat de decimis aliquam portionem, sed solummodò Sacerdos qui eo loco servit, ubi antiquitùs decimæ fuerant consecratæ, ipse eas cum integritate accipiat in sui sustentationem, & ad luminaria concinnanda, & Basilicæ ædificia, vestimentalia quoque sacerdotalia, & cætera utensilia suo ministerio congrua obtinenda. Hæc omnia Episcopi de suis Ecclesijs, & cæteri attendere decreverunt. Malach. 3.

Concil. Tribur. anno 895. Cap. xiij. De decimis. DE decimis, Augustinus Doctor mirabilis sub brevi ratiuncula satis videtur dilucidasse, cum ait: Decimæ ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus? nempè, meus es, ô homo? mea est terra quam colis, mea semina quæ spargis, mea animalia quæ fatigas, meus est Solis ardor: & cùm omnia mea sint, tu qui * minus accommodas, solam decimam mereberis, sed servio tibi novem. Si dederis mihi decimum, multiplicabo novem. Si ergò quærit aliquis cur decimæ dentur, sciat quod ideò dandæ sunt, ut hac devotione Deus placatus, largiùs præstet quæ necessaria sunt, & ut Ministri Ecclesiæ exindè relevati, laboriores fiant ad spiritalis servitij expletionem: & ut munus populi exhinc in quotidiana oblatione Domino immoletur, nec non secundùm statuta Canonum in sustentationem pauperum & restaurationem Ecclesiarum proficiant. Quatuor enim fieri partes juxtà Canones judicamus de decimis & oblationibus fidelium: ut una sit Episcopi, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationi Ecclesiarum servetur: sicut in Epistola Gelasij Papæ Cap. vigesimo-septimo legitur. * *manus.* *Decimæ cur dentur?*

Concil. Namnetense, Can. x. De decimis. Instruendi sunt Presbyteri, pariterque admonendi quatenùs noverint decimas & oblationes. *v. locum, eom.* 24. *lib. 7. cap.* 290. *Ivo part* 3. *c.* 204.

Constitutiones Odonis Archiep. Cantuariæ. Cap. x. De decimis dandis. *Decimo Capiendo admonemus, & fideliter obsecramus, &c.* v. locum, tom. 25.

Capitula incerti Authoris, loci ac temporis. Cap. xxxv. Ut decimæ & eleëmosynæ tàm ex negotiatione, quàm è frugibus debeantur. *Admonendi sunt qui negotijs ac mercationibus, &c.* eod. tom. 25.

Concil. London. II. anno 1127. Cap. viij. De decimis. *Decimas, sicut summi Dei dominicas ex integro reddi præcipimus.*

Ibid. Cap. ix. de eodem argumento. *Ut nulla persona Ecclesias vel decimas, seu quælibet alia ecclesiastica beneficia det vel accipiat, sine consensu & auctoritate Episcopali, canonicâ auctoritate vetamus.*

Concil. Lateran. II. anno 1139. Can. x. De decimis. *Decimas Ecclesiarum, quas in usu piorum concessas esse canonica demonstrat auctoritas, &c.* Tom. 27.

Ibid. Appendix ad hoc Concil. Lateran. III. anno 1179. De decimis præstandis. Cap. 1. Quòd decimæ pro temporalibus non sunt commutandæ. *Intelleximus ex literis tuis quòd R. de * Laneino Parochianus tuus, &c.* * Lantmo.

Ibid. Cap. ij. Quòd de proventibus molendinorum & piſcariarum, & de fœno, & lana, decimæ debent perſolvi. *Pervenit ad nos quòd cum Parochiani veſtri decimas bonorum ſuorum, &c.*

Ibid. Cap. iij. Quòd decimæ de fœno equitio, pomis, pyris, & apibus, & omni fructu cum integritate debent perſolvi. *Nuntios & litteras tuæ Fraternitatis, eâ quæ decuit benignitate recepimus, &c.*

Ibid. Cap. iv. Quòd ſervientibus & mercenarijs de frugibus non decimatis debita non debent impendi, & quòd de nutrimentis animalium decimę debent præſtari. *Cùm homines de hortum ſecundùm generalem, &c.* v. locum, eod. tom. 27. (An decimandum ſit antequam ſervientibus debita impendantur de frugibus.)

Ibid. De Religioſis Viris decimas ex privilegio non præſtantibus, & de privilegio abutentibus. Cap. 1. Quòd non poſſunt Religioſi, ſine auctoritate Epiſcopi, portiones vel antiquos reditus minuere, vel Parochias dividere. *Avaritiæ quæ eſt idolorum ſervitus radicem extirpare debent qui, &c.*

Cap. ij. Quòd Religioſi ex prædijs conductis decimas ſolvere debent. *Dilectiſſimi filij noſtri Abbas & Fratres S. Crucis, &c.*

Cap. iij. Quòd Religioſi de laboribus quos proprijs manibus vel ſumptibus colunt, & de animalium nutrimentis, & decimarum pręſtatione ſunt immunes. *Fraternitatem tuam ſcire volumus, & firmiter tenere, &c.*

Cap. iv. Pacificam poſſe fieri compoſitionem ſuper decimis. *Suggeſtum eſt nobis ex parte tua quod Abbas, &c.*

Cap. v. Fratribus Ciſtercienſis Ordinis Templarijs, Hoſpitalarijs laborum ſuorum decimas indulgeri cunctis de Novalibus. *Ex parte Fraternitatis tuæ ad audientiam noſtram, &c.*

Cap vj. De prædijs traditis Ruſticis ad excolendum, Monachos debere decimas dare. *Licet de benignitate Sedis Apoſtolicæ vobis ſit indultum, &c.*

Cap. vij. De eo quod ſuprà 3. Cap. Fraternitatem, &c. *Sanè laborum veſtrorum, quos proprijs manibus, &c.*

Cap. viij. De eo quod ſuprà 3. Cap. Fraternitatem: & quòd Summus Pontifex dicit præter ſolitum, ab eo debet exponi. *Ad audientiam noſtram noveritis perveniſſe, quòd, &c.*

Cap. ix. Monaſteria de ſuis prædijs decimas non debent præſtare. *Statuimus ut Monaſteria ex ſuis prædijs nullomodò, &c.*

Cap. x. Monachis non alias decimas, quàm de Monialibus indulgendas. *Nobis in eminenti ſpecula, diſponente Domino, &c.*

Cap. xj. Privilegium ſequens, priori non deroget conventioni. *Ex multiplici conqueſtione W. Presbyteri & Tritona, &c.*

Cap. xij. Monachi decimas dare debent de prædijs, de quibus priùs dabantur. *Commiſſum nobis à Domino diſpenſationis officium, &c.*

Cap. xiij. & xiv. Abbas non debet detinere quæ ad Epiſcopum pertinent, niſi auctoritate Romani vel ſui Pontificis. *Sicut vobis jura veſtra integra, &c. Ut nullus Abbas decimas & primitias, &c.*

Cap. xv. A Clericis non ſunt decimæ indiſtinctæ exigendæ. *Ceram habemus Prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionem, &c.*

Cap. xvj. Clerici à Clericis non debent decimas exigere, ſed illi eis tenentur

ſolvere, qui ab eis ſpiritualia percipiunt. *Novum exactionis genus eſt, ut Clerici à Clericis, &c.* vide locum, tom. 27.

Concil. London. anno 1200. Capitul. ix. Nè decima minuatur occaſione mercedis ſervientium vel Miſſorum. *Cùm Deo & Dei Sacerdotibus decimas dandas, &c.* v. locum, tom. 28.

Decreta Generalis Concilij Lateran. IV. Capitul. liij. De his qui prædia ſua in fraudem decimarum dant alijs excolenda. *In aliquibus regionibus quædam permixtæ ſunt gentes, &c.*

Ibid. Cap. liv. Ut decimæ antè tributa ſolvantur. *Cùm non ſit in homine quod ſemen ſerenti reſpondeat, &c.*

Ibid. Cap. lv. Ut de terris acquirendis non obſtantibus privilegijs, decimæ dentur. *Nuper Abbates Ciſtercienſis Ordinis in Generali Capitulo congregati, &c.*

Ibid. Cap. lvj. Nè propter pactum aliquorum amittat decimas Presbyter Parochialis. *Plerique, ſicut accepimus, Regulares & Clerici ſæculares, &c.*

Ibid. Cap. lvij. De interprætandis privilegiorum verbis. *Ut privilegia, quæ quibuſdam religionis perſonis Romana conceſſit Eccleſia, &c.*

Ibid. cap. lviij. De eodem, in favorem Epiſcoporum. *Quòd nonnullis eſt religionis indultum, in favorem Epiſcopalis, &c.*

Ibid. Cap. lxj. Nè Religioſi recipiant decimas de manu Laïcali. *In Lateranenſi Concilio noſcitur fuiſſe prohibitum, nè quilibet, &c.* v. locum, eod. tom. 28.

Epiſt. 1. Alexandri Papæ IV. anno 1254. De novalium decimis. *Exhibita nobis dilectorum filiorum Prælatorum ac Religioſorum, &c.* v. loc. eod. tom. 28. pag. 475.

Concil. Viennenſe, anno 1267. Cap. vij. De decimis contrà Laïcos. *Item cum Levitis, ſeu Eccleſiaſticis Perſonis jure divino decimæ debentur, &c.* eod. tom.

Concil. Ravennate, anno 1286. Cap. vij. De decimis. *Cùm jure divino & humano decimæ debeantur, & in ſignum, &c.* ibid.

Concil. Saltzburg. I. anno 1310. Cauſa decimarum Sedi Apoſtolicæ ſolvendarum. *Anno Domini 1310. convocato Provinciali Concilio Saltzburgi, &c.* v. loc. eod. tom. pag. 691.

Concil. Palentinum, anno 1322. Cap. xj. De decimis. *Ut fraudes quas diverſis modis Religioſi in dandis decimis animalium, &c.* v. tom. 29.

Concil. Friſingenſe, anno 1440. Cap. xj. De decimis. *Multi ſæcularium interdùm in deſtinationem Cleri temeritate propriâ decimas, &c.* Tom. 33. in fin.

Concil. Tolet. anno 1473. Cap. xxj. Qui prohibentes tracturas decimarum, &c. ſint excommunicati. *Quoniam non ſumus filij ancillæ, ſed liberæ, quia Mater noſtra Jeruſalem libera eſt, &c.* Tom. 34.

Concil. Mogunt. anno 1549. Cap. lxxv. De decimis & offertorijs perſolvendis. *Cùm autem, Domino teſtante, mercenarius dignus ſit mercede ſuâ, &c.* v. locum, tom. 35. pag. 273.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM COMMUNIA.

CANON. APOSTOLORUM VI. Ut Epiſcopus aut Presbiter Uxorem ſuam, quam debet caſtè regere, non relinquat.

Ibid. Can. vij. Ut Sacerdotes & Miniſtri Altaris, ſæcularibus curis abſtineant.

Ibid. Can. xv. Ut Clerici proprias Eccleſias non relinquant.

Ibid. Can. xxvij. Qui Clerici debeant Conjugibus copulari?

Ibid. Can. xlij. Quòd Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus aleator & ebrioſus eſſe non debeat.

Ibid. Can. xliij. Similiter Clerici & Laïci ſi permaneant in alea, Communione priventur. *v. locum, tom. 1. pag. 135.*

Decreta Lucij Papæ, ex Gratiano deſumpta. Officio & Beneficio privetur Epiſcopus, Presbyter, vel Diaconus, Uxorem ſuſcipiens, vel ſuſceptam retinens.

Ibid. ex eiſdem. Clericus Matronarum domicilia frequentans, deponatur. *eod. tom. 1. pag. 444.*

Concil. Eliberitanum, anno 305. Capitul. xviij. De Sacerdotibus & Miniſtris, ſi mœchaverint. *v. titul.* De Adulteris, & Inceſtis.

Ibid. Cap. xxvij. De Clericis, ut extraneas Fœminas in domo non habeant. *v. titul.* Mulierum cohabitatio & familiaritas Clericis interdicta.

Concil. Ancyranum, anno 314. interpret. Dion. Exig. Can. ix. De Diaconis qui tempore ordinationis, de nuptijs atteſtati ſunt. *v. tom. 2.*

Concil. Laodic. interpret. Dion. Exig. Can. xxiv. Quòd nullus Eccleſiaſticorum in tabernis comedere debeat.

Ibid. Can. liv. Non licere Clericis ludicris ſpectaculis intereſſe. *v. locum, eod. tom. 2.*

Concil. Carthag. I. anno 347. Capitul. iij. Ut Clerici & Sanctimoniales Fœminæ, cum extraneis Viris vel Fœminis non habitent.

Ibid. Cap. iv. Ut Clerici cum Viduis vel alijs extraneis Perſonis non commorentur. *Tom. 3.*

Concil. Carthag. III. anno 397. Capitul. xj. Ut filij Clericorum ad ſpectacula non accedant. *Ut filij Epiſcoporum vel Clericorum ſpectacula ſæcularia non exhibeant, ſed nec ſpectent; quandoquidem à ſpectaculo, & omnes Laïci prohibeantur. Semper enim Chriſtianis omnibus hoc interdictum eſt, ut ubi blaſphemi ſunt, non accedant.*

Ibid. Cap. xij. Ut Clericorum Matrimonijs infideles non ſocientur. *Item placuit, ut filij vel filiæ Epiſcoporum, vel quorumlibet Clericorum, gentibus vel hæreticis, aut ſchiſmaticis, Matrimonio non jungantur.*

Ibid. Cap. xiij. Ut Clerici de rebus ſuis nihil infidelibus conferant. *Ut Epiſcopi vel Clerici, in eos qui Catholici Chriſtiani non ſunt, etiamſi conſanguinei*

fuerint, nec per donationes, nec per teſtamentum rerum ſuarum aliquid conferant.

Ibid. Cap. xiv. Ut Clerici filios ſuos à ſua poteſtate exire non ſinant, niſi ætate & moribus comprobatos. *Ut Epiſcopi, vel Clerici filios ſuos à ſua poteſtate per emancipationem exire non ſinant, niſi de moribus eorum fuerint & ætate ſecuri, ut poſſint ad eos jam propria pertinere peccata.*

Ibid. Cap. xv. Vt Clerici non ſint conductores, vel negotiatores. *vide.*

Ibid. Cap. xvj. Vt Clerici non ſint uſurarij. *vide.*

Ibid. Cap. xvij. Vt cum Clericis extraneæ Fœminæ non cohabitent. *v. titul.* Mulierum cohabitatio & familiaritas Clericis interdicta.

Ibid. Cap. xviij. Vt Clerici non ordinentur, niſi omnes qui cum eis ſunt, fideles exiſtant. *Ut Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi non ordinentur priuſquàm omnes qui ſunt in domo eorum Chriſtianos Catholicos fecerint.*

Ibid. Cap. xxv. Nè Clerici, vel continentes, ad Viduas vel Virgines ſoli habeant acceſſum. *Ut Clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, niſi juſſu vel permiſſu Epiſcoporum non accedant. Et hoc non ſolùm fiant, ſed cum Clericis, vel tum his cum quibus Epiſcopus juſſerit vel Presbyter, niſi ipſi Epiſcopi aut Presbyteri ſoli habeant acceſſum ad hujuſmodi Fœminas, niſi aut Clerici præſentes ſint, aut graves aliqui Chriſtiani.*

Ibid. Cap. xxvij. Vt Clerici tabernas non ingrediantur. *Ut Clerici edendi vel bibendi cauſâ, tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Cap xiv. De cellula Sacerdotis. *Ut Epiſcopus non longè ab Eccleſia hoſpitiolum habeat.*

Ibid. Cap. xv. De vita & habitu Sacerdotis. *Ut Epiſcopus vilem ſupellectilem, & menſam ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ auctoritatem fidei & vitæ meritis quærat.*

Cap. xvij. Vt Epiſcopus indigentium curam per Presbyteros & Diaconos agat. *Ut Epiſcopus gubernationem viduarum & pupillorum, ac peregrinorum, non per ſeipſum, ſed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat.*

Cap. xviij. Vt Epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat. *Ut Epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat.*

Cap. xix. Vt Epiſcopus pro rebus tranſitorijs non litiget provocatus. *Ut Epiſcopus pro rebus tranſitorijs non litiget provocatus.* (Gratianus, & quidam vetuſti Codices ſic legunt hunc Canonem. *Ut Epiſcopus, nec provocatus pro rebus tranſitorijs litiget.*

Cap. xx. Vt Epiſcopus tantùm divinis vacet. *Ut Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe revocet, ſed lectioni & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodò vacet.*

Cap. xxvj. Vt Epiſcopus diſſidentes concordare compellat. *Studendum eſt Epiſcopis, ut diſſidentes Fratres, ſive Clericos, ſive Laïcos ad pacem magis quàm ad judicium cohortentur.*

Cap. xliv. De Tonſura Clericorum. *Clericus nec comam nutriat nec barbam.*

Cap. xlv. De habitu Clericorum. *Clericus profeſſionem ſuam, & in habitu, & in inceſtu probet: & nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat.*

Cap. xlvj. De continentia Clericorum. *Clericus cum extraneis Mulieribus non habitet.*

Cap. xlvij. De incestu Clericorum. *Clericus per plateas & androna, nisi certâ & maximâ officij sui necessitate non ambulet.*

Cap. xlviij. De clericis qui extrà necessitatem ad nundinas vadunt. *Clericus, qui non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.*

Cap. xlix. De vigilijs clericorum. *Clericus qui absque corpusculi sui inæqualitate vigilijs deest, stipendijs privetur.*

Cap. l. De clericis ab officio continentibus. *Clericum inter cantationes ab officio suo declinantem, vel negligentiùs agentem, ab officio suo removendum.*

Cap. lj. De clericis, ut artificio victum quærant. *Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo, vel agriculturâ, absque officij sui detrimento paret.*

Cap liij. Vt artificiolum & litteras discant clerici, qui operari possunt. *Omnes Clerici, qui ad operandum validiores sunt, & artificiola & litteras discant.*

Cap. liv. De clericis invidis. *Clericus invidens Fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoveatur.*

Cap. lv. De clericis adulatoribus & proditoribus. *Clericus, qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur.*

Cap. lvj. De clericis accusatoribus. *Vt Episcopus accusatores Fratrum excommunicet, & si emendaverint vitium, recipiat eos ad Communionem, non ad Clerum.*

Cap. lvij. De clericis maledicis. *Clericus maledicus maximè in Sacerdotibus, cogatur ad postulandam veniam.*

Cap. lviij. De clericis frequenter litigantibus. *Ejus, qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est, testimonium nemo absque grandi examine recipiat.*

Cap. lix. De clericis discordantibus. *Discordantes Clericos Episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat: inobedientes Synodus per audientiam damnet.*

Cap. lx. De clericis turpi loquijs sive vagis. *Clericum scurrilem, & verbis turpibus jocularem ab officio reerahendum.*

Cap. lxj. De clericis per creaturas jurantibus. *Clericum per creaturas jurantem, acerrimè objurgandum; si persisterit in vitio, excommunicandum.*

Cap. lxij. De clericis inter epulas cantantibus. *Clericum inter epulas cantantem supradictæ sententiæ severitate coercendum.*

Cap. lxiij. De clericis sanis jejunia polluentibus. *Clericum, qui tempore jejunij absque inevitabili necessitate jejunium rumpit, minorem habendum.*

Cap. lxx. Vt clericus hæreticorum convivia vel consortia fugiat. *Clericus hæreticorum & schismaticorum, tàm convivia quàm sodalitates evitet æqualiter.*

Cap. cij. Nè clerici viduarum familiaritati associentur. *Ad reatum Episcopi pertinet vel Presbyteri, qui Parochiæ præest, si sustendandæ vitæ præsentis causâ adolescentiores viduæ vel sanctimoniales Clericorum familiaritatibus subjiciantur.*

Concil. Tolet. I. anno 400. Can. v. Vt cujuslibet ordinis clericus, si ad Ecclesiam non venerit, deponatur. *Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel quilibet Ecclesiæ deputatus Clericus, si intrà Civitatem fuerit, vel in loco in quo Ecclesia est, aut castello, aut vico, aut villa, & ad Ecclesiam ad Sacrificium quotidianum non accesserit, Clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem veniam ab Episcopo noluerit promereri.*

Ibid. Can. vij. Vt clericus cujus uxor peccaverit, præter necem habeat poteſtatem diſtringendi eam, & cum ea cibum non ſumat. *Placuit, ut ſi quorumque Clericorum uxores peccaverint, &c.* Tom. 3. in fine.

Ibid. Can. xviij. Si Sacerdos Vidua vel Levitæ Maritum acceperit, in fine tantùm communionem accipiat. *v. locum.*

Ibid. Can. xix. Si Sacerdotis vel Diaconi filia peccaverit, in fine tantùm communionem accipiat.

Epiſt. ij. Innocent. Papæ I. ad Victricum Rothomagenſem Epiſcopum, tit. v. Vt qui virginem non duxerit clericus non fiat.

Ibid. titul vj. Vt clericus non ordinetur, qui ſecundam habuit uxorem.

Ibid. titul. ix. Quòd Sacerdotes & Levitæ ab uxoribus ſuis abſtinere debeant.

Ibid. titul. x. Monachi, ſi clerici fiant, continentiæ propoſitum ſervare debent.

Ejuſd. Epiſt. xxij. ad Epiſcopos Macedoniæ, titul. 1. Vt ſi Sacerdos vel quilibet ex clero viduam uxorem duxerit, vel ejectam, ſuum perdat officium. *Tom.* 4.

Concil. Milevit. II. anno 416. Can. xvij. Vt neque dimiſſus, neque dimiſſa alteri conjungantur.

Tituli Capitulorum Nicæni Concilij, anno 419. Cap. viij. De his qui dicuntur cathari, id eſt, mundi. *eod tom.* 4.

Concil. Africanum, anno 424. Can. ij. Vt Epiſcopi vel clerici non facilè filios ſuos emancipent.

Ibid. Can. iij. Vt Epiſcopi vel clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fuerint chriſtianos.

Ibid Can. v. Vt clerici vel continentes ad virgines viduaſque non accedant. *eod. tom.* 4.

Epiſt. 1. Leon. Pap. ad Epiſcopos per Campaniam & Picenum, &c. Titul. ij. Vt quicumque ad Sacerdotium, vel viduarum mariti, vel habentes numeroſa conjugia, promoti fuerint, ab officijs eccleſiaſticis arceantur. *Tom.* 7.

Ejuſd. Epiſt. lxxxiv. ad Anaſtaſ. Theſſalonic. Epiſc. titul. iv. Quòd Subdiaconis carnale conjugium denegetur. *eod. tom.*

Reſponſ. Leonis Papæ ad inquiſit. Ruſtici Narbon. *eod tom pag.* 213.

Inquiſit. ij. De his qui Altario miniſtrant, & conjuges habent, utrùm eis licitò miſceantur. *Reſp.* Lex continentiæ eadem eſt Miniſtris Altaris, &c.

Ibid. inquiſit. iv. De Presbytero, vel Diacono, qui filiam ſuam virginem illi viro in conjugium dederit, qui jam habebat conjunctam mulierem ex qua etiam filios ſuſceperat. *Reſp.* Non omnis mulier viro conjuncta uxor eſt viri, &c.

Ibid. inquiſit. v. De puellis quæ viris concubinas habentibus nupſerint. *v. titul.* De inceſtis.

Concil. Araufic. anno 441. Can. xxij. Vt clerici conjugati, niſi caſtitatem profeſſi fuerint, Diaconi non fiant.

Ibid. Can. xxiij. Vt Diaconus, qui ab uxore ſua non abſtinet, ab officio abjiciatur.

Ibid. Can. xxiv. Qui priùs ordinati incontinentes fuerunt, ulteriùs non promoveantur.

Ibid. Can. xxv. De viris probatis, si qui è bigamis clerici fiant nè ultrà Subdiaconarum provehantur.

Synodus S. Patricij, Auxilij & Isserninì Episcoporum in Hibernia, anno 450. Can. iij. De clerico vago. *Clericus vagus non sit in plebe.*

Ibid. Can. vj. De clerico sine tunica, sine romana tonsura, & uxorem habente, non velato capite ambulantem. *Quicumque Clericus ab Ostiario usque ad Sacerdotem, sine tunica visus fuerit, atque turpitudinem ventris & nuditatem non tegat, & si non more Romano Capilli ejus tonsi sunt, & uxor ejus si non velato capite ambulaverit, pariter à Laïcis contemnentur, & ab Ecclesia separentur.*

Ibid. Can. vij. De clerico ad matutinas & vesperas non occurrente. *Quicumque Clericus usus negligentiæ causâ, ad collecta manè vel vesperè non occurrerit, alienus habeatur, nisi fortè jugo servitutis sit detentus.*

Ibid. Can. viij. De clerico fidejussore pro gentili. *Clericus si pro gentili homine fidejussor fuerit, in quacumque quantitate, & si contigerit, quod mirum non potest, per astutiam aliquam gentilis ille Clerico fallat rebus suis, Clericus ille solvat debitum. Nam si armis compugnaverit cum illo, meritò extrà Ecclesiam computetur.*

Ibid. Can. x. De negligenti in psallendo, & comam nutriendo. *Si inceptum boni operis ostenderit, in psallendo, & nunc intermisit, & comam habeat, ab Ecclesia excludendus, nisi statim priori se restituerit.*

Concil. Calchedon. anno 448. Can. vij..... τοὺς ἅπαξ ἐν κλήρῳ, &c. interpret. Dion. Exig. *Qui semel in Clero deputati sunt, &c.*

Ibid. Can. xiv. Επειδὴ ἔνιοι ἐπαρχίας, &c. Id. apud Dion. Exig. Quòd non liceat clero uxorem sectæ alterius ducere. *Quoniam in quibusdam Provinciis, &c.* v. tom. 9. pag. 17.

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. xliij. Si Diaconus ordinandus fuerit conjugatus?

Ibid. Can. xliv. Si post benedictionem acceptam cum uxore sua incontinens invenitur.

Ibid. Can. xlv. Ut Bigami ultrà Subdiaconatum non promoveantur. *v. locum, eod. tom. 9.*

Concil. Andegav. anno 453. Can. iv. Ut qui ab extraneis fœminis revocare se nolunt, non ministrent, & ulteriùs non provehantur. Qui verò tradendis vel capiendis urbibus interfuerint, à communione & convivijs arceantur. *eod. tom.*

Concil. Turon. I. anno 461. Can. 1. De sanctitate Sacerdotum & Ministrorum Ecclesiæ.

Ibid. Can. ij. Quòd Sacerdotes & Diaconi ab uxoribus suis abstinere, atque ebrietatem vitare clerici omnes debeant.

Ibid. Can. iij. De familiaritate extranearum Fœminarum clericis interdicta.

Ibid. Can. iv. Ut clericus cui uxorem ducere licet, viduas non accipiat.

Ibid. Can. v. De clericis qui ad laïcam vitam redeunt. *Si quis verò Clericus relicto officij sui ordine, laïcam voluerit agere vitam, vel se militiæ tradiderit, excommunicationis pœnâ feriatur.*

Concil. Venetic. anno 453. Can. xj. Ut clerici nuptiarum convivia devitent. *Presbyteri, Diaconi, atque Subdiaconi, &c.* v. locum.

Ibid.

Ibid. Can. xij. Ut Clerici Judæorum convivia declinent. *Omnes deinceps Clerici Judæorum convivia evitent, &c.*

Ibid. Can. xiij. Ut Clerici ebrietatem evitent. *v.* Ebrietas.

Ibid. Can. xiv. Vt Clerici qui in Civitate fuerint, maturinis, hymnis interſint. *Clericus quem extrà muros Civitatis ſuæ manere conſtituerit, &c.* v. tom. 9.

Concil. Agathenſe, anno 506. Can. ix. De Presbyteris & Diaconibus, qui ad conjugalem thorum revertuntur.

Ibid. Can. xx. De Clericis qui comam nutriunt. *Clerici qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiamſi noluerint, inviti tondeantur. Veſtimenta vel calceamenta etiam eis, niſi quæ Religionem deceant, uti, vel habere non liceat.* Diſt. 23. Clerici qui.

Ibid. Can. xxiij. Vt Clericus minor ſeniori non præponatur.

Ibid. Can. xxxix. Vt Clerici nuptialia vitent convivia. *Presbyteri, Diaconi, &c.* vide ſuprà Can. xj. Concil. Venetici, cujus verba repetuntur.

Ibid. Can. xl. Nè Chriſtiani Judæorum utantur convivijs. *Omnes deinceps, &c.* Verba ſunt Concil. Venetic. Can. xij. ſuprà.

Ibid. Can. xlj. Vt à Clericis vitetur ebrietas. *Antè omnia à Clericis viteetur ebrietas, &c.* v. locum, tom. 10.

Ibid. Can. lv. Vt Sacerdotes & Levitæ canibus ad venandum, & accipitribus non utantur. *Epiſcopis, Presbyteris, &c.* Non extat in veteribus exemplaribus: inſertus eſt recentioribus Concilijs.

Ibid. Can. lxx. De ſcurris & jocularibus Clericis. *Clericum ſcurillem, &c.* Non extat in veteribus exemplaribus.

Concil. Aurel. I. anno 511. Can. iv. De ordinatione Clericorum, & ut filij Clericorum in Epiſcopi ſint poteſtate. *v. locum.*

Ibid. Can. xiij. De relictis Clericorum, ſi alijs nupſerint.

Concil. Tarracon. anno 516. Can. ix. De Clericis & Oſtiarijs, qui adulteris Mulieribus immiſcentur, ut projiciantur. *v. eod. tom.* 10.

Concil. Gerund. anno 517. Can. vj. Vt conjugati, ab Epiſcopo uſque ad Subdiaconum non ſine teſtimonio vivant.

Ibid. Can. vij. Vt qui ſine uxoribus ordinantur, extraneas in domo non habeant.

Ibid. Can. viij. De Laïcis qui viduam aut dimiſſam acceperint, ut in Clero admittantur. *v. eod. tom.*

Concil. Epaon. anno 517. Can. iv. Vt Clericis canes ad venandum, vel accipitres habere non liceat. *Epiſcopis, Presbyteris, &c.* ut ſuprà Concil. Agath. Can. 55.

Ibid. Can. xv. De hæreticorum & Judæorum convivijs. *Si ſuperioris loci Clericus, &c.*

Ibid. Can. xx. De Fœminarum viſitatione.

Ibid. Can. xxxij. Relictæ Presbyteri aut Diaconi nuptiæ interdictæ.

Concil. Aurel. II. anno 533. Can. ix. Nè Presbyter cum ſæcularibus habitet. *Nullus Presbyterorum ſine permiſſione, &c.*

Ibid. Can. xiv. De Clericis qui officium implere deſpiciunt. *Cleri qui officium, &c.* v. tom. 11.

Concil. Arvernenſe I. anno 535. Can..... Presbyteris & Diaconis continentia ab uxoribus ſervanda.

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. ij. Ut Clerici à Subdiacono & suprà ab uxoribus suis abstineant, aut ab officio deponantur.

Ibid. Can. vij. De Clericis qui post ordinationem uxores ducunt vel adulterant.

Ibid. Can. xj. De Clericis qui propter sæcularium patrimonia officium suum implere derrectant.

Ibid. Can. xxvj. Nè servus vel colonus ad honores ecclesiasticos admittatur. *eod. tom.* 11.

Concil. Barcinon. anno 540. Can. iij. Ut nullus Clericorum comam nutriat, aut barbam radat.

Concil. Turon. II. anno 567. Can. xij. Ut Episcopus conjugem habeat ut sororem, & nullam de se suspicionem præbeat.

Ibid. Can. xiij. Ut Episcopus qui conjugem non habet, extraneas mulieres domi non habeat.

Ibid. Can. xiv. Nè duo Clerici aut Monachi in uno stratu recumbant, & ut Monachi omnes in communi schola jaceant.

Ibid. Can. xix. De Archipresbyteris, & alijs Clericis conjugatis quâ cautelâ segregati ab uxoribus vivere debeant. *v. locum, tom.* 12.

Capitula collecta à Martino Episcopo Bracar. anno 572. Capitul. xxvj. De his qui viduas aut dimissas ducunt.

Ibid. Cap. xxvij. De fornicatoribus Clericis.

Ibid. xxviij. De his quorum uxores mœchantur.

Ibid. xxix. De viduis Clericorum.

Ibid. xxx. De filia Episcopi vel Presbyteri quæ devota fuerit & peccaverit.

Ibid. xxxviij. De Presbyteris, ut in secundis nuptijs non vadant. *v. tom.* 12. *in fine.*

Ibid. lxv. De eò quòd non liceat Clericos antè horam tertiam prandere.

Ibid. lxvj. De attondenda coma Clericorum vel habitu ordinato. *v. locum.*

Concil. Autisiodor. anno 578. Can. xxxiij. Ut Presbyteri & Diaconi reorum supplicia non spectent. *Non licet Presbytero in illo judicio stare, undè homo ad mortem tradatur.*

Ibid. Can. xl. Nè Presbyter inter epulas cantet aut saltet. *Non licet Presbytero inter epulas cantare aut saltare.*

Concil. Matisc. I. anno 581. Can. v. Ut Clerici habitu decenti utantur. *Ut nullus Clericus sagum aut vestimenta, vel calceamenta sæcularia, nisi quæ religionem deceant, induere præsumat. Quòd si post hanc definitionem Clericus, aut cum indecenti veste, aut eum armis inventus fuerit, à seniore ita coerceatur, ut triginta dierum inclusione detentus, aquâ tantùm & modico pane diebus singulis sustentetur.*

Concil. Matisc. I. anno 585. Can. xiij. De canibus & accipitribus ab Episcopis non alendis. *Propterea tractatis omnibus quæ divinæ legis vel humani juris fuerunt, & ad finem usque perductis putavimus congruum esse, de canibus etiam vel accipitribus aliqua statuere, &c.* v. locum, tom. 13.

Ibid. Can. xv. De honore Clericis honorationibus à sæcularibus exibendo, adeò ut Clerico pedestri eques obviam sæcularis ad terram desiliat.

Ibid. Can. xvj. De uxoribus Clericorum, nè poſt eorum mortem ineant ſecunda matrimonia. *v. locum, eod. tom.* 13.

Ibid. Can. xix. De Clericis, nè forum criminale frequentent, nec reorum neci interſint.

Concil. Toler. III. anno 589. Can. vij. Quòd lectio in omnibus Sacerdotum menſis legi debeat. *Pro reverentia Dei Sacerdotum id univerſa ſancta conſtituit Synodus, ut quia ſolene crebrò menſis otioſæ fabulæ interponi in omni Sacerdotali convivio lectio Scripturarum divinarum miſceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabula non neceſſariæ * prohibentur.* Dist. 44. Pro Reverentia. Burch. l. 2. c. 169. Ivo part. 6. c. 260. Raba. 1. in pœnit. cap 281. ead. dist. c. Quomodo autem.

Concil. Narbon. anno 589. Can. 1. Ut Clerici purpureis veſtibus non induantur. *Hoc regulariter definitum eſt, ut nullus Clericorum veſtimenta purpurea induat, quæ ad jactantiam pertinent mundialem, non ad religioſam dignitatem; & ſicut eſt devotio in mente, ita & oſtendant in corpore: quia purpura maximè laïcorum poteſtate præduis debetur non religioſis. Quòd ſi quis non obſervaverit, velut tranſgreſſorem Legis coercendum.*

Ibid. Can. iij. Ut Clerici per plateas non ſedeant, nec confabulentur. *Nam & hoc ſecundùm priſcorum cenſuram Canonum finitum, ut nullus Clericus Subdiaconus, Diaconus, vel Presbyter in plateis reſideat: certè nec in plateis ſtare, & fabulis diverſis commiſceri. Quòd ſi quis facere præſumpſerit, repellendum omninò ab officio, & execrandum, ſi non emendaverit, & à Communione & ab officio privetur.* Vide de ordine in convivijs ſacerdotum ſervando: & in Concil. Bracar. II. in decretis Martini, c. 62.

Ibid. Can. v. Ut Clerici à conſpirationibus abſtineant, & qui inferioris ſunt gradus in ſuperiorem nè inſurgant.

Ibid. Can. x. Ut Clericus Epiſcopo non obediens, ſtipendio careat, & Communione privetur.

Ibid. Can. xiij. Ut Clerici omnes ſenioribus ſuis ſubjaceant, & illis exeuntibus, atque ingredientibus vela ſublevent. *v. locum, eod. tom.* 13. * reprobantur.

Gregor. Magn. Pap. anno 592. lib. ij. Epiſt. vij. De officio Sacerdotali. *v.*

Ejuſd. Epiſt. xxxvij. ad Natalem Epiſcopum Salonitanum. *Poſt 4. lineam...* In conviviorum etenim defenſionem veſtra Fraternitas Abrahæ convivium memorat, in quo teſte Sacro eloquio tres Angelos ſuſcepiſſe perhibetur, &c. *continet 55. lineas.* v. locum, eod. tom. 13. *Gen.* 18.

Ibid. ejuſd. lib iv. Epiſt. xliv. Quæ complectitur geſta Synodi habitæ ab illo tempore Mauricij Auguſti in Urbe Roma. *Continet* 11. *lin. ult.* 1. *pag.*..... Verecundum mos torporem indiſcretionis involvit, &c. *v. locum.*

Id. lib. v. indict. xiv. Epiſt. xxviij. ad Marinianum Epiſcopum Ravennæ. *ult.* 7. *lin.* 1. *pag.*..... Quia ergò te multùm diligo, inſtanter admoneo, quòd ſic rectè conſideres, ut non plus pecuniæ quàm animabus ſtudeas. Illud à latere reſpiciendum eſt, ad hoc autem totâ mentis intentione laborandum ac vehementius intuendum. Huic rei operam & ſollicitudinem vigilanter impende, quia Redemptor noſter à Sacerdotis officio non quærit aurum, ſed animas.

Id. lib. viij. indict. iij. Epiſt. xj. Romano defenſori noſtro Siciliæ.

Perlatum ad nos eſt Reverentiſſimum Fratrem noſtrum Baſilium Epiſcopum, velut unum de Laïcis in cauſis ſecularibus occupari, & prætorijs inutiliter deſervire. Quæ res quoniam & ipſum vilem reddit, & reverentiam Sacerdotalem annihilat, ſtatim ut experientia tua hoc præceptum ſuſcepit, eum ita ad rever- Grat. dist. 88. cap. 4.

tendum districtâ executione compellat : quatenus ei illic te insistente quinque diebus sub qualibet excusatione immorari non liceat, nè si quolibet modo eum ibidem ampliùs moram habere permiseris, cum ipso apud nos graviter incipias esse culpabilis. Datum mense Decembri indict. 3.

Id. lib. ix. indict. iv. Epist. xlviij. ad Desiderium Episcopum.

Cùm multa nobis bona de vestris fuissent studijs nuntiata, ita cordi nostro nata est lætitia, ut negare ea quæ sibi Fraternitas vestra concedenda popoſcerat, minimè valeremus ; sed polt hoc pervenit ad nos, quòd sine verecundia memorare non possumus, Fraternitatem tuam Grammaticam quibusdam exponere, quam rem ita molestè susceptmus & tristitiam verterimus, quia in uno se ore cum Jovis laudibus Christi laudes non capiunt, &c. *Continet* 22. *lin. tom.* 13.

Id. lib. xj. indict. xxxj. ad Anthemium Subdiaconum. De increpanda desidia Paschasij Episcopi, qui relictâ Sacerdotali curâ naves fabricabat. *Pervenit ad nos Fraternitatem & Coëpiscopum nostrum Paschasium ita desidem, negligentemque in cunctis existere, ut in nullo quia est Episcopus agnoscatur : adeò ut neque Ecclesia ipsius, neque Monasteria, sive filij Ecclesiæ, vel oppressi pauperes ejus ergà se dilectionis studium sentiant, &c.* v. locum, tom. 14.

Canones ex Synodo incerti loci post Concil. Paris. V. anno 615. Can. xij. Ut Presbyteri & Diaconi uxores ducere non præsumant. *v. titul.* Continentia Clericorum cœlibatus.

Statuta Synodalia Ecclesiæ Rhemensis, post Concil. Rhem. II. anno 630. Cap. xvj. De Clericis, ut luceant sicut stellæ & perpetuę claritatis in firmamento, non sint ebrij, nugaces, & sæcularibus immixi.

Ibid. Cap. xvij. Nec Mulieres alloquantur, aut domi retineant : vivant in communi, & ædes pauperi patentes inhabitent.

Concil. Tolet. IV. anno 633. Can. xxiij. Ut Presbyter aut Diaconus similiter vitæ suæ habeant testes.

Ibid. Can. xxiv. De conversatione Clericorum, ut in uno Conclavi sint.

Ibid. Can. xxxj. De discretione causarum in quibus Sacerdotes Judices fieri possunt. *Sæpè principes contrà quoslibet Majestatis obnoxios, Sacerdotibus negotia sua committunt, * & quia Sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentient Regibus fieri Judices, ubi jurejurando supplicij indulgentia promittatur, non ubi discriminis sententia præparetur. Si quis ergò Sacerdotum contrà hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud Ecclesiam perdat proprium gradum.*

23.qu.8. Sæpè. Burch.l. 2.c.140. Ivo part. cap.222. * sed.

Ibid. Can. xxxij. De cura populorum & pauperum, quam Episcopi sibi impositam noverint. *Episcopi in protegendis ac defendendis impositam à Deo sibi curam non ambigant : ideòque dum conspiciunt Judices & * potestates pauperum oppressores existere, priùs eos Sacerdotali admonitione redarguant, & si contempserint * emendare insolentiam, Regis auribus intiment : ut quos Sacerdotalis admonitio non flexit ad justitiam, Regalis potestas ab improbitate coërceat. Si quis autem Episcoporum neglexerit, Concilio reus erit.*

Ivo part. 16.cap.2. Burch.l. 15. c. 1. * potentes. * emendare, anathematizentur.

Ibid. Can. xliv. De personis mulierum, quas non convenit Clericis copulari : & si nesciente Episcopo Clericus ducat uxorem. *Clerici qui sine consensu Episcopi sui, aut viduam, vel repudiatam, vel meretricem in conjugio acceperint, separari eos à proprio Episcopo oportebit.*

23.qu.8. Clerici. Ivo part. 8.c.286.

Ibid. Can. xlv. De clericis qui arma ſumpſerint, vel ſumpſerunt. *Clerici qui in quacumque * ſeditione arma volentes ſumpſerint vel ſumpſerunt, reperti, amiſſo ordinis ſui gradu in Monaſterium * pœnitenciæ contradantur.* 23. qu 8. Clerici qui. Anſel. lib. 7. cap 187. * factione. * perenniter.

Ibid. Can. xlvj. De clericis ſepulchra demolientibus. *Si quis Clericus in demoliendis ſepulchris fuerit deprehenſus, quia facinus hoc pro ſacrilegio legibus publicis ſanguine vendicatur, oportet Canonibus in tali ſcelere proditum Clericatûs ordine ſubmoveri, & pœnitentiæ triennio deputari.*

v. hujus Concilij Notas. Cap. xxij. (*in Conclavi ſuo.*) Clericos ſelectos ad ſanctiorem vitam adſpirantes, ab Epiſcopo aſſumptos, manere cum eo in clauſura, paupertate, & præpoſitorum obedientiâ, & ad teſtimonium vitæ Epiſcopi, conſtat ex Concil. Tolet. II. cap. 1. & ex Auguſtino in Serm. 22. de communi vita Clericorum, & Sermone 36. ad Presbyteros, &c. Ivo part. 13. c. 49. Burch l. 11. c. 63.

Ibid. Cap. xxiv. Origo Seminarij clericorum. (*Omnes in uno Conclavi.*) Inſtitutionem hujus Seminarij clericorum primùm ortam invenio in Concil. Tolet. II. deindè in conſtit. Alexandr. IV. & in primo Lateran. cap. 2. Demùm in exactam formam redegit Concil. Trident. Seſſ. 23. cap. 18.

Clerici qui? (*Omnes Clerici.*) Iſidorus lib. 2. de eccleſiaſt. offic. Omnes qui in eccleſiaſtici miniſterij gradibus ordinati ſunt, generaliter clerici nominantur.

Concil. Tolet. VII. anno 646. Capitul. ij. De languoris eventu miniſtrantium clericorum. *v. locum, in fine tom.* 14.

Concil. Tolet. VIII. anno 653. Titul. iv. De incontinentibus Epiſcopis.

Ibid. Titul. v. De incontinentibus Presbyteris ac Diaconibus, & Fœminis quæ talibus conjunguntur.

Ibid. Titul. vj. De incontinentibus Subdiaconis.

Ibid. Titul. vij. De his qui poſt aſſumpta eccleſiaſticarum dignitatum officia, ad conjugia redeunt. *v. locum, tom.* 15. & titul *Continentia Clericorum.*

Concil. Tolet. IX. anno 655. Capitul. x. De damnatione filiorum, qui ex Sacerdotibus & Miniſtris geniti comprobantur. *v. com.* 15.

Concil. Emerit. anno 666. Capitul. x. Ut Epiſcopus quem viderit de Clericis ſuis ad bonum profectum tendere, honorandi, & magnificandi de rebus Eccleſiæ licentiam habeat. *v. titul.* De rebus Eccleſiæ.

Concil. Tolet. XI. anno 675. Capitul. v. De exceſſibus compeſcendis Sacerdotum. *v. eod. tom.*

Concil. Bracar. III. anno 675. Capitul. v. Nè Sacerdos, ſive quicumque ex Clero, ſine teſtimonio cum quibuſlibet fœminis habitent. *v. titul.* Mulierum cohabitatio & familiaritas clericis interdicta.

Concil. Tolet. XVII. anno 694. Sentent. viij. Ut Sacerdotes & Levitæ canes ad venandum & accipitres non habeant. *Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat. Quòd ſi quis talium perſonarum in hac voluntate detectus, ſi Epiſcopus eſt, tribus menſibus à Communione ſuſpendatur, Presbyter duobus menſibus abſtineatur, uno Diaconus ab omni officio vel Communione ceſſabit.*

Ibid. Sentent. xxj. De Levitis & clericis, nè magi vel incantatores ſint. *Quoniam non oportet Miniſtros Altaris aut Clericos magos, aut incantatores eſſe aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ ſunt magna obligamenta animarum. Hos autem, qui talibus utuntur, projici ab Eccleſia juſſimus.*

Gregor. Pap. III. in judicijs pœnitentium. xxx. Si quis Clericus venationes exercuerit, unum annum pœniteat, Diaconus duos, & Presbyter tres.

Concil. Germanic. I. anno 742. Can. ij. Ut Clerici arma nec tractent, neque ad exercitum pergant, præter eos qui sacrorum causâ electi fuerint. Item ut à venationibus abstineant. *Servis Dei per omnia armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hostem pergere omninò prohibuimus, &c.* v. locum, tom. 17.

Ibid. Can. vij. Ut Presbyteri & Diaconi sagis non utantur, sed casulis, & in domo sua mulieres non habeant. *Decrevimus quoque ut Presbyteri vel Diaconi non sagis Laïcorum more, sed casulis utantur ritu servorum Dei.*

Bonifac. Archiepiscopi Mogunt. Epist. cv. ad Cudbertum Archiepiscopum. Venationes & silvasticas vagationes cum canibus, & nè accipitres & falcones habeant, prohibemus, nec pompato habitu, vel sagis vel armis utantur. Et omnes Clerici fornicationem non faciant, nec habitum Laïcorum portent, nec accipitres.

Concil. Cloveshoviæ II. anno 747. Capitul. viij. Ut Presbyteri diligenter considerent officium suum. *Octavo monuerunt Capitulo, ut Presbyteri indesinenter reminiscant, ad quod divinâ ordinatione præ cæteris promoti sunt, quod Dei videlicet ministri, & dispensatores mysteriorum Christi vocantur, &c.* v. locum, eod. tom. 17.

Ibid. Capitul. ix. Ut Presbyteri baptizent, & in suos Evangelij officium diligenter exerceant. *Nono consequenter addiderunt Capitulo, ut Presbyteri per loca & regiones, &c.* v. locum.

Ibid. Capitul. xxiv. Ut sæculares priùs probentur, & sic sanctæ conversationis tonsuram accipiant.

Ibid. Capitul. xxx. De modo cohibendi simultatem inter Ecclesiasticos & Laïcos. *v. locum.*

Concil. Vermerience, anno 752. Can. xvj. Nè Clerici arma gerant. *Ut Clerici arma non portent.*

In Excerptis ex Epistolis Hadriani Pap. I. ad Carol. Magn. Ex Epist. lxxvij. ad Car. Magn. Fatus est nobis Joannes Monachus quia dixisset vobis, ut omnis Episcopus spiritalia teneret arma, & non terrena. Quatenùs si ita est, quia militaria invadunt arma, hortantes vestræ notescimus à Deo protectæ regali excellentiæ, ut nullomodo sic fieri permittat; sed quoscumque in quolibet deferri cupit loco, tàm Episcopi quàm Presbyteri orthodoxæ fidei galeam, & salutis induti arma, orationibus vacare graviter studeant, & cuncto populo ad ea, quæ pro salute animæ sunt, spiritale gerant officium.

Ex Epist. 77. Cod. Carolini.

Concil. Calchut. anno 787. Capitul. iv. Ut vita & habitus Canonicorum, &c. sint de more Orientalium, & juxtà canones & decreta Pontificum Romanorum. *Quartus sermo: ut Episcopi diligenti curâ provideant, quo omnes Canonici sui, canonicè vivant, &c.* v. locum, tom. 18.

Ibid. Capitul. ix. Ut Ecclesiasticus cibum in secreto non sumat. *Nono Capite: ut nullus ex Ecclesiastici cibum in secreto sumere audeat, nisi præ nimia infirmitate, quia hypocrisis, & Saracenorum est. Ideò hortamur*, ut non simus forinsecùs sepulchra dealbata, intùs autem pleni cadaveribus mortuorum; *maximè cùm Salvator dicit*: Attendite nè justitiam vestram faciatis coram homini-

Matt. 23.

bus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem ve- *Matt. 26.*
ſtrum qui in cælis eſt. *Undè intueri libet, ſi bona opera in abſconditis fieri jubentur, ut pro cujus nomine hæc facimus, ab ipſo remuneremur: quid pertinet ad rem, ut coram hominibus jejunantes, aut abſtinentes, ſimulemur, in ſecretis verò noſtris bovem aut equum glutiamus?*

Concil. Nicæn. II. anno 787. εἰ ὅτι οὐ δεῖ πρατικὸν ἄνδρα ἱματίοις πολυτελέσι ἀμφιεννύσθαι· Can. xvj. Quòd non oporteat Sacratum Virum veſtimentis pretioſis indui, πᾶσα βλακεία καὶ κοσμικὴ, &c. *Omnis jactantia & ornatura corporalis aliena eſt à ſacrato ordine, &c.* v. locum, tom 18. in fine.

Capitul. Aquiſgran. Caroli Magni, anno 788. xiv. De Monachis & clericis. In Concilio Laodicenſi nec non in Africano præcipitur ut Monachi & cle- *l.1.c.14.*
rici tabernas non ingrediantur edendi vel bibendi cauſâ. *Quoniam non oportet Altario ſervientes à Presbyteris uſque ad Diaconos, & deinceps Ordinis eccleſiaſtici omnes uſque ad Miniſtros, aut Lectores, aut Pſaltas, aut Exorciſtas, aut Oſtiarios, aut etiam eos qui in propoſito ſunt continentiæ tabernas intrare. Ut clerici edendi vel bibendi cauſâ tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.* Concil. Laodic. Can. 24. Concil. Afric. Can. 7.

Ibid. lviij. Item ejuſdem, ut ſi quis Sacerdotum contrà conſtituta decreta- *l.1.c.58.*
lia præſumptiosè agat, & corrigi nolens ab officio ſuo ſubmoveatur. *Hoc itaque admonitio noſtra denuntiat, quòd ſi quis Fratrum, &c.* v. locum, tom. 20. Leo cap. 5.

Ex alijs Capitulis Caroli Magni, de diverſis rebus partim eccleſiaſticis, partim politicis. xv. Ut Epiſcopi & Abbates, & Abbatiſſæ cuplas canum non habeant, nec falcones, nec accipitres, nec joculatores.

Concil. Forojul. anno 791. Capitul. vj. Item placuit, ut eas prorſus mundanas dignitates, quas ſæculares viri vel Principes terræ exercere ſolent, in venationibus ſcilicet, &c. *v. locum, eod. tom.* 20.

Concil. Francoford. anno 794. Can. xix. Ut clerici vel Monachi tabernas non ingrediantur. *Ut Presbyteri, Diaconi, Monachi & Clerici tabernas non ingrediantur.*

Capitula eccleſiaſtica Car. Magn. Titul. ij. Ut Epiſcopi & Presbyteri ad bella non pergant. Cap. 1. Supplicatio Populi apud Carolum Magnum pro Sacerdotum cauſa, nè in hoſtem aut pugnam pergerent. *Ex Capitulis Wormatiæ decretis.* Flexis omnes precamur poplitibus Majeſtatem veſtram, ut Epiſcopi *l.6.c.285.*
deinceps, &c. *v. locum.*

Ibid. cap ij. Conceſſio Domni Caroli Imperatoris nè Epiſcopi ad bella pergant. *Omnibus notum eſſe volumus quia non ſolùm ea quæ, &c.* v. locum. lib. 6. c. 286.

Ibid. cap. iij. Carolus gratiâ Dei Rex, Regnique Francorum Rector, & devotus Sanctæ Eccleſiæ Defenſor atque adjutor in omnibus, &c. *v. locum.* *l.7.c.91.*

Ibid. cap. iv. Secundâ vice propter ampliorem obſervantiam Apoſtolicâ au- *l.7.c.103.*
ctoritate, &c. *v. locum ſuprà.*

Capitulare Epiſcoporum Caroli Magni, cap. 1. Ut cuncti Sacerdotes precibus aſſiduis, pro vita & Imperio Domni Imperatoris, & Filiorum ac Filiarum ſalute orent.

Ibid. cap. ij. Ut unuſquiſque Sacerdos quotidianis aſſiſtat orationibus pro Pontifice, cujus gubernatur regimine.

Ibid. cap. xviij. Nemo ex Sacerdotum numero arma pugnantium unquàm

portet, nec litem contrà proximum ullam excitet.

Ibid. cap. xx. Ut nullus Sacerdos quidquam cum juramento juret, sed simpliciter cum puritate & veritate omnia dicat.

Concil. Turon. III. anno 813. Can. ix. Presbyteri & Diacones Episcopi sui vestigia bonis moribus consectentur. *Presbyteri quoque & Diacones in omnibus bonorum operum exhibitionibus sui Episcopi vestigia sectentur; & in bonorum morum probitate quæ Episcopo sunt observanda, eadem & sibi observanda esse cognoscant.*

Ibid. Can. xxj. Presbyteri tabernas, cibi potûsque causâ, non ingrediantur.

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. viij. Vt Sacerdotes annonam non congregent ut cariùs vendant. *Oportet etiam ut si quando Sacerdotes fruges, vel quosdam reditus terræ congregant & protelant; non ideò hoc faciant, ut cariùs vendant & thesauros congregent, sed ut pauperibus tempore necessitatis subveniant.*

Ibid Can. xij. Vt Presbyteri, Diaconi, Monachi, villici non fiant. *Ut neque Presbyteri, neque Diaconi, neque Monachi, villici fiant,*

Ibid. Can. xliv. Vt Presbyteri sine Episcopi sui licentia non peregrinentur, & ut cancellarij publici non fiant. *Superiùs scripsimus Presbyteros villicos esse non debere: & nunc eis in tabernis bibere, Cancellarios publicos esse, nundinas insolenter peragere, Romam sive Turonum absque licentia Episcopi sui adire penitùs decernimus inhibendum.*

Concil. Aquisgran. anno 816. Cap. lx. Quòd nullus Ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat. *Concil. Laodic.* Quòd non oporteat Sacro Ministerio deditos, à Presbyteris usque ad Diaconos, & reliquum Ecclesiasticum Ordinem, id est, usque ad Subdiaconos, Lectores, Cantores, Exorcistas, & Ostiarios, & ex numero continentium & Monachorum ingredi tabernas.

ex Concil. Sardic. d. 44. non oportet Clericum.

Ibid. Cap. lxj. De Avaritia. *Aurelius Episcopus dixit: avaritiæ cupiditas, &c.* v. locum, eod. tom. 20.

Concil. Carthag. Can. 5.

Ibid. cap. lxxxv. De clericis & Monachis non manentibus in suo proposito. *Qui semel in Clero, &c.*

Concil. Calchedon. c. 7.

Ibid. cap. xc. Vt clerici tabernas nisi in peregrinis non ingrediantur. *Ut Clerici edendi vel bibendi causâ tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.*

Concil. Afric. c. 7. D. 44.

Ibid. cap. xciij. Vt clerici nullas negotiationes inhonestas, & turpia lucra sectentur. *Consequens fuit ut illa quoque quæ de Piceni partibus, &c.* v. locum.

Clerici. ex decret. Gelas. Pap. Ep. 1. cap. 15.

Ibid. cap. xciv. De vita clericorum. *Petis à me Nepotiane carissime, litteris transmarinis, & crebrò petis, ut tibi brevi volumine digeram præcepta benè vivendi, &c.* v. locum fusè. *Excerptum ex Epist. S. Hieron. Presbyt. ad Nepotianum, de vita Clericorum.*

Ibid. cap. xcv. De institutione clericorum. *Obsecro te, Carissime, ut multitudines hominum, & officia, & salutationes, & convivia, veluti quasdam catenas fugias voluptatum, &c.* v. locum. *Ex ejusd. ad Paulin. de instit. Cleric.*

Ibid. cap. xcvj. *Ex Epist. ejusd. ad Rusticum.* Dico autem si clericatûs titillat te desiderium, disce quod possis docere, & rationalem hostiam offer Deo, &c. *v. locum.*

Ibid. cap. xcvij. Quid diſtet inter Clericum & Monachum? *Ejuſd. ad Heliodorum.* Monachum autem perfectum eſſe nolle derelinquere eſt: ſed de hoc gradu pulſus provocabis ad clericos. An de his aliquid audeam dicere, qui certè in ſuis urbibus commorantur, &c. *v. locum.*

Ibid. cap. xcviij. De vita clericorum. *Ejuſd. ad Oceanum.* Deprecatus es, ut tibi breviter exponerem qualiter clerici victitare debeant, &c. *v. locum fusè.*

Ibid. cap. xcix. De clericis. *Iſidori, ex lib. Officiorum.* Itaque omnes qui in Eccleſiaſtici Miniſterij gradibus ordinati ſunt, generaliter clerici nominantur: cleros autem, &c. *v. locum.*

Ibid. cap. c. De regulis clericorum. *Ejuſd. lib. 2. de offic. cap. 2.* His igitur Lege Patrum cavetur, ut à vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſeſe abſtineant, non ſpectaculis, non pompis interſint, convivia publica fugiant: privata non tantùm pudica, ſed & ſobria colant: uſuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudiſvè cujuſquam appetant: amorem pecuniæ, quaſi materiam cunctorum criminum fugiant: ſæcularia officia, negotiaque abjiciant: honorum gradus per ambitiones non ſubeant: pro beneficijs medicinæ Dei munera non accipiant. Dolos & conjurationes caveant: odium & æmulationem, obtrectationem, atque invidiam fugiant: non vagis oculis, non in freni linguâ aut petulanti tumidoque geſtu incedant, ſed pudorem & verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſuque oſtendant: obcœnitatem etiam verborum ſicut & operum penitùs execrentur: viduarum ac virginum viſitationes frequentiſſimas fugiant: contubernia extranearum fœminarum nullatenùs appetant: caſtimoniam quoque inviolati corporis perpetuò conſervare ſtudeant, aut certè unius matrimonij vinculo fœderentur. Senioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neque ullo jactantiæ ſtudio ſemetipſos attollant. Poſtremò in doctrina, in lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis exercitio jugi incumbant. Tales enim eſſe debent quicumque divinis cultibus ſeſe mancipandos ſtudent, ſcilicet ut dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

Ibid. cap. cj. De generibus cleticorum. *Ejuſd. de offic. lib. 2. cap. 3.* Duo ſunt genera clericorum: unum Eccleſiaſticorum ſub regimine Epiſcopali degentium; alterum Acephalorum, id eſt, ſine capite, qui quem ſequantur, ignorant. Hos neque inter laïcos ſæcularium officiorum ſtudia, neque inter clericos religio retentat divina: ſed ſolutos atque oberrantes ſola turpis vita complectitur & vaga: quique dum nullum metuentes, explendæ voluptatis ſuæ licentiam conſectantur quaſi animalia bruta, libertate ac deſiderio ſuo feruntur, habentes ſignum religionis officium, Hyppocentauris ſimiles, neque equi, neque homines, mixtumque (ut ait Poëta) genus, proleſque biformis: quorum quidem ſordidâ atque infami numeroſitate, ſatis ſuperque noſtra pars * pollet. *Æneid 6.*

Ibid. cap. cij. Quales oporteat eſſe clericos? *Gregorij.* Clericus admonendus eſt, quatenùs ſic vivat, ut bonum exemplum vitæ ſuæ ſæcularibus præbeat, &c. *v. locum.* * *al. polluitur.*

Ibid. cap. cxlv. Epilogus omnium. Quamquàm à Sanctis Patribus in ſuperioribus hujus libelli partibus ſatis ſit delucidatum, qualiter cletici vivere debeant, adeò ut, &c. *v. locum fusè, eod. tom.* 20.

Concil. Rom. anno 826. ſub Eugenio Pap. Cap. vij. Ubi clerici conſiſtere
12. q 1. debeant? *Neceſſaria enim reſcripſit, ut juxtà Eccleſiam clauſtra conſtituantur, in quibus Clerici diſciplinis eccleſiaſticis vacent. Itaque omnibus unum ſit refectorium ac dormitorium, ſeu cætera officinæ ad uſus Clericorum neceſſariæ. Miniſtri verò poſt Epiſcopum ſuper eos tales eligantur, quorum vita atque doctrina illos potiùs exornent, quàm dehoneſtent.*

Concil. Pariſ. VI. anno 829. Cap. xiij. Ut avaritiam Sacerdotes cavere ſtudeant. *Quia verò nonullos ordinis noſtri ſocios avaritiam turpiter ſectari, & meritò à multis reprehendi, &c.* v. locum ſuſè, tom. 21.

Ibid. Cap. xxxviij. De ſtultiloquio & ſcurrilitate vitanda. *Cùm ab omnibus Chriſtianis, juxtà Apoſtoli documentum, ſtultiloquium, & ſcurrilitas ſit cavenda, multò magis à Sacerdotibus Domini, qui aliis exemplum & condimentum ſalutis eſſe debent, caveri oportet, &c.* v. locum, eod. tom. 21.

Concil. Aquiſgran. II. anno 836. Cap. viij. Vt ab Epiſcopis coërceantur
l. 5. cap. 173. de vita contemplat. Presbyteri qui contrà Canones aliquid indecenter agunt. *Similiter de illis Preſbyteris qui contrà ſtatuta Canonum vilici fiunt, &c.* v. locum, eod. tom.

Ibid. Can. x. De clericis qui ridiculo habentur, ut ad debitum ſtatum reducantur, & Laïci congruum illis honorem impendant. *De eorumdem Presbyterorum vita, quæ ut vos verè fatemini, ridiculò habetur, quantùm nobis poſſe eſt, curabimus, ut minùs perfecti eorum actus ad debitum revocentur ſtatum: veſtrum autem erit præcipere Laicis, ut ipſi congruum eis & debitum impendant honorem; & in eos qui contrà eos perperam geſſerunt, congrua procedat caſtigatio, quatenùs & illi corrigantur, & reliqui terreantur.*

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. xxxvij. Vt clerici arma militaria non
23 q. 8. Quicumque ex Clero. contingant. *Ut quicumque ex Clero eſſe videntur, arma militaria non ſumant, nec armati incedant, ſed profeſſionis ſuæ vocabulum religioſis moribus, & religioſo habitu præbeant. Quòd ſi contempſerint, tamquàm Sacrorum Canonum contemptores, & eccleſiaſticæ ſanctitatis profanatores, proprij gradus amiſſione mulctentur, quia non poſſunt ſimul Deo & ſæculo militare.*

Homilia Leonis Pap. IV. In primis admonemus, firmiterqua præcipimus, ut vita & converſatio veſtra ſit irreprehenſibilis, ſcilicet ut cella & habitatio veſtra ſit juxtà Eccleſiam, & in ea fœminas non habeatis, nullus veſtrum ſit ebrioſus, &c. *v locum, eod. tom.* 21.

Concil. Mogunt. I. anno 847. cap. xiij. De cleticorum vita ſive Monachorum. *Providendum neceſſariò eſt unicuique Epiſcopo, qualiter Canonici vivere debeant, nec non & Monachi, &c.* v. locum, eod. tom.

Hincmar. Archiepiſcopi Rhem. Capitula ad Presbyteros Parochiæ ſuæ, anno 852. xiv. Quomodo in convivijs defunctorum aliarumvè collectarum gerere
Diſt. 44. ex Mamnet. ſe debeant? *Ut nullus Presbyterorum ad anniverſariam diem, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. xv. Quòd cavendum ſit Presbyteris, quando pet Kalendas inter ſe conveniunt. *Ut ſi quando Presbyteri per Kalendas ſimul convenerint, &c.* v. locum, tom. 22.

Iſaac Epiſcop. Lingon. Canones. Cap. x. *ex lib. vj. Cap. lxj.* Si quis Epiſcorpus, Presbyter, aut Diaconus, vel Subdiaconus ad bellum proceſſerit, & arma bellica indutus fuerit ad bellicandum, ab omni officio deponatur, in tantùm, ut nec laïcam communionem habeat.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. xliij. Vt Presbyteri per mercata non diſcurrant, nec indiſcretè domos circumeant, & comeſſationibus & ebrietatibus non inſerviant, nè famam malæ opinionis incurrant.

Ibid. cap. l. Vt Presbyteri & Diaconi, ſi in bella cum armis proceſſerint, ita deponantur, ut nec laïcam communionem habeant.

Ibid. cap. liv. Vt nullus ſe per ambitionem alteri præferat: ſed omnes agnoſcant tempus ſuæ ordinationis.

Ibid. cap. lxxxv. Vt Presbyteri ab omnibus vitijs ſe caveant, & ſubjectis ducatum cæleſtis vitæ præbeant.

Ibid. cap. lxxxvj. Vt Presbyteri domos religioſas habeant, & nitida veſtimenta.

Ibid. cap. cvij. Vt Presbyteri ſicut ordine ſanctiores, ita verò inceſſu & actu ſint reverentiores: quia celſitudo graduum graviorem peccati facit cumulum.

Ibid. cap. cviij. Vt Presbyteri & clerici antè ſe joca turpia fieri non permittant, ſed paupetes & indigentes ad menſas ſecum habeant, & legatur eis lectio.

Ibid. cap. cxiij. Si clerici in quacumque ſeditione arma detulerint, poſt depoſitionem gravi pœnitentiæ in carcere retrudantur. Aliter ſi armis, ſagis, vel ſabeis uſi fuerint, deponantur.

Ibid. cap. cxxvj. Vt ſuperbi clerici & laïci excommunicentur: & ut pœnitentia & humilitas, & humanitas ab omnibus prædicetur.

Ibid. cap. cxxxj. Clerici tardi ad officium, aut flagellentur, aut excommunicentur.

Walterij Aurelian. Capitula II. Quomodo per Archidiaconos vita & doctrina Presbyterorum Cardinaliumi inveſtigetur. *Vt per Archidiaconos, vita, intellectus, &c.* v. locum.

Ibid. cap. xvj. De tabernis & ſcurrilitatibus fugiendis. *Vt Presbyteri vel reliqui ordinis eccleſiaſtici, &c.*

Ibid. cap. xvij Quomodo in conſortijs & convivijs gerere ſe debeant? *Vt quando ad conventum, quod, &c.* ad hęc verba: *honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum.*

Concil. Wormat. anno 868. Can. xvij. Vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, canendum ad venandum & accipitres habere non debeant. *V. locum, tom.* 23.

Conſtitutiones Odonis Archiepiſc. Cantuariæ. Cap. v. De officio cleticorum. *Quinto Capitulo admonendi ſunt Clerici, ut canonicè, &c.* Tom. 25.

Leges Eccleſiaſticæ Edmundi Regis Angliæ, anno 944. cap. 1. De vitæ caſtitate eorum qui Sacris initiantur. *In primis, qui Sacris ſunt initiati, &c.* eod. tom.

Decreta Generalis Concilij Lateran. IV. cap. xiv. De incontinentia clericorum punienda. *Vt Clericorum mores & actus in melius reformentur, &c.*

Ibid. cap. xv. De arcenda ebrietate clericorum. *A crapula & ebrietate omnes Clerici diligenter abſtineant, &c.*

Ibid. cap. xvj. De indumentis clericorum. *Clerici officia vel commercia ſæcularia non exerceant, &c.* Tom. 28.

Ibid. cap. xvij. De comeſſationibus Prælatorum & negligentia corum ſu-

per divinis officijs. *Dolentes referimus, quod non ſolùm quidam minores Clerici, &c.* v. locum.

Concil. Oxonienſe, anno 1222. Capitul. 32. De habitu clericorum. *Ut Clericalis Ordinis honor debitus ſervetur, &c.*

Ibid. cap. 33. Nè clerici comam nutriant. *Ut nec ipſi nec alij Clerici comam ſed honeſtè tonſi, &c.*

Ibid. cap. 34. Quòd clerici non teneant publicè concubinas. *Volentes, nè Clerici beneficiati, vel in Sacris Ordinibus, &c.*

Ibid. cap. 35. Qualis eſt pœna infligenda concubinis clericorum? *Et ſi fortè concubinæ eorum monitione poſtea propoſitâ, &c.* v. locum, eod. tom. 28.

Concil. Colon. anno 1225. cap. 1. De continentia clericorum. *Licet multa de continentia Clericorum Sanctorum Patrum hactenus emanaverint, &c.*

Ibid. cap. ij. De pœnis concubinariorum clericorum. *Si quis autem Clericorum deinceps fuerit deprehenſus incontinentiæ vitio, &c.*

Ibid. cap. iij. De ſcortatoribus clericis ruralibus per Archidiaconos corrigendis. *De Clericis ruralibus concubinarijs expreſſus rigor obſervetur, &c.* eod. tom.

Concil. London. anno 1237. capitul. xiv. De habitu clericorum. *Quoniam de habitu Clericorum, qui non Clericalis, &c.*

Ibid. cap. xvj. De clericis concubinarijs. *Licet ad profligendum à laribus Eccleſiæ putridum, &c.* v. locum, & titul. *Continentia Clericorum Cœlibatus.*

Concil. Viennenſe, anno 1267. capitul. 1. De vita & honeſtate cleticorum. *Verùm quantùm expedit ad profectum & robur fidei chriſtianæ, &c.*

Ibid. cap. iij. De caſtitate clericorum. *Præſentis igitur Concilij approbatione præcipimus, &c.* eod. tom. 28.

Ibid. cap. ix. De correctione & contumacia clericorum. *Item ordinamus atque ſtatuimus, ut Clerici & Eccleſiaſticæ Perſonæ, &c.* v. locum.

Concil. Ravennate I. anno 1286. capitul. 1. Nè clerici joculatores vel hiſtriones à laïcis tranſmiſſos recipiant. *Non ſine temeritate conſuetudines inducuntur, quæ lege damnantur, &c.*

Ibid. cap. ij. De pauperibus alendis & veſtiendis. *Doctoris illius præcipui prædicatoris egregij inſtitutione freti, &c.*

Ibid. cap. iij. De honeſtate & habitu clericorum. *Licet ſit canonicâ ſanctione ſtatutum, ut excommunicentur Clerici arma portantes, &c.* v. locum, eod. tom.

Concil. Ravennate III. anno 1314. cap. x. De vita & honeſtate clericorum, ac ornatu eorum. *Quoniam Sacerdotum ex indiſciplinatione populi apparet non ſanum. &c.* eod. tom. 28. in fine.

Concil. Ravennate IV. anno 1317. Rubr. x. De vita & honeſtate clericorum, & ornatu eorum. *Quoniam Sacerdotium ex indiſciplinatione populi apparet non ſanum, &c.* v. loc. tom. 29.

Concil. Saltzburg. anno 1386: cap. v. De habitu clericorum. *Quoniam per decentiam habitus extrinſeci, &c.* eod. tom.

Concil. Conſtant. anno 1414. Seſſione xl. De vita & honeſtate clericorum. *Inter cæteros Prælatorum & Clericorum exceſſus, &c.*

Concil. Saltzburg. anno 1420. cap. xviij. De vita & honeſtate clericorum. *Etſi per Sacros Canones & noſtrorum anteceſſorum Conſtitutiones, &c.* v. locum.

Ibid.

Ibid. cap. xviij. De cohabitatione clericorum & mulierum. *Ad arcendum concubinatûs crimen, ut de Clero penitùs evellatur, &c.* v. loc. & titul. *Mulierum cohabitatio & familiaritas Clericis interdicta.*

Concil. Friſingenſe, anno 1440. Cap. iv. De vita & honeſtate clericorum. *Quia clericorum eſt in ſeipſis implere voluntatem Domini, &c.*

Ibid. cap. v. De cohabitatione mulierum. *Volumus concubinatum evitari ſub pœnis Sacri Generalis Concilij Baſileenſis, &c.* v. tom. 33.

Concil. Tolet. anno 1473. Cap. vj. Quòd non induantur clerici veſtibus ſericis rubeis, vel viridibus, nec calcient Sotulares albos, vel Borſegnes albos vel rubeos, niſi cum nigris deſuper Sotularibus. *Cæterùm nè Clerici poſtquàm in Sacris Ordinibus conſtituti, &c.*

Ibid. cap. viij. Quòd clerici non induantur luctuoſis veſtibus. *Quamvis omnis gloria * aſpira, cùm ad æternam ſalutem abinitùs eſſe debeat, &c* Tom. 34. Locus

Ibid. cap. ix. Proceſſus qui debet fieri contrà clericos, qui publicè tenent obſcurus. concubinam. *Triſtiſſimo impellimur animo retenſere turpis conditionis fœdiſſimum ſcelus, &c.*

Ibid. cap. xj. Quòd clerici non ludant ad taxillos. *Cedit in opprobrium noſtræ religionis, quòd Miniſtri Eccleſiæ, &c.*

Ibid. cap. xiv. Quòd clerici in minoribus deferant tonſuram unius regalis, & habitum congruentem; alioquin perdant privilegium: & quòd litteræ ordinum præſententur coràm Diœceſanis. *Ut qui ſuſceptæ ſuæ profeſſionis habitum deſignantur, privilegijs gaudeant ſibi conceſſis, &c.*

Ibid. Conſtitutio ad removendos abuſus, & ordinatio ad cleri vitam reformandam. Cap. ij. De vita & moribus clericorum. *Hinc hortamur atque monemus omnes, & ſingulos, qui ſacris initiati ſunt, ut vivant vitam quam profeſſio exigit, & Chriſtus requirit, inquiens:* Sic luceat lux veſtra coràm hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt, *Matth. 5.* &c.

Ibid. cap. iij. Ut clerici tabernas, choreas, ſpectacula & convivia pubica vitent. *Inſuper tabernas publicas evitent, &c.*

Ibid. cap. iv. Nè implicent ſæcularibus negotijs. *Cùmque ſecundùm Apoſtolum:* Nemo militans Deo, ſeſe negotijs ſæcularibus implicare debeat, &c. *2. Tim. 2.*

eod. tom. 34.

Index Decretorum ad mores pertinentium. Cap. xxij. De regulari diſciplina in victu, veſtitu, & moribus in Monaſterijs, tàm Religioſorum quàm Monialium exactè obſervanda. *Fide dignorum relatio ad noſtrum auditum perduxit, &c.*

Ibid. cap. xxiij. De honeſtate morum in vita & habitu à clericis ſervanda, ſine veſtium prætioſarum pompa & luxu. *Omnes Clericos, & maximè in Sacris conſtitutos, &c.*

Ibid. cap. xxiv. Qualis debet eſſe habitus clericorum, & virorum eccleſiaſticorum? *Veſtes ſint talares, non frontiatæ aut purtitæ, &c.*

Ibid. cap. xxv. De honeſtate clericorum obſervanda in inceſſu, converſatione, in evitatione chorearum, & actionis ludorum ſcenicorum. *In inceſſu quoque honeſtatem exhibeant, &c.*

Ibid. cap. xxvj. Incontinentes Sacerdotes & concubinarios clericos, itidem

venatores. & negotijs ſæcularibus deditos, graviter eſſe puniendos. *v. locum, in fine tomi 34.*

Appendix ad Concil. Lateran. III. anno 1179. De Ordinatione Filiorum Sacerdotum, & eisdem in Ecclesijs paternis non tolerandis. Cap. 1. Non debet aliquis permitti habere Ecclesiam, in qua pater ejus proximè ministravit. *Conquerente nobis Milone Clerico, quòd, &c.*

Ibid. cap. ij. Filij Sacerdotum non debent ad Ordines admitti, nisi in Monasterio, vel canonicâ regulari vitâ fuerint probati. *Quòd super his, de quibus dubitas, à nobis postulas, &c.* v. cætera; sunt capita 10. tom. 27.

* *bâtards.* Concil. in Dalmatiæ & Diocliæ Regnis. Cap. xj. Ut * Nothi ad Sacros Ordines non accedant. *Prohibemus etiam ut Filij Presbyterorum, & qui de legitimo non sunt matrimonio, non ad Sacros Ordines accedant.*

Ibid. cap. xij. Ut nullus antè trigesimum annum ad Sacerdotium promoveatur. *Similiter prohibemus, ut nullus ordinetur in Sacerdotem, nisi trigesimum compleverit annum.*

Canones Synodi Romanorum ad Gallos Episcopos, juxtà quæstiones ab illis præpositas. Can. v. Quòd Romana Ecclesia non admittit eos qui post Baptismum calti non fuerint. *Romana Ecclesia hoc specialiter custodit, ut si quis parvulus baptizatus, &c.* v. locum, tom. 37

CLERICORUM SANCTIMONIA,

SÆCULARES CURÆ ILLIS INTERDICTÆ.

CANON. APOSTOLORUM. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, &c. *Can. 5. Apoſt.* Epiſcopus, aut Presbyter, vel Diaconus, nequaquàm ſeculares curas aſſumat; ſin aliter dejiciatur. *Eſt Can. 7. ex verſ. Dion. Exig.*

Ibid. Can. xx. Κληρικὸς ἐγγυᾶς, * καθαιρείσθω. Clericus fidejuſſoribus inſerviens, * δείσθω. abjiciatur.

Cyprian. Epiſt. lxvj. ad Clerum & Plebem Furnitonorum. *Graviter commoti ſumus Ego & Collega mei*, &c. v. locum, eod. tom. 1.

Concil. Eliberit. anno 305. Capitul. xviij. Epiſcopi, Presbyteri, & Diacones de locis ſuis negotiandi causâ non diſcedant; nec circumeuntes Provincias, quæſtuoſas nundinas ſectentur. Sanè ad victum ſibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant: & ſi voluerint negotiari, intrà Provinciam negotientur.

Concil. Nicæn. anno 325. Titul. lj. De fœneratore, & turpi quæſtu clericis interdicto. *v. loc. tom. 2.*

Concil. Carthag. I. anno 347. Capitul. vj. Vt clerici actus ſæcularium, vel procurationes non ſuſcipiant. *Nicaſius Epiſcopus Cuſulitanus dixit: Credo placere ſuggeſtionem meam Sanctitati veſtræ*, &c. v. locum.

Ibid. cap. viij. Vt Implicati negotijs alienis antè redditam rationem clerici non ordinentur. *Magnus Epiſcopus Aſtyagenſis dixit: Quid dilectioni veſtræ videtur*, &c.

Ibid. cap. ix. Vt laïci clericos actores, vel ratiocinatores ſibi non conſtituant. *Metus Caunenſis Epiſcopus dixit: Rectè ſtatutum eſt, ut*, &c. v. locum, eod. tom. 2.

Concil. Carthag. III. anno 397. Capitul. xv. Vt clerici non ſint conductores, vel negotiatores. *Item placuit, ut Epiſcopi & Presbyteri, & Diacones*, &c. Sic legitur iſte canon in vetuſtis quibuſdam libris. *Ut Epiſcopi, & Presbyteri, ac Diacones*, &c. v. locum, eod. tom.

Concil. Carthag. IV. anno 398. Capitul. xviij. Vt Epiſcopus teſtamentorum tuitionem non ſuſcipiat. *Ut Epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat.*

Ibid. cap. xix. Vt Epiſcopi pro rebus ſæcularibus non litigent. *Ut Epiſcopus pro rebus tranſeuntibus non litigat provocatus.*

Ibid. cap. xx. Vt Epiſcopus tantùm divinis vacet. *Ut Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe revocet, ſed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodò vacet.*

Leon. I. Epiſt. 1. ad Epiſcopos per Campaniam & Picenum. Cap. iij.

Quòd uſuras non ſolùm clerici exigere non debeant, ſed nec laïci.

Ibid. cap. iv. Vt clericus nec ſuo, nec alieno nomine fœnus exerceat. *vide.*

Concil. Calchedon. anno 451. Can. iij. Μὴ εἶναι ἐξὸν ἀγρὸν σύνοδον, &c. *Ex verſ. Dion. Exig.* Quòd non oporteat Epiſcopos, Clericos & Monachos prædia aliena conducere. *Pervenit ad Sanctam Synodum, quòd, &c.* v. loc. tom. 9.

Gelaſ. Pap. I. Epiſt. ix. ad Epiſcopos Lucaniæ. Qui laïci ordinari poſſint? qui ad clerum accedere prohibeantur? *Conſequens fuit & illa quoque, quæ de Piceni, &c.*

Concil. Agath. anno 506. Can. viij. De clericis qui ad ſæculares confugiunt. *eod. tom. 9.*

Concil. Tarracon. anno 516. Cap. ij. Vt clerici emendi viliùs, vel vendendi cariùs non permittantur. *Sicut Canonum ſtatutis firmatum eſt, quicumque in Clero eſſe voluerit, emendi vilius vel vendendi carius ſtudio non utatur.* * *Cereè ſi voluerit hæc exercere, cohibeatur à Clero.*

Decret. Ivon. p. 13. c. 13. * quod certè.

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. xj. De clericis qui propter ſæcularium officium ſuum implere detrectant. *Si qui Clerici miniſteria ſuſcepta quacumque occaſione agere, ſicut & reliqui, detrectant, & excuſationem de patrocinijs quorumcumque nè officium impleant, prætendunt, ac Sacerdotes ſuos ſub hujuſmodi cauſa æſtimane, per inobedientiam contemnendos: inter reliquos Canonicos Clericos nè hâc licentiâ alij vitientur, nullatenùs habeantur, neque ex rebus eccleſiaſticis cum Canonicis ſtipendia aut munera ulla percipiant.*

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. xiij. Vt clerici publicis actionibus & tutelis non applicentur. *Si quis Judicum Clericos de quolibet corpore venientes atque altario mancipatos, vel quorum nomina in Matricula Eccleſiæ teneantur inſcripta, publicis actionibus applicare præſumpſerit, ſi à Sacerdote commonitus emendare noluerit, cognoſcat ſe pacem Eccleſiæ non habere. Similiter & à tutelæ adminiſtratione Pontifices, Presbyteros, atque Diaconos ideò excuſatos eſſe decrevimus, quia quod lex ſæculi etiam paganis Sacerdotibus & Miniſtris antè præſtiterat, juſtum eſt ut ergà Chriſtianos ſpecialiter conſervetur.*

Gregor. Magn. lib. viij. indict. iij. Epiſt. xj. De Baſilio Epiſcopo in cauſis forenſibus occupato. *v. locum, tom. 14.*

Concil. Cloveshoviæ II. anno 747. Capitul. viij. Vt Presbyteri non ſint negotiorum ſecularium diſpoſitores. *Octavo monuerunt Capitulo, ut Presbyteri indeſinenter, &c.* v. titul. *De vita & honeſtate Clericorum, Concil. Cloveshoviæ, Can.* 8. ead. ſunt verba.

Concil. Vernenſe I. anno 755. Can. xvj. Vt clerici ſæcularibus negotijs non implicentur. *Ut Clerici conductores non ſint, hoc eſt, ut non habeant actiones ſæculares, niſi pro cauſa Eccleſiarum, orphanorum, vel viduarum, ordinante Epiſcopo ſuo, vel Abbate.*

Concil. Calchedon. c. 3.

Capitul. Aquiſgran. Caroli Magni, anno 788. xxij. De Monachis, Clericis, & Presbyteris. *Item in eodem Concilio infrà duo Capitula, necnon & in Decretis Leonis Papæ, ut nec Monachi, nec Clerici, nec Presbyteri in ſæcularia negotia tranſeant.*

l. 1. c. 22.

Concil. Forojul. anno 791. Capitul. v. Vt ſæcularia negotia ultrà modum menſuræ nulli liceat exercere, &c. *v. locum, tom. 20.*

Caroli Magni Capitulare Epiſcoporum xvj. Vt fidejuſſores non ſint, & ſæcularia judicia non adeant. *Nulli Sacerdotum liceat fidejuſſorem eſſe, neque derelictâ propriâ lege ad ſæcularia judicia audeant accedere.*

Ibid. cap. xxviij. De negotio clericorum inter ſe. *v. locum, eod. tom.* 20.

Concil. Mogunt. anno 813. Can. xiv. De negotio ſæculari Clericis & Monachis interdicto. *Miniſtri autem Altaris Domini, vel Monachi, nobis placuit, ut à negotijs ſæcularibus omninò abſtineant.* v. locum, eod. tom.

Concil. Aquilgran. anno 816. lib. 1. cap. xciij. Vt clerici nullas negotiationes inhoneſtas, & turpia lucrâ ſectentur. *v. locum, eod. tom.* 20.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. 1. cap. xxviij. Vt Presbyteri nullo modo fiant villici, & conductores agrorum, vel negotiorum ſæcularium ſectatores, atque per diverſa vagantes: quod & de Monachis ſimiliter convenit obſervari. *Qui ſacris officijs ob meritorum prærogativam ſunt applicati, &c.* v. locum, tom. 21.

Ibid. cap. xxix. Vt Presbyteri in Eccleſijs conſtituti non ſint paſſim, ut quibuſdam Prælatis moris eſt, per diverſa mittendi. *Inter cætera quæ Religioni chriſtianæ adverſa ſunt, &c.* v. locum fusè.

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. xlix. Vt Laïci Presbyteros ſuos villicationi & alijs ſæcularibus negotijs non implicent, nec aliorsùm ducant. *Ut nemo Laïcorum Presbyteros Eccleſiarum ſuarum turpi villicationi, & ſecundùm Apoſtolum ſæculari & inhoneſtæ negotiationi implere, nec ſecùm aliorſùm contrà auctoritatem præſumat ducere, quo miniſterium ſibi commiſſum eoganetur negligere. Quòd ſi contra interdicta præſumpſerit, excommunicetur.* Ivo part. 6. c. 219. 2. Tim. 2.

Synod. Regiaticina, anno 850. Capitul. xix. Sed & ille exceſſus omninò inhibendus eſt, quo quidam ſæculares viri Presbyteros, aut alios clericos conductores, vel procuratores, ſive exactores fiſcalium rerum, vel redituum, aut vectigalium conſtituunt. Si quis igitur deinceps hujus exhorbitationis reus inventus fuerit, uterque excommunicetur, tàm ipſe qui conſtituit, quàm ille qui indignè paruit.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. vj. Vt nec Clerici, nec Monachi, ad ſæcularia negotia tranſeant.

Walterij Aurelian. Capitula. x. De curis ſæcularibus vitandis, & uſura. *Ut Presbyteri, ſive Diaconi, &c.* v. locum, eod. tom.

Concil. Wormat. anno 868. Can. lxvij. Vt nullus Epiſcopus, Presbyter & Diaconus, conductor ſit. *v. locum, tom.* 23. & titul. *Quædam ad diſciplinam exteriorem*, & titul. *De vita & honeſtate clericorum.*

DE TONSVRA CLERICORVM.

EPIST. ANICETI PAP. ad Epiſcopos Galliæ. Tit. iv. De Tonſura clericorum & habitu. *v. locum, tom. 1. pag. 237.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Capitul. xliv. De Tonſura clericorum. *v. locum, tom. 3. pag. 532.*

Gregor. Magn. lib. x. Epiſt. xlvij. De præſumptione Tonſuratorum in Sicilia, qui nomen Defenſorum temerè uſurpabant. *v. locum, tom. 14.*

Statuta Synodalia Eccleſiæ Rhemenſis, poſt Concil. Rhem. anno 630. Can. xiij. Nulli Tonſura detur, niſi idoneo, & ad Sacros Ordines poſteà pro-
Matt. 15. babiliter aſcenſuro. Quid opus enim mittere panem filiorum canibus, & ſpiritalia mundi amatoribus. *eod. tom. 14.*

Concil. Tolet. IV. anno 633. Capitul. xlj. De qualitate Tonſuræ, à cunctis clericis, vel lectoribus communiter habenda. *Omnes Clerici & Lectores, ſicut Levitæ, & Sacerdotes deconſo ſuperiùs toto capite, inferiùs ſolam circuli coronam relinquant: non ſicut huc uſque in Galliæ partibus facere Lectores videntur, qui prolixis, ut Laïci, comis, in ſolo capitis apice modicum circulum condent. Ritus enim iſte in Hiſpania huc uſque hæreticorum fuit: undè oportet, ut pro amputando Eccleſiæ ſcandalo, hoc ſignum dedecoris auferatur, & una ſic Tonſura, vel habitus, ſicut totius Hiſpaniæ eſt uſus. Qui autem hoc non cuſtodierit, fidei catholicæ reus erit.*

v. Not. hujus Concil. in fine. Origo Tonſuræ quæ? *(Circuli Coronam)* primus Tonſuræ modum decrevit Anicetus Papa in Epiſt. Decretali ad Epiſcopos Galliæ: Comam, *inquit*, clerici non nutriant, ſed deſuper caput in modum ſpheræ radant. Habetur diſt. 23. cap. prohibet. & Concil. Carthag. IV. cap. 44. Iſidor. lib. de offic. eccleſiaſt. 2. cap. 4. Tonſuram ortum habuiſſe à Nazareis, & hujus exempli uſum ab Apoſtolis in Eccleſiam introductum auctor eſt: Quod etiam Concil. Aquiſgran. Can. 1. probat. Adverte, in Gallæcia Laïcos uti ſolitos prolixis comis. D. Hieron. 12. qu. 1. c. duo ſunt, &c. *v. locum, eod. tom. 14.*

Synod. Pharenſis, anno 664. *v. Bedam, hiſtor. Eccleſ. Anglic. lib. 3. cap. 25.*

Concil. Berghamſtedenſe, anno 697. Can. viij. Si Tonſuratus regulam ſuam non cuſtodierit, tranſeat aliàs in hoſpitium, ſi eum quiſpiam voluerit excipere; nec hoc tamen fiat, niſi licentia concedatur ipſum diutius ſuſtentandi.

Epiſt. Ceolfridi Abbatis, ad Naitanum Regem Pictorum, pro Romana Tonſura.

De Tonſura eccleſiaſtica. Ex Beda lib. v. c. xxij. *Sub fin. 8. pag....* Verùm de Paſcha ſuccinctè, ut petitis, ſtrictimque commemoratis, Tonſuram quoque (de qua pariter vobis literas fieri voluiſtis) hortor ut eccleſiaſticam, & chriſtianæ fidei congruam habere curetis: Et quidem ſcimus quia neque Apoſtoli omnes uno eodemque ſunt modo attonſi, neque nunc Eccleſia Catholica, ſicut unâ fide, ſpe, & caritate

in

in Deum conſentit, ita & jam unâ atque indiſſimili totum per Orbem Tonſuræ ſibi forma congruit. Denique ut ſuperiora, id eſt, Patriarcharum tempora reſpiciamus, Job exemplar patientiæ ingruente tribulationum articulo caput totundit: probavit utique, qua tempore felicitatis capillos nutrire conſueverat. At Joſeph & ipſe caſtitatis, humilitatis, pietatis, &c.

FORMAM quoque Coronæ quam ipſe (Dominus) in Paſſione ſua ſpineam portavit in Capite, ut ſpinas ac tribulos peccatorum noſtrorum portaret, id eſt, exportaret, & auferret à nobis, ſuo quemque in Capite per Tonſuram præferre, & ſe etiam irriſiones & opprobria pro illo libenter, ac prompto animo ſufferre, ipſo etiam frontiſpicio doceant: ut Coronam vitæ æternæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, ſe ſemper expectare, quoque hujus præceptione, & adverſa ſe mundi & proſpera contemnere deſignent.



Forma, ſignificatio & varietas.

Cæterùm Tonſuram eam quam Magum ferunt habuiſſe Simonem; quis, rogo, fidelium non ſtatim cum ipſa magia primò deteſtetur, & meritò exufflet? Quæ affectu in frontis quidem ſuperficie Coronæ videtur ſpeciem præferre, ſed ubi ad cervicem conſiderando perveneris, decurtatam eam quam te videre putabas, invenies Coronam. Ut meritò talem ſimoniacis & non chriſtianis habitum convenire cognoſcas, qui in præſenti quidem vita à deceptis hominibus putabantur digni perpetuę gloriâ coronę, ſed in ea quæ hanc ſequitur vitam, non ſolùm omni ſpe coronæ privati, ſed æternâ inſuper ſunt pœnâ damnati, &c. *v. totum.*

Concil. Romanum I. ſub Gregor. II. anno 721. Capitul. xvij. De coma Clerici non relaxanda. *Si quis ex Clericis relaxaverit comam, anathema ſit: & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.*

Concil. Rom. I. ſub Zachar. Pap. anno 743. Capitul. viij. Ut nullus Clericus, aut Monachus comam laxare præſumat. *Si quis Clericus aut Monachus comam laxare præſumpſerit, anathema ſit.*

Concil. Cloveshoviæ, anno 747. Capitul. xxiv. Ut ſæculares priùs probentur, & ſic ſanctæ converſationis Tonſuram accipiant. *v. locum, tom.* 17.

Reſponſ. xviij. Stephani II. Pap. anno 754. De coma Clericis aut Monachis non laxanda. *Ut nullus Clericus aut Monachus comam laxare præſumat, aut anathema ſit.*

Concil. Moguntin. anno 815. Can. xxiij. De Clericis injuſtè Tonſuratis. *De Clericis verò, hoc ſtatuimus, ut hi qui hactenùs inventi ſunt, &c.* v. locum, tom. 20.

Concil. Aquiſgran. anno 816. lib. 1. cap. 1. De Tonſura Clericorum. Iſidor. lib. 2. de offic. eccleſiaſt. c. 4. *Tonſuræ Eccleſiaſticæ uſus, &c.* v. locum, eod. tom. 20.

Ludovici Pij Imperat. Capitulare I. Cap. viij. De Tonſura ob res adipiſcendas non ſuadenda. *v. locum, eod. tom. 20. in fine.*

Ibid. Cap. xx. De pueris tondendis, & puellis velandis. *v. locum.*

Concil. Moguntinum I. anno 848. Capitul. xv. De clericis comam nutrientibus. *In Decretis Gregorij Papæ ſcriptum eſt: Si quis ex Clericis laxaverit comam, anathema ſit; unde ſancimus ut hujuſmodi coërceantur ad priſtinum ſtatum reverti.*

Concil. in Dalmatiæ & Diocliæ Regnis, anno 1199. Capitul. vij. Vt clerici Tonſuram teneant clericalem. *Item precipimus ut Clerici Raſuram & Tonſuram teneant Clericalem. Qui autem hoc non fecerit, ab Epiſcopo diſtrictione canonicâ compellatur.*

Concil. Saltzburg. anno 1274. Capitul. xj. De Tonſura & veſte clericorum *Edicto perpetuo prohibemus, nè Clerici, &c.* v. locum, tom. 28.

Concil. Tolet. anno 1473. Cap. xiv. Quòd clerici in minoribus deferant Tonſuram unius regalis, & habitum congruentem; alioquin perdant privilegium: & quòd litteræ Ordinum præſententur coram Diœceſanis. *Ve qui ſuſceptæ ſuæ profeſſionis habitum dedignantur, privilegijs gaudeant ſibi conceſſis, &c.* v. locum, tom. 34.

DE NON ITERANDIS ORDINATIONIBUS.

Anastas. II. Epiſt. ad Anaſtaſium Imperatorem, anno 496. Cap. vij. Quòd eos quos poſt damnationem ſuam, vel baptizavit Acacius, nulla portio læſionis attingat. *Nam ſecundùm Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem, &c.* ad hæc verba: *& hoc ipſe prædicare non deſinit.* v. locum, tom. 10.

Ibid. Cap. viij. Quòd mali bona miniſtrando ſibi tantummodò noceant, nec Eccleſię Sacramenta commaculent. *Ideò ergò & ipſe Acacius, cujus nomen dicimus eſſe reticendum, &c.* ad ea verba: *quòd ubique numera ſcripturarum teſtatur inſtructio.* v. locum.

Gregor. Magn. Pap. lib. ij. indict. x. Epiſt. xxxij. ad Joannem Epiſcopum Ravennatem. *pag. 264. in med.....* Illud autem quod dicitis, ut is qui ordinatus eſt, iterùm ordinetur, valdè ridiculum eſt, & ab ingenij veſtri conſideratione extrancum: niſi fortè quod exemplum ad medium deducitur, de quo & ille judicandus eſt, qui tale aliquid feciſſe perhibetur. Abſit autem à Fraternitate veſtra ſic ſapere; ſicut enim qui baptizatus ſemel, in eodem iterùm ordine non debet conſecrari: ſed ſi quis forſitan cum levi culpa ad Sacerdotium venit, pro culpa pœnitentia indici debet, & tamen ordo ſervari.

v. item. De ordinationibus Presbyterorum & Diaconorum.

LITTERARVM ECCLESIASTICARVM NECESSITAS.

CANON. APOSTOLORUM. Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς, &c. Can. xij. Si quis Clericus aut Laïcus à Communione ſuſpenſus, ſeu communicans, ad aliam properet Civitatem, & ſuſcipiatur præter commendatitias litteras; & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus eſt, Communione priventur. Excommunicato verò proteletur ipſa correptio tamquàm qui mentitus ſit, & Eccleſiam Dei ſeduxerit. *Can. xij. ex verſ. Dion. Exig.* *In decret. Ivo lib. 3.*

Ibid. Can. xiij. Εἴ τις πρεσβύτερος, &c. *V. ſuprà.*

Ibid. Can. xiv. Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος παρὼν, &c. Epiſcopus verò, apud quem moratos eſſe conſtiterit, ſi contrà eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tamquàm Clericos fortè ſuſceperit, velut magiſter inquietudinis, Communione privetur.

Ibid. Can. xxxij. Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων, &c. Nullus Epiſcoporum peregrinorum, Presbyterorum, aut Diaconorum, ſine commendatijs ſuſcipiantur epiſtolis. Et cùm ſcripta detulerint diſcutiantur attentius, & ita ſuſcipiantur, ſi prędicatores pietatis extiterint: ſin minùs nec quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrentur eis, & ad Communionem nullatenùs admittantur, quia per ſubreptionem multa proveniunt. *Eſt Can. xxxiv. apud Dion. Exig.*

Concil. Eliberit. anno 305. Can. xxv. De epiſtolis communicatorijs confeſſorum. *Omnis qui attulerit litteras confeßionis ſublato nomine confeſſoris (eo quod omnes ſub nomine gloria paſſim concutiant) communicatoriæ ei danda ſunt litteræ.* (Canonem hunc interpretatur Albaſpinæus de peregrinis, &c. in Africa jam tum exolviſſe.

Ibid. Can. lviij. De his qui communicatorias litteras portant, ut de fide interrogentur. *Placuit ubique, & maximè in eo loco in quo prima Cathedra conſtituta eſt, Epiſcopatùs, ut interrogentur hi, qui communicatorias litteras tradunt, an omnia rectè habeant.*

Ibid Can. lxxxj. De fœminarum epiſtolis. *Nè fœminæ ſuo potiùs abſque maritorum nominibus, laïcis ſcribere audeant, quæ fideles ſunt, vel litteras alicujus pacificas ad ſuum ſolum nomen ſcriptas accipiant.*

Concil. Arelat. I. anno 314. Can. ix. Vt qui Confeſſorum litteras afferunt, alias accipiant. *De his qui Confeſſorum litteras afferunt, placuit ut ſublatis iis, litteras alias accipiant communicatorias.*

Ibid. Can. vij. De fidelibus qui Præſides fiunt, vel Rempublicam agere volunt. *De Præſidibus qui fideles ad Præſidatum proſiliunt, placuit ut cùm promoti*

fuerint, litteras accipiant eccleſiaſticas communitatorias: ita tamen ut in quibuſcumque locis geſſerint, ab Epiſcopo ejuſdem loci cura de illis agatur, & eùm tæperine contrà diſciplinam agere, tùm demùm à Communione excludantur. Similiter & de his, qui Rempublicam agere volunt.

Concil. Laodic. Can. xlj. Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὴν ἢ κληρικὴν ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων δίδοσθαι. *Id. interpret. Dion. Exig.* Quòd non oporteat Sacerdotem, vel Laïcum ſine litteris proficiſci canonicis.

Concil. Antioch. anno 340. Can. vij. Μηδένα ἄνευ ἱερατικῶν τοὺς δεχεσθαι ξένους. De peregrinorum ſuſceptione. *Nullus peregrinorum ſine pacificis, id eſt, commendatitijs ſuſcipiantur epiſtolis.*

Concil. Carthag. I. anno 347. Can. vij. Ut Clerici, vel Laïci in Eccleſia aliena non communicent ſine litteris ſui Epiſcopi. *Caſtianus Uſulenſis Epiſcopus dixit: Statuat Gravitas tua, ut unuſquiſque Clericus vel Laïcus non communicet in aliena plebe ſine litteris Epiſcopi ſui. Gratus Epiſcopus dixit: Niſi hoc obſervatum fuerit, communio fiet paſſiva. Nam ſi receptus fuerit & concordia inter Epiſcopos ſervatur, & nemo ſubtilis, alterius fugiens, communionem, ad alteram latenter accedit. Univerſi dixerunt: Omnibus provides, & Clero & Laïcis conſulis.*

Concil. Carthag. III. anno 397. Capitul. xxviij. Ut Epiſcopus ſine formata Metropolitani longiùs non proficiſcatur. *Item placuit, ut Epiſcopi tranſmare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis Epiſcopo ſuæ cujuſque Provinciæ, ne ab eo præcipuè poſſint ſumere formatam. Hinc etiam dirigendæ litteræ Concilij ad tranſmarinos Epiſcopos.*

Concil. Milevitanum II. anno 416. Can. xx. Ut ſine formatis nemo ad comitatum proficiſcatur, & qualiter formatæ fiant. *Placuit ut quicumque Clericus propter neceſſitatem ſuam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab Epiſcopo accipiat. Quòd ſi ſine formata voluerit pergere, à Communione removeatur. Quòd ſi alicubi ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Epiſcopum loci ejus ipſam neceſſitatem, & de hoc ſcripta ejuſd. Epiſcopi deferat: formatæ autem quæ à Primatibus, vel à quibuſcumque Epiſcopis, Clericis propriis dantur, habeant diem Paſchæ. Quòd ſi adhuc ejuſdem anni Paſcha dies incerta eſt, ille præcedens adjungatur, quo modo ſolet poſt conſulatum in publicis geſtis adſcribi.*

Epiſt. v. Zozimi Pap. ad Epiſcopos Galliæ. Tit. 1. Ut qui Romam è Gallia veniunt, formatas accipiant à Metropolitano Arelatenſi. *v. locum, tom. 4. pag. 405.*

Concil. Afric. anno 424. Can..... Ut Epiſcopi qui ordinantur ab Ordinatoribus ſuis epiſtolas accipiant quæ diem & Conſulem præferant. *v. loc. eod. tom. 4. in fine.*

Concil. Regenſe, anno 439. Can. vij. Nè quis ad Ordinationem veniat, niſi Metropolitani litteris invitatus. *v. locum, tom. 7.*

Synodus S. Patritij, Auxilij & Iſſernini Epiſcoporum in Hibernia. Can. xxxiij. De Clerico Britanno in Hiberniam ſine epiſtola veniente. *Clericus qui de Britannis ad nos venit ſine epiſtola, & ſi habitet in plebe, non licitum miniſtrare.*

Ibid. Can. xxxiv. De Diacono ſine litteris in aliam Parochiam tranſeunte. *v. locum.*

Concil. Calchedon. anno 451. Can. xj. Παντας τοὺς πένητας καὶ ἐνδεομένους ἐπικρίσεως, &c. Omnes pauperes & auxilio indigentes cum probatione, ſive cum pacificis eccleſiaſticis litteris ſolis iter facere definimus, non cum commendatitijs, quia commendatitias litteras ijs ſolis perſonis, quæ in aliquam ſuſpicionem venerunt præberi oportet.

Ibid. Can. xiij. Ξένους κληρικοὺς καὶ ἀγνώστους, &c. *Apud Dion. Exig.* Peregrinos Clericos ſine commendatitijs litteris Epiſcopi nuſquàm penitùs miniſtrare debere. *Peregrinos Clericos & ignotos in alia Civitate, ſine proprij Epiſcopi commendatitijs litteris nuſquàm ullo modo miniſtrare debere.*

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. v. Ut Epiſcopus ſine Metropolitani epiſtola à tribus Comprovincialibus non ordinetur; vel ſi in duas fuerit electio facta perſonas.

Ibid. De eo qui ſine conſcientia Metropolitani Epiſcopus fuerit ordinatus. *v. locum, tom. 9.*

Concil. Andegavenſe I. anno 453. Can. 1. Vt Clerici Epiſcoporum judicio acquieſcant: illis inconſultis ſæcularia judicia non expetant, nec ad alium locum tranſeant, & ſine litteris non peregrinentur. *vide.*

Hilar. Pap. Epiſt. viij. Cap. iij. Vt ſine Metropolitani litteris, Epiſcopi in aliam Provinciam non proficiſcantur. *vide.*

Concil. Venetic. anno 453. Can. v. Vt Clerici ſine commendatijs non vagentur. *Clerici ſine commendatitijs Epiſcopi ſui epiſtolis, &c.* v. locum, eod. tom. 9.

Ibid. Can. vj. Vt Monachi ſine commendatitijs non vagentur. *In Monachis quoque par ſententiæ forma tenetur: quos ſi verborum increpatio non emendaverit, etiam verberibus ſtatuimus coërceri.*

Concil. Turon. I. anno 461. Can. xij. Clericus ſine commendatitijs non ambulet. *Et ut Clerici non abſque Sacerdotum ſuorum commendatione ad alias Provincias ſive Civitates ambulare diſponant.*

Concil. Agath. anno 506. Can. xxxviij. Vt ſine Epiſcopi ſui epiſtola, non liceat Clerico, vel Monacho proficiſci. *Clericis ſine commendatitijs epiſtolis, &c.* v. ut ſuprà.

Ibid. Can. liij. De Clericis qui ſine epiſtolis ſui Pontificis proficiſcuntur. *Presbytero, aut Diacono, vel Clerico ſine Antiſtitis ſui epiſtolis ambulanti, communionem nullus impendat.* (Non extat in antiquis Codicibus.)

Concil. Aurel. I. anno 511. Can. vij. Vt Clerici ſine commendatitijs Epiſcopi ſui, ad Regem non accedant. *Abbatibus, Presbyteris, omnique Clero, &c.* Tom. 10.

Concil. Epaon. anno 517. Can. vj. De Clericis qui ſine commendatitijs vagantur. *Presbytero, vel Diacono ſine Antiſtitis ſui epiſtolis ambulanti, Communionem nullus impendat.*

Concil. Aurel. II. anno 533. Can. xiij. Nè ullus præter Epiſcopum epiſtolia dare præſumat. *Abbates, Martyrarij, Recluſi, vel Presbyteri epiſtolia dare non præſumant.*

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. xv. Vt Clerici extranei ſine Epiſcopi ſui litteris non ordinentur, neque ad Communionem admittantur. *Verùm etiam Presbytero, Diacono, vel Subdiacono, ſine Epiſcopi ſui litteris ambulanti, juxtà ſtatuta priora Communionem impendat.*

Concil. Aurel. V. anno 549. Can. v. Nullus Clericum alienum recipere, vel promovere ſine epiſtola Pontificis ſui præſumat.

Ibid. Can. vj. Servum alienum non ordinandum. *v. locum, tom. 11.*

Concil. Arelat. V. anno 554. Can. vij. Ut Epiſcopus alienum Clericum ſine Epiſcopi ſui epiſtola non ordinet. *v. locum, tom. 12.*

Concil. Turon. II. anno 567. Can. vj. Ut epiſtolia ſoli dent Epiſcopi. *Ut nullus Clericorum vel Laïcorum, præter Epiſcopos, epiſtolia facere præſumat.*

Concil. Lugdun. III. anno 583. Can. ij. De epiſtolis captivorum cautè examinandis & conſcribendis. *Id etiam de epiſtolis placuit captivorum, ut ita ſint Sancti Pontifices cauti, ut in ſervitio Pontificibus conſiſtentibus, qui eorum manu, vel ſubſcriptione agnoſcat epiſtolæ, aut qualibet inſinuationum litteræ dari debeant, quatenùs de ſubſcriptionibus nullâ neceſſitate cujuſpiam promulgata, dies datarum, & pretia conſtituta, vel neceſſitates captivorum, quos cum epiſtolis dirigunt, ibidem inſerantur.*

Concil. Narbon. anno 589. Can. xj. Ut abſque litteris, qui eſt idiota, ordinetur.

Gregor. Magn. lib. ix. Epiſt. lxix. De perverſitate Andreæ Monachi, qui fallavit litteras Gregorij, qui linguam græcam ignorabat. *v. tom. 14.*

Concil. Rhemenſe II. anno 630. Can. xij. Ut Clericus peregrinus, ſine Epiſcopi ſui litteris non recipiatur. *Si Clericus proficiſcens de Civitate ad alias Civitates voluerit, aut Provincias pergere, Pontificis ſui epiſtolis commendetur. Quòd ſi ſine epiſtolis profectus fuerit manifeſtis, nullo modo recipiatur.*

Concil. Herudford. anno 673. Capitul. v. Ut nullus Clericorum relinquens proprium Epiſcopum, &c. *v. locum, tom. 15.*

Concil. Tolet. XVII. anno 694. Sentent. v. De Clericis qui ſine epiſtolis ſui Pontificis proficiſcuntur. *Presbytero, vel Diacono, aut Clerico ſine Antiſtitis ſui epiſtolis ambulanti, Communionem nullus impendat.*

Zachar. Pap. Epiſt. vij. ad Pippin. Epiſcopos, &c. xix. Ut Presbyteri & Diaconi ſine commendatitijs non ſuſcipiantur. *Ut nullus Presbyter aut Diaconus ſine commendatitijs epiſtolis ſuſcipiatur. In eodem Canone SS. Apoſtolorum continetur. Nullus Epiſcoporum, &c.* v. locum.

Id. ejuſd. Epiſt. ix. ad Bonifacium Archiepiſcopum. Dum verò Concilium aggregaveris, ſic tua Fraternitas conflictum habeat cum Metropolitanis quos confirmavimus, de eo quod dixiſti, ut nullus ſine commendatitijs epiſtolis ſuſcipiatur. Tamen & pro hoc ipſo omnibus utilitatibus Sanctæ Eccleſiæ Francorum Principibus commonitionis direximus litteras, ut jam ſuperiùs fati ſumus.

Concil. Germanic. I. anno 742. Can. iv. Statuimus etiam ut ſecundùm cautelam canonicam omnes undequaque venientes ignotos Epiſcopos, vel Preſbyteros antè probationem Synodalem, in Eccleſiaſticum Miniſterium non admitteremus.

Concil. Sueſſion. anno 744. Cap. v. Ut ignoti Epiſcopi, vel Presbyteri ad Miniſterium ſine probatione non admittantur. *Statuimus ut ſupervenientes Epiſcopi vel Presbyteri de alijs Regionibus non ſuſcipiantur in miniſterium Eccleſiæ, niſi priùs fuerint probati ab Epiſcopo cujus Parochia eſt.*

Concil Calchut. anno 787. Can. vj. De Presbyterorum, & Diaconorum ordinatione. *vide titul.* Presbyteri Epiſcoporum, Diaconorum, &c. Ordinatores. *Sic habetur*: Sextum decretum: ut nullus Epiſcoporum, Presbyterorum, aut Diaconorum ordinare præſumat, niſi probatæ vitæ fuerint, & officium ſuum rectè implere poſſint: & in illo titulo perſeverent ad quem conſecrati ſunt; ita ut nullus de alterius titulo Presbyterum, vel Diaconum ſuſcipere præſumat, abſque cauſa rationabili, & litteris commendatitijs.

Capitulare Aquiſgranenſe Caroli Magni, anno 788. Cap. iij. De Clericis fugitivis & peregrinis. Item in eod. Concilio, nec non in Antiocheno, ſimul & in Calchedonenſi, ut fugitivi & peregrini à nullo excipiantur, nec ordinentur ſine commendatitijs litteris, & ſui Epiſcopi vel Abbatis licentia. *Si quis ſine reſpectu agentes, & timorem Dei, &c.* v. locum, tom. 20. *Concil. Nicæn. c. 6.* *lib. 1. c. 3*

Concil. Francofordienſe, anno 794. Can. xxvij. *vide titul.* Diœceſeon limites ſervandi.

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xiij. Inquirant Epiſcopi, nè quis alterius Parochiæ Presbyter officium celebrare præſumat ſine litteris commendatitijs. *Ut unuſquiſque Epiſcoporum Parochiam ſuam diligenter perſcrutari nitatur, nè aliquis Presbyter ab alterius Parochia in ſuam commigrans, officium celebrare præſumat ſine litteris commendatitijs; ſicut olim multis in locis actum eſſe repertum eſt.* Addit. 3. cap. 49.

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. xlj. Ut Presbyteri alterius Parochiæ ſine litteris commendatitijs non recipiantur. *Presbyter pro loco dimiſſo ad alium migrans, nequaquàm recipiatur, niſi ſuæ migrationis cauſam dixerit, & ſe innocenter vixiſſe in Parochia in qua ordinatus eſt, ſub teſtibus probaverit. Litteras etiam habebit in quibus ſint nomina Epiſcopi & Civitatis plumbo impreſſa. Quibus cognitis, & talibus inventis, quibus fides adhiberi poſſit, recipiatur.* Ivo part. 6. c. 271.

Ibid. Can. xliv. Ut Presbyteri ſine Epiſcopi ſui licentia non peregrinentur; & ut Cancellarij publici non fiant. *v. locum, eod. tom.* 20.

Concil. Aquiſgran. anno 816. lib. 1. cap. xlix. De peregrinorum ſuſceptione. *Nullus peregrinorum ſine pacificis, id eſt, commendatitijs ſuſcipiatur epiſtolis.* Concil. Antioch c. 7.

Ibid. Cap. lj. Quòd non oporteat peregrinos Clericos ſine commendatitijs miniſtrare. *Peregrinos Clericos, & Lectores, in alia Civitate præter commendatitias litteras ſui Epiſcopi nuſquàm miniſtrare debere.* Concil. Calchedon. c. 13.

Ibib. Cap. lij. Quòd ſine litteris ſacro miniſterio ſervientes proficiſci non debeant. *Quòd non oporteat Sacerdotem, vel Clericum, ſine litteris proficiſci canonicis.* Concil. Laodic. c. 41.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. 1. Can. xxxvj. Quòd in recipiendis alterius Parochię Clericis, à quibuſdam ſtatuta Canonum violentur. *Priſcis temporibus quando jura Canonum, &c.* v. locum, tom. 21.

Concil. Aquiſgran. II. anno 836. Can. xxiij. Ut Presbyteri aliarum Parochiarum ſine Epiſcopi ſui conſenſu in Palatio non recipiantur. SIMILITER eſt poſtulandum de Presbyteris qui hinc indè de diverſis Parochijs veniunt, & in Palatio morantur, ut ſine proprij Epiſcopi conſenſu, ibi locum conſiſtendi non habeant, nec recipiantur: quia fieri poteſt ut intrà Parochiam metu perpe-

trati criminis, nè ad palam juxtà Canonum ſanctiones ulciſcatur, Palatinas ædes frequentent: aut certè, licet non ſit ordinatus, ipſe tamen abſque litteris ordinatum ſe atteſtetur.

Ibid. Can. xxiv. Nec minùs de Monachis poſtulandum eſt, ut & ipſi in publicis locis ſine ratione decenti diſcurrere prohibeantur, quia hoc à propoſito ipſorum procul abſit. Fieri etiam poteſt, ut quidam illorum, ſicut ſuperiùs dictum eſt de Presbyteris, perpetrato ſcelere in Monaſterio cauſam vagandi potiùs eligant, quàm regularibus diſciplinis ſubjacere.

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. I. Ut Clerici alterius Parochiæ ſine formata non recipiantur, & criminati ab omnibus excludantur. *Ut Presbyteri, vel quilibet Clerici in alterius Parochia ſine formata non recipiantur, neque retineantur, nec etiam miniſtrare ſinantur. Criminati autem ab omnibus excludantur & rejiciantur à Parochijs, in quibus cupiunt immorari, uſquequò ad eum revertantur Epiſcopum, à quo aufugiſſe noſcuntur.*

Ibid. Can. Ij. Ut Clerici qui cum ſenioribus ſuis ex alijs Parochijs veniunt, non miniſtrent, nec ordinentur ſine Epiſcopi ſui litteris. *Qui cum ſenioribus ſuis de alijs Provincijs ad noſtras Parochias veniunt, ſine formata miniſtrare non permittantur. Quam etſi attulerint, & miniſtrare idonei inventi fuerint, inſtruantur, quàm religiosè atque ſtudiosè ſacrum miniſterium peragant, & in quibus locis illud habere non debeant, & ut excommunicatis nequaquàm communicent. Clerici verò, ſi ad hujuſmodi hominibus ad ordinandum offeruntur, inſtrui debent ut ad Epiſcopos, ex quorum Parochijs ſumpti ſunt, eos remittant, & aut ibi ordinentur, aut litteras canonicas ab Epiſcopo, ex cujus Diœceſi ſunt, perferant, ſicut canonica docet auctoritas.*

Ivo part. 6.

Concil. Wormat. anno 868. Can. xviij. De Clericis qui ſine epiſtola ſui Epiſcopi proficiſcuntur. *Presbytero, aut Diacono, vel Clerico, ſine Antiſtitis ſui epiſtola ambulanti, Communionem in officio ſuo celebrando nullus impendat.*

Idid. Can. xix. De vagis & inobedientibus Clericis. *Placuit etiam, ut * ſive in Monaſterio Diaconij, vel Presbyterij officio aliquis conſtitutus exiſtat, ſi Epiſcopi, à quo ordinatus eſt, præceptis non obedierit, ut in delegata ſibi Eccleſia officium dependat aſſiduum, quouſque in vicio permanſerit, & communione & honore privetur.*

* al ſi in miniſt. Diaconi vel Preſbyt. offic.

Joann. Pap. VIII. Epiſt. cclxxiij. ad Roman. Archiep. Ravenn. Jubet Placentinos Clericos, quos ſine commendatitijs litteris ad eum confugientes receperat, ad eorum Epiſcopum remitti, ejuſd. etiam Eccleſiæ Clericos abſolvi, donec cum eis ad Synodum veniat. *v. locum, eom. 24.*

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. xxx. De eo, ſi quis falſam ab Apoſtolico detulerit epiſtolam. ..... Si verò quod non decet quilibet, ſive ſit Preſbyter, ſive Diaconus, aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando redarguatur, falſam ab Apoſtolico detuliſſe epiſtolam, vel aliud quid, quod indè non convenerit, ſalvâ fide, & integra circà apoſtolicum humilitate, penes Epiſcopum ſit poteſtas, utrùm eum in carcerem, aut in aliam detrudat cuſtodiam, uſquequò per epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis Legatos apoſtolicam interpellet ſublimitatem, ut potiſſimùm ſuâ ſanctâ legatione dignetur decernere, quid de talibus juſto ordine Lex Romana ſtatuat diffinire? & ut is corrigatur, & cæteris modus imponatur.

Concil. Herbipolenſe, anno 1287. Capitul. xxxvij. De falſarijs. *Falſarios litterarum, ſeu Bullæ Summorum Pontificum, &c.* v. locum, tom. 28. pag. 645.

Concil. Tolet. anno 1473. Cap. iv. Quòd non admittantur Clerici aliarum Diœceſium ſine litteris commendatitijs. *Ut non vituperetur miniſterium noſtrum, &c.* v. locum, tom. 34.

Admonitiones aliquot errorum, &c. Index Decretorum ad mores pertinentium. *Tom. 34. pag. 652.*

Cap. iij. Quòd promovendi ad Sacros Ordines exhibeant litteras teſtimoniales de ſufficientia ætatis, & honeſtate vitæ ſuæ. *Et ut deindè de Miniſtris Eccleſiæ provideamus, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. v. Quomodo Diœceſani examinare debent petentem litteras dimiſſorias, antequàm illas concedant. *Et quamvis Epiſcopus originis beneficij, aut domicilij, non ſolùm ad Ordines promovere, &c.* v. locum, eod. tom. 34. in fine.

Ibid. Cap. vj. Diligentem etiam inquiſitionem debere fieri à Diœceſanis, ſuper ætate, moribus, & litteratura jam promotorum ad Sacerdotium. *Sed quantùm attinet ad jam promotos ad Sacerdotium, &c.* v. locum.

DE SINGVLARITATE BENEFICIORUM.

vide Titul. De Reſidentia Epiſcoporum & Presbyterorum.

CONCIL. NICÆN. anno 325. Titul. xlix. De Epiſcopo uno tantùm unius Civitatis, & uno tantùm Parocho unius Villæ: & de non movendo primo, ſive Epiſcopo, ſive Parocho propter alium ſecundum ab aliqua parte populi petitum, ſi primus vacat à manifeſto crimine. *v. locum, tom.* 2.

Definitiones Eccleſiaſticæ Synodi Calchedon. anno 451. pag. 142. Can. x. Non licet Clericum conſcribi in duabus ſimul Eccleſijs, &c. *vide locum, tom.* 9.

Ibid. Can. xx. Clericus de Eccleſia ſua contentus eſſe debet, &c. *vide locum.*

Concil. Veneticum, anno 453. Can. viij. Uni Abbati plura Monaſteria habere non liceat. *eod. tom.*

Concil. Cabilon. anno 650. Can. iv. Nè duo in civitate una eodem tempore habeantur Epiſcopi. *v. locum, tom.* 15.

Concil. Emerit. anno 666. Capitul. xix. Ut Presbyter qui habet plures Eccleſias commiſſas pro ſingulis dominicis diebus, in ſingulis Sacrificium Deo offerre intendat. *eod. tom.* 15.

Canones Sanctæ & Univerſalis Septimæ Synodi Nicææ, anno 787. Can. xv. Nè aliquis clericus in duabus collocetur Eccleſijs. *v. tom.* 18. *in fine.*

Concil. Nicæn. II. anno 787. Can. xv. Quòd non oporteat clericum duabus Eccleſijs communerari. *v. locum, tom.* 19.

Concil. Aquiſgran. anno 816. lib. 1. cap. l. Quòd non liceat clerico in duarum civitatum Eccleſijs miniſtrare. *v. locum, tom.* 20.

Capitulare Ludovici Pij Imperatoris, anno Imperij ejus 3. Capitul. xj. De clericis uniuſcujuſque Eccleſiæ. *v. locum, in fine ejuſd. tom.* 20.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. 1. cap. xlix. De Presbyteris duas aut eò ampliùs Baſilicas habentibus. *Sicut unicuique, &c.*

Addit. 2. cap. 8.

Concil. Aquiſgran. II. anno 836. Cap. xvj. Ut unicuique Eccleſiæ (ſi fieri poteſt) ſuus imponatur Presbyter. *Tom.* 21.

Homilia Leonis Papæ IV. Nullus plures Eccleſias teneat, ſine adjutorio aliorum Presbyterorum.

Hincmar. Archiep. Rhem. Capitul. iv. in Synodo Rhemis data, anno 874. 1. Quòd ijdem Parochiarum Presbyteri & Canonici in Monaſterijs ſimul eſſe non poſſunt. *Quia non ſolùm illicita, &c.*

Iſaac. Epiſcop. Lingon. Canones. Cap. xxiv. Ut nullus Presbyter ampliùs quàm unam ſibi vindicet Eccleſiam. *Quapropter, &c.* eod. tom. 22.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. Cap. xlix. Nè Presbyter ampliùs quàm unam Eccleſiam habeat, ſicut & vir unam uxorem.

Digitized by Google

Concil. Metenſe, anno 889. Can. iij. Ut unus Presbyter unam ſolummodò habeat Eccleſiam. *Unuſquiſque Presbyter unam ſolummodò habeat Eccleſiam; niſi forè antiquitùs habuerit Capellam, vel, &c.* Tom. 24.

Concil. Mamnetenſe, Can. viij. Ut nullus Presbyter plures Eccleſias habere præſumat. *v. loc. eod. tom. 24.*

Concil. London. II. anno 1127. Capitul. vj. Ut nullus Archidiaconus in diverſis Epiſcopatibus, diverſos Archidiaconatus teneat ſub anathemate prohibemus: imò ei cui priùs aſſignatus erat tantùm adhæreat.

Concil. Lateran. Generale III. anno 1179. Cap. xiij. Non habendas plures Eccleſias. *Quia nonulli modum avaritiæ non ponentes, diverſas dignitates Eccleſiaſticas, & plures Eccleſias Parochiales contrà Sacrorum Canonum inſtituta nituntur acquirere, ita ut cùm unum officium vix implere ſufficiant, &c.*

Ibid. Cap. xiv. *De eod. argumento.* Quia in tantùm jam quorumdam proceſſit ambitio, ut non duas vel tres, ſed ſex aut plures Eccleſias perhibeantur habere, nec duabus debitam poſſint proviſionem impendere, &c. *Tom. 27.*

Appendix in Concil. Lateran. III. Uni plura Beneficia Eccleſiaſtica non committenda, nec unum inter plures dividendum: & de in beneficio ſibi aſſignato non reſidentibus.

Cap. 1. Qui in duabus Eccleſijs præbendam habet, ab ea tantùm poterit communia exigere, cui in propria voluerit perſona deſervire. *Relatum eſt auribus noſtris, quòd Nicolaus, &c.* vide locum, tom. 27.

Cap. ij. Qui ſufficiens Eccleſiaſticum habuerit Beneficium, ſi de alio litteras Summi Pontificis obtinuerit, prioris beneficij non factâ mentione, dignum eſt eum à Judicibus non exaudiri. *Cùm teneamur ex debito ſuſcepti regiminis, &c.*

Cap. iij. Qui duas habet Eccleſias, ſi alterâ fuerit ſpoliatus, non eſt reſtituendus. *Deferente INOB Presbytero latore præſentium, &c.*

Cap. iv. Nec dignitatum permutatio, nec præbendarum diviſio eſt facienda. *Majoribus in Eccleſia Beneficijs in ſua integritate manentibus, &c.*

Cap. v. Qui in diverſis Eccleſijs curam habet animarum, Vicarius non poteſt eſſe in aliena. *Ad audientiam noſtram pervenit quòd, &c.*

Cap. vj. Prælati non debent clericos à ſcholis revocare. *Fraternitati tuæ duximus reſpondendum, &c.*

Cap. vij. Non debet Archidiaconus præbenda carere in Eccleſia, in qua eſt Archidiaconus. *De multa liberalitate credimus proveniſſe, quòd, &c.*

Cap. viij. Archidiaconus uno Archidiaconatu debet eſſe contentus. *Præterea de C. Archidiacono, qui, &c.*

Cap. ix. Servientes Fratribus Hoſpitalis, ſuos non debent redditus amittere. *Mandamus, ut ſi qui Clerici Eccleſiarum, &c.* v. locum, tom. 27. pag. 434.

Decreta Generalis Concilij Lateran. IV. Capitul. xxix. Quòd nullus habeat duo Beneficia cum cura annexa. *De multa providentia fuit in Lateranenſi Concilio prohibitum, &c.* v. locum, tom. 28. pag. 116.

Concil. Oxonienſe, anno 1222. Capitul. xij. Nè una Eccleſia dividatur in plures. *Quia juxtà canonicas ſanctiones inter carnale, &c.* vide locum, eod. tom. 28.

Concil. Vienn. anno 1267. Cap. vj. De his qui habent plura Beneficia. *Item, cùm decentores plurium perſonaeuum, ſeu beneficiorum, &c.*

Concil. Saltzburg. anno 1274. Capitul. vij. De pluribus Beneficijs clericorum. *Cùm in Provincia Saltzburgenſi diverſi Clerici ſaculares, &c.*

Concil. Saltzburg. anno 1281. Capitul. x. De pluribus Beneficijs curam animarum habentibus. *Item, cùm in noſtro Provinciali Concilio, &c.* Tom. 29.

Concil. Friſingenſe, anno 1440. Cap. vij. De præbendis & dignitatibus. *Quia in tantùm quorumdam proceſſit ambitio, ut non duo, vel eria, ſed plura perhibeantur habere Beneficia, &c.* v. locum, tom. 33. pag. 689.

Statuta Synodi Diœceſanæ Auguſtenſis, anno 1548. Titul. xj. De pluralitate Beneficiorum. *Quicumque, vel cupiditaee, vel quovis etiam honeſto colore impellente, &c.* Tom. 35.

Edicta Synodi Diœceſanæ Treverenſis, anno 1548. De officio perfunctione medio tertio. Cap. ix. De reſtringenda plurimorum Beneficiorum curam animarum habentium coacervatione. *v. locum, eod. tom. 35.*

Concil. Mogunt. anno 1549. Cap. lxiv. De his qui plura Beneficia curata obtinent. *Res ipſa loquitur, plura Beneficia, potiſſimùm, &c.* vide locum, eod. tom. 35.

CONTRA

CONTRA CLERICOS LAPSOS.

CANON. APOSTOLORUM XII. Quòd cum damnatis Clericis non ſit orandum.

Ibid. Can. xxv. Ut Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ſi pro criminibus damnati fuerint, minimè Communione priventur.

Ibid. Can. Similiter & reliqui Miniſtri Eccleſiæ. *v. locum, tom. 1. pag. 135.*

Ibid. Can. xxix. Quòd officium priſtinum damnati pro criminibus uſurpare non debeant. *v. loc.*

Epiſt. ij. Calliſti Papæ I. ad omnes Galliarum Epiſcopos. Titul. vj. Si poſſit Sacerdos poſt lapſum miniſtrare? *v. locum, eod. tom. pag. 279.*

Concil. Eliberitanum, anno 305. Capitul. lxxvj. De Diaconibus, qui antè honorem peccaſſe probantur. *v. loc. eod. tom. 1. pag 639.*

Concil. Ancyr. anno 314. Can. 1. De Presbyteris lapſis in perſecutione. *vide locum, tom. 2. pag. 58.*

Concil. Neocæſar. anno 314. Can. 1. De Presbyteris, qui uxores acceperunt, vel fornicati ſunt.

Ibid. Can. ix. De his qui ad Presbyterium promoventur, & antè ordinationem ſunt ſibi peccatorum conſcij.

Ibid. Can. x. De Diaconibus ſimiliter. *vide locum, tom. 2. pag. 75.*

Concil. Nicæn. anno 325. Cap. xlj. De Clerico vel Monacho lapſo in peccatum, & vocato ſemel & iterum & tertiò, & non ſiſtente ſe in judicio. *v. locum, eod. tom. 2.*

Ibid. Cap. xlij. De reo manifeſto dimiſſo ab Epiſcopo, vel Presbytero, vel etiam Diacono, Judice: quid facere debeat Patriarcha? *v. locum.*

Ibid. Cap. xliij. Quomodo Archiepiſcopus Epiſcopum ſibi ſubjectum judicare debeat.

Ibid. Cap. xliv. De ratione admittendi querelas & judicia Archiepiſcopi contrà Patriarcham ſuum.

Ibid. Cap. xlv. Quomodo Patriarcha querelam aut judicium Archiepiſcopi contrà Archiepiſcopum admittere debeat? *v. locum.*

Concil. Valentin. I. anno 373. Can. iv. Si quis de ſe verum vel falſum crimen ſub ordinatione profeſſus fuerit. *v. locum, tom. 3. pag. 309.*

Concil. Carthag. V. anno 398. Capitul. xj. Ut lapſis Sacerdotibus, manus ſicut Laïcis non imponatur.

Ibid. Cap. xij. De Clericis excommunicatis, quamdiu eis aſſerere liceat innocentiam ſuam? *v. locum, eod. tom. 3. pag. 557.*

Tituli Capitulorum Nicæni Concilij, anno 419. de Græco in Latinum conconverſorum. Titul. x. De lapſis ignoranter ordinatis.

Ibid. Titul. xj. De his qui negaverint.

Ibid. Titul. xij. De his qui abrenuntiant, & iterùm ad ſæculum ſunt reverſi.

Ibid. Titul. xiv. De Cathecumenis lapſis. *vide locum, tom.* 4.

Leon. Pap. Epiſt. xl. ad Anatol. Epiſcopum. Titul. ij. De his qui metu turbati in hæreſim lapſi ſunt, ut ſi converſi fuerint ad Communionem admittantur. *v. loc. tom.* 7.

Alia Synod. S. Patricij, anno incerto, Can. ix. De lapſis poſt gradum.

Ibid. Can. xj. De ſeparatione ſexuum poſt lapſum. *v. locum, tom.* 7. *in fine.*

Concil. Epaon. anno 517. Can. xxij. Si Presbyter aut Diaconus crimen capitale commiſerit. *v. locum ſub fin. tom.* 10.

Deſumptum ex vetuſto Codice 5. libror. partial. Capitulum Concil. Arvern. anno 535. ex eod. lib. 2. cap. 103.

Alia iv. Capitula. Cap. iij. De Presbyteris qui de crimine fornicationis, &c. *v. locum, tom.* 11. *pag.* 198.

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. viij. De Clericorum honoratorum furtis, aut falſitatibus. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Narbon. anno 589. Can. vj. Ut cum Clericis, qui ob culpas in Monaſterium retruduntur, ſic agat Abbas, ut ab Epiſcopo fuerit conſtitutum. *v. tom.* 13.

Gregor. Magn. Epiſt. xxvj. lib. iij. De lapſis Sacerdotibus, ad priſtinum officium non revocandis.

Ejuſd. lib. iv. Epiſt. xvj. De lapſu Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum.

Ibid. Epiſt. xxvij. De Cicerone Monacho lapſo. *v. locum, eod. tom.* 13.

Ibid. ejuſd. lib. vij. Epiſt. liv. titul. iv. De Sacerdotali officio poſt lapſum, ſi pœnitentia ſecuta fuerit, in priſtinum gradum reſtituendo. *v. locum, eod. tom.* 13.

Tituli Sententiarum quæ in veteribus Exemplaribus Conciliorum non habentur, ſed à quibuſdam in ipſis inſerta ſunt. Sentent. iij. De Clericis qui crimen capitale commiſerunt. *v. locum, poſt Concil. Tolet. XVII. tom.* 17.

Bonifacij Epiſcopi Epiſtola ad Zachariam Papam. Titul. iij. Quid ſtatuendum de Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, qui fornicarij, vel ſanguinarij fuerint deprehenſi.

Ibid. Titul. vij. De indignis Epiſcopis & Presbyteris, qui conceſſam ſibi à Sede Apoſtolica miniſtrandi facultatem oſtendunt.

Epiſt. iv. Zachariæ Pap. ad Bonifac. Archiepiſcopum. De duobus Pſeudoprophetis in Francia deprehenſis. *v. locum, eod. tom.* 17.

Epiſt. vij. Zachar. Pap. titul. xiv. De Presbyteris & Diaconis in crimen lapſis.

Capitulare Caroli Magni Imperat. anno Imperij ejus 13. anno 813. Capit. xxv. Ut publici criminis rei publicæ pœnitentiæ ſubjiciantur.

Concil. Silvanectenſe, anno 873. in quo Epiſcopi duarum Provinciarum Senonenſis ac Rhemenſis Caroli Regis juſſu congregati, Carlomannum ejus filium Clericum, ob varias graſſationes & perduellionem Diaconi gradu dejecerunt, laïcæque communioni reddiderunt. *v. locum, in fine Epiſtolar. Joann. Pap. VIII. tom.* 24.

De hac materia, *vide titul.* De cauſis Presbyterorum. *Item*, De cauſis Clericorum, *& titul.* De reſidentia.

CONTRA CLERICOS SIMONIACOS.

CANON. APOSTOLORUM XXVIII. Εἴτις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων, &c. Ibid. Can. xxix. Εἴτις ἐπίσκοπος κοσμικῆς ἀρχοντι χρησάμενος δι' αὐτὸν, &c. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur & ipse, & Ordinator ejus, & à Communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à Petro. *Est Can.* 30. *apud Dion. Exig.*

Ibidem. Si quis Episcopus sęcularibus potestatibus usus Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregentur omnes qui illi communicant. *Est Can.* 31. *apud Dion. Exig.*

Concil. Nicæn. anno 325. Titul. xlviij. De non ordinando simoniacè. *v. locum, tom.* 2.

Concil. Romanum, anno 433. Capitul. vij. De Polychronio Episcopo Hierosolymit. eò quòd Ecclesias, & manus impositiones cum premio & muneribus consecraret. *v. locum, tom.* 7.

Concil. Calchedon. anno 451. Can. ij. Εἴτις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι, &c. *Idem apud Dion. Exig.* Quòd non Clericos, aut quemlibet ex Clero per pecunias ordinari oporteat. *Si quis Episcopus propter pecuniæ Ordinationem fecerit, & ineptabilem gratiam sub pretio redegerit, &c.* v. locum, tom. 9. pag. 1.

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. liv. De Episcopis eligendis, venalitate vel ambitione submotâ. *v. locum, eod. tom.* 9.

Gelas. Pap. I. Epist. ix. ad Episcopos Lucaniæ. Baptizandis consignandisque fidelibus pretia nulla præsignant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare, cupiant renascentes, quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur. Et ideò nihil à prædictis prorsus exigere moliantur, quo, vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati, redemptionis suæ causas adire despiciant: certum habentes, quod hi prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa, non potiùs suâ sponte correxerint periculum subituri proprij sint honoris. *1. qu. 1. c. Baptizandis. Matt. 10.*

Ibid. De Monachis Laïcisque in prima copiosiùs præceptionis hujus parte digesta sunt, quæ vel quatenùs pro rerum temporumque necessitate concessa sint, quemadmodum ubi nullius facti necessitas interesse probabitur, nonnisi vetus institutio debeat custodiri. Quò verò constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem, convictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale patrantes, quia datam pariter, accipientemque damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur inolevit. *Supra c. 2. & 3. 2. qu. 1. c. quos constiterit. Act. 8.*

Symmach. Pap. Epist. v. Cap. ij. Ut nullus honorem præmijs accipiat. ILLUD magnoperè commonentes, ut hi qui non Dei gratiâ. sed promissione rerum ecclesiasticarum præmijs ad Sacerdotium conantur accedere, desideriorum

talium priventur affectu, qui aut ab hujusmodi se intentione cohibeant, aut vindictis Canonum sciant se sine dubitatione submovendos.

Ibid. Cap. vj. Ut nullus per ambitum ad Episcopatum accedat. SI QUIS Episcopatum desiderat, datâ pecuniâ potentes personas minimè suffragatrices adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum Clericos, vel Cives subscribere adhibito cujuslibet generis timore compellat, vel premijs aliquibus hortetur: decretum sine visitatoris præsentia nemo conficiat, cujus testimonio Clericorum ac Civium possit unanimitas declarari.

Hormildæ Pap. Epist. xxv. ad universos Episcopos Hispaniæ. Cap. ij. Ut pro Episcopatu præmium non accipiatur. *Hoc quoque ad præmissa adjungimus, nè benedictionem quæ divina esse creditur, per impositionem manûs, quis pretio comparet, &c.* v. locum, tom. 10. pag. 488.

Ex Epist. Athalarici Regis ad Joannem II. *Tom.* 11. Nuper siquidem ad nos Defensor Ecclesiæ Romanæ flebili allegatione pervenit, &c. *Post* 10. *lineas sic sequitur*: Quicumque in Episcopatu obtinendo, sive per se, sive per aliam quamcumque personam, aliquid promisisse declaratur, ut execrabilis contractus cunctis viribus exueretur. Si quis autem in hoc scelere deprehenditur fuisse versatus, nullam relinquimus vocem: verùm etiam si aut repetendum, aut quod acceptum est non reddendum esse crediderit, sacrilegij reus protinùs habeatur, acceptâ restituens compulsione Judicis competentis. Justissimæ quidem leges, ut bonis aperiunt, ita claudunt malis moribus actionem; propterea quidquid in illo senatus decretum est consulto, præcipimus in eos modis omnibus custodiri, qui se quoquomodo per interpositas quascumque personas, scelestis contractibus miscuerunt.

Senatus consul ad versùs simoniacos.

Concil. Aurel. II. anno 533. Can. iij. Ut Episcopi de Ordinationibus nihil accipiant. *Nè quis Episcopus de quibuslibet causis, vel Episcoporum Ordinationibus, cæterorumque Clericorum, àliquid præsumat accipere: quia Sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpi.*

Ibid. Can. iv. Ut nullus Sacerdotium pecuniâ appetat. *Si quis Sacerdotium per pecuniæ nundinum execrabili ambitione quæsierit, abjiciatur ut reprobus: quia Apostolica sententia donum Dei esse præcipit, pecuniæ trutinâ minimè comparandum.*

Concil. Aurel. V. anno 549. Cap. x. Nulli Episcopatum pretio liceat comparare. *vide locum, tom.* 11.

Concil. Arvern. anno 549. Can. x. Ut nullus Episcoporum quolibet pacto audeat præmijs. *eod. tom.*

Concil. Turon. II. anno 567. Nè de Ordinationibus Clericorum præmia exigant Episcopi. *Nullus Episcoporum de Ordinationibus, &c.* v. locum, tom. 12.

Concil. Bracar. II. anno 572. Can.... Ut Episcopus in Ordinatione Clericorum commodum nullum accipiat. *Placuit ut de Ordinationibus Clericorum, &c.* eod. tom. 12.

Ibid. Can. iv. Ut pro Chrisma Episcopus nihil accipiat. *Placuit ut modicum balsami, &c.* v. locum.

Ibid. Can. v. Ut pro constitutione Basilicæ Episcopus nihil exigat. *Placuit ut quoties ab aliquo fidelium, &c.*

Ibid. Can. vj. Ut qui oratorium pro quæſtu ſuo in terram propriam fecerit, non conſecretur. *Placuit ue ſi quis Baſilicam, &c.*

Ibid. Can. vij. Ut de Baptizatis nullum accipiat præmium. *Placuie ut unuſquiſque Epiſcopus, &c.* v. locum.

Gregor. Magn. lib. ij. indict. xj. Epiſt. xxxiij. De Maximiano Epiſcopo, qui præmio corruptus Donatiſtarum Epiſcopum fieri permiſit: & de cura paſtorali.

Ejuſd. ibid. Epiſt. xlvij. ad Columbinum. Nè pueri venalitate, vel alicujus potentiâ ordinentur. *In medio pag.*..... Nulla ſit in Ordinatione venalitas, potentia, vel ſupplicatio perſonarum, &c. *v. locum, tom.* 13.

Ibid. Epiſt. xlviij. *Sub fin. paginæ*..... Antè omnia autem cautos vos eſſe oportet, ut nulla proveniat in Ordinatione venalitas; ne (quod abſit) & Ordinantis & Ordinantibus periculum majus inveniat.

Ejuſd. lib. iij. indict. xij. Epiſt. xiij. ad Maximianum Epiſcopum Syracuſan. *In fin.*..... Illud autem caritatem tuam ſpecialiter admonemus, ut ſi vera fuerit, &c.

Id. lib. iv. indict. xiij. Epiſt. viij. ad Leonem Epiſcopum primæ Juſtinianę. *xj. lin. in fin.*.... Inter hæc verò & hujuſmodi iſta vos, &c. *eod. tom.* 13.

Id. eod. lib. iv. Epiſt. xxiij. ad Caſtorium Notarium. Nulla ergò ſit in hac electione venalitas, &c. *v. locum, continet* 10. *lin. ad hæc verba:* violare tentaverint.

Id. lib. iv. indict. xiij. Epiſt. xliv. Quæ complectitur geſta Synodi Romanæ tempore Mauricij Imperat. Antiquam Patrum regulam ſequens, &c. *v. loc. ſub fin.* 2. *pag. continet* 21. *lin. ad hæc verba:* ambitu non proceſſit.

Ibid. Epiſt. l. ad Virgil. Epiſc. Aurel. Quibuſdam namque narrantibus agnovi, quod in Galliarum, &c. *v. locum, in fine* 1. *pag. continet* 21. *lin.*

Ibid. Epiſt. lij. ad Epiſcopos Galliarum. *ultim. lin.*... Nuntiatum verò nobis eſt quod per ſimoniacam hæreſim ad Sacros quidam Ordines adducuntur, & hoc ſupraſcripto Fratri & Coëpiſcopo noſtro Vigilio per omnia prohibendum mandavimus. Quòd ut veſtra Fraternitas recognoſcat, & ſtudiosè cuſtodiat, & ipſa coram vobis eſt Epiſtola relegenda.

Ibid. Epiſt. liij. ad Childebertum Regem Francorum. *Continet* 10. *lin. primæ pag.*.... Simul autem & illud valdè execrandum nobis eſt nuntiatum, &c. *v. locum.*

Ibid. Epiſt. lv. ad Joann. Epiſc. Corinthiorum. *poſt* 6. *lin.* Prætereà pervenit ad nos quod, &c. *Continee* 38. *lin.*

Ibid. Epiſt. lvj. ad Epiſcopos Græciæ. *vide.*

Id. lib. vij. indict. 1. Epiſt. v. ad Brunichildam Francorum Reginam. Ut ergò hæc vobis cura antè oculos Creatoris noſtri, &c. *Continet* 13. *lin. v. loc. in med.* 2. *pag.*

Eod. lib. indict. ij. Epiſt. cxj. Siagrio, Ætherio, Virgilio, & Deſiderio Epiſcopis Galliar. à paribus. .... Nuntio ſiquidem apud vos diſcurrente vulgatum eſt, &c. *v. locum*, 2. *lin.* 2. *pag. Continee* 2. *pagi ad hæc verba:* eleëmoſynas peccata committere.

Ibid. Epiſt. cxiv. Brunichildæ Reginæ. .....Nec illud quidem, quod ſimili emendationi tradendum eſt, prætermimus, &c. *v. locum, poſt* 2. *lin.* 2. *pag.*

ad hæc verba: Deum vobis placabilem faciatis. *Continet* 21. *lineas.*

Ibid. Epiſt. cxv. Theodorico, & Theodeberto Francorum Regibus. ... Fertur autem ſimoniacam hæreſim, &c. *v. locum, poſt* 3. *lin.* 2. *pag. ad hæc verba:* Eccleſiarum prædia tributa nunc præbeant, &c. *Concinet* 34. *lineas, tom.* 13.

Id. lib. ix. Epiſt. 1. ad Iſicium Epiſcopum Hieroſolimitanum. .... Quia verò pervenit ad nos, &c. *v. locum, tom.* 14. *in med.* 2. *pag. continet* 18. *lin.*

Ibid. Epiſt. xlix. ad Virgilium Epiſcopum Arelatenſem. Cùm divinæ lectionis teſtimonio, &c. *v. locum, continet* 30. *lin.*

Ibid. Epiſt. l. ad Ætherium Lugdun. .... Quia igitur ad aliorum emendationem, &c. *v. loc. eod. com.* 14. *poſt* 10. *lin. continet* 16. *lin.*

Ibid. Epiſt. lj. ad Ætherium Epiſcopum Vapincenſem. ... Cùm in fraterna dilectione unum cor, unus ſit animus, &c. *v. loc. continet* 26. *lin.*

Ibid. Epiſt. liij. ad Theodoric. Regem Francorum. Excellentiæ veſtræ Judex cordis, &c. *v. locum, concinet* 23. *lin.*

Ibid. Epiſt. liv. ad Theodebertum Regem Francorum. Qui paternæ adhortationis verba libenti animo, &c. *v. locum, continet* 19. *lin.*

Ibid. Epiſt. lv. ad Clotharium Regem Francorum. Præterea pervenit ad nos, quòd, &c. *in med. pag. continet* 14. *lin.*

Id. lib. x. indict. v. Epiſt. xxxij. Columbo Epiſcopo Numidiæ. ..... Et quia memoratus Frater noſter Paulinus Eccleſiaſticos Ordines per ſimoniacam dare hæreſim, &c. *v. locum, in fine primæ pag. concinet* 14.

Ibid. Epiſt. xxxiij. ad Victorem Epiſcopum Panormitanum. ... Quàm gravis & aſpera adversùs Fratrem, &c. *v. loc. poſt* 4. *lin. primæ pag. ad finem.*

v. quoque lib. xj. Epiſt. xlviij. de eod. argum.

Ibid. lib. 1. in Evangel. Homil. iv. *Gratis accepiſtis, gratis date, &c.*

Ibid. Homil. xvij. *Quinam ſunt in Templo Dei hodiè, qui, &c.* v. locum.

Concil. Barcinon. I. anno 599. Can. 1. Ut cùm ad officia eccleſiaſtica Clerici provehuntur, nihil pro benedictione, aut Subdiaconij, vel Presbyterij collata quidquam, vel ſub obligationis nomine à quocumque Epiſcopo, vel ab ejus Clero inquiratur: illud Domini Jeſu meminentes edictum, quod ait: *Gratis* Matt. 10. *accepiſtis, gratis date.* Simili etiam ſtatutum conditione eſt, ut cùm Chriſma Presbyteris Diœceſanis pro Neophytis confirmandis datur, nihil pro liquoris pretio accipiatur; nè gratia Dei pretio benedictionis affecta, ſimoniacum interitum ementibus vendentibuſque aſſocict.

Concil. Tolet. VI. anno 638. Capitul. iv. De damnatione Clericorum per pecuniam Eccleſiaſticos gradus aſſequentium. *Sæpè* * *pullulantia prævitatum* * pullulant. *germina, licet ſæpiſſimè juſtâ noverimus ſeveritate damnata, &c.* v. locum, eod. tom. 14.

Concil. Cabilon. anno 650. Can. xvj. Ut nemo ad Sacros Ordines per pecuniam promoveatur. *Ut nullus Epiſcopus, neque Presbyter, &c.* v. locum, tom. 15.

Concil. Tolet. VIII. anno 653. Can. iij. De his qui Sacros Ordines muneribus aſſequuntur, & fautoribus eorum. *Tercia ratiocinationis alloquio didicimus, &c.* v. locum; eod. tom.

Concil. Emerit. anno 666. Can. ix. Chriſma gratis diſtribuendum, Baptiſmus gratis conferendus. *Conveniens in omnibus, &c.* v. locum, cod. tom. 15.

Concil. Tolet. XI. anno 675. Capitul. viij. Nè quidquam præmij pro divinis Sacramentis accipiatur. *Quidquid inviſibilis gratia collatione*, &c. vide locum, eod. tom.

Ibid. Cap. ix. Quid cuſtodiri debeat, nè per præmium Epiſcopus fiat: vel quâ ſententiâ feriatur is, qui poſt honorem acceptum per præmium ordinatus fuiſſe detegitur? *Multa ſuper hoc Capitulo Patrum*, &c. v. locum.

Concil. Bracar. III. anno 675. Capitul. viij. Nè repromiſſione munerum honoris gratia venundetur. *Quia non expedit ut donum S. Spiritûs*, &c. v. loc. eod. tom. 15. in fine.

Concil. Vernenſe I. anno 755. Can. xxiv. Ut nullus per pecunias ad honores eccleſiaſticos accedat. *Ut nullus per pecunias ad honorem vel gradum eccleſiaſticum accedere debeat, quia hæreſis ſimoniaca eſſe videtur.*

Epiſt. vij. Hadriani Pap. anno 787. *Sub fin. 3. pag.*.... Nos omnium Eccleſiarum paſtoralem curam habentes, &c. *ad hæc verba*: nunquàm ſe aliquid accepturos de manûs impoſitione. *Tom.* 18.

Concil. Nicæn. II. anno 787. Can. iv. Ἀλλὰ περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι τοὺς ἐπισκόποις πάσης δοσολῃψίας· Οἰκείᾳ τῆς ἐκκλησίας Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος, &c. Quòd abſtinendum ſit Epiſcopis ab omni dati acceptione. *Prædicator Eccleſiæ Paulus divinus Apoſtolus*, &c. v. locum. tom. 19.

Ibid. Can. v. Εἰ ὅτι οἱ ὀνειδίζοντες, &c. Quòd qui exprobrant Clericis, quòd ordinati ſunt in Eccleſia, ſine datis, * Epitimio ſubjaceant. *Peccatum ad mortem eſt, quando quidam peccantes incorrecti perſiſtunt*, &c. v. locum. * *mulctæ.*

Capitular. Caroli Magni, anno 787. xxj. De Epiſcopis ordinandis, vel quibuſlibet ex Clero. *Item in Concilio Calchedonenſi, nec non & in Canonibus Apoſtolorum, ut non oporteat Epiſcopum, aut quemlibet ex Clero, per pecunias ordinari: quia utrique deponendi ſunt, & qui ordinat, & qui ordinatur: necnon & qui mediator eſt inter eos.* Si quis Epiſcopus Ordinationem pro pecunia fecerit, & vendiderit rem, quæ niſi gratiâ acquiritur, &c. *v. locum, tom.* 20. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur & ipſe, & Ordinator ejus, & à Communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus à Petro. Capitular. lib. 1. c. 19. *Concil. Calchedon. c. 2. Can. Apoſt.* 30.

Concil. Forojul. anno 791. Cap. 1. *In medio.*... Illud ſummoperè vigilantique ſtudio præcaventes decernere curavimus, &c. *eod. tom.* 20.

Caroli Magni Capitulare Epiſcoporum. xij. Ut pro Baptiſmo, & alijs ſpiritalibus pretium non exigant. *Ut nullus Presbyter ſacrum officium*, &c. v. locum, eod. tom.

Concil. Arelat. VI. anno 813. Can. v. Ut Laïci omninò à Presbyteris non audeant munera exigere propter commendationem Eccleſiæ: quia propter cupiditatem plerumque à Laïcis talibus Presbyteris Eccleſiæ dantur, qui ad peragendum Sacerdotale officium ſunt indigni. *Addit.* 3. c. 62.

Concil. Mogunt. anno 813. Can. xxx. Nè Laïci à Presbyteris munera exigant. *Ut Laïci omninò munera injuſta non exigant à Presbyteris propter commendationem Eccleſiæ cuiquam Presbytero.* Capitular. lib. 5. c. 84.

Concil. Rhem. II. anno 813. Can. xxj. Ut deponatur Presbyter qui Eccleſiam pretio acquiſierit. *Ut quicumque Presbyter per pretium gradum & Eccleſiam acquiſierit, deponatur.*

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xv. Ut Presbyter qui alterius Ecclesiam pretio adeptus sit, deponatur; & ut nulli Presbytero Ecclesiam dare liceat sine Episcopi consensu. *Quicumque Presbyter per pretium Ecclesiam fuerit adeptus, &c.* v. locum, eod. tom. 20.

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. xvj. Ut Episcopi à Presbyteris pro balsamo, vel pro luminaribus nihil accipiant. *Quidam Fratres dixerunt consuetudinis antiquæ fuisse in eorum Ecclesijs, &c.* v. locum, eod. tom.

Ibid. Can. xvij. De abolendo censu quem Episcopis Presbyteri annuum dabant. *Inventum est quod in quibusdam locis Presbyteri duodenos, vel quaterdenos denarios Episcopis in censum annis singulis darent: quod penitùs abolendum esse decernimus.*

Ibid. Can. xviij. Nè Episcopi & Comites uvadios ab incestuosis & alijs accipiant. *Dictum est nobis, quod in quibusdam locis Episcopi & Comites, &c.* v. locum, eod tom. 20.

Capitular. lib. 11. c. 38.

Concil. Aquisgran. anno 816. Cap. xxxviij. lib. 1. De Episcopis qui pro ordinatione Sacerdotij munera libenter accipiunt. *Gregor. Homil. 4. in Evangel.* Nonulli Episcoporum donum accepti spiritûs in usum solent negotiationis inflectere, & miraculorum signa ad avaritiæ obsequium declinare, &c. *v. locum, eod. tom.*

Capitulare I. Ludovici Pij Imperat. anno Imperij ejus 3. Capitul. xvj. De Presbyteris Italiæ. DE Episcopis verò in Longobardia constitutis, qui ab his quos ordinabant, sacramenta & munera contrà divinam & canonicam auctoritatem accipere, vel exigere soliti erant, modis omnibus inhibitum est, nè ulteriùs fiat: quia juxtà sacros canones, uterque à gradu proprio talia facientes decidere debent.

Capitular. l. 1. c. 97.

Concil. Paris. VI. anno 829. lib. 1. cap. xj. Qualiter observandum sit de promotione eorum, qui ad formam & exemplum alijs præficiuntur? *Providendum ac summoperè cavendum est, ut, &c.* v. locum fusè, tom. 21.

Concil. Aquisgran. II. anno 836. Cap. 1. De vita Episcoporum. v. Ut nullus Episcoporum Ministrorumvè ipsorum pro sacris ministerijs quidquam exigere præsumat. *Cupiditatem porrò tamquàm radicem omnium malorum, &c.* v. locum, eod. tom. 21.

1. Tim. 6.

Concil. Meldense, anno 845. Can. xliij. Ut per simoniacam hæresim nemo regimen obtineat. *Cavendum est, & summoperè præcavendum, ac per virtutem Christi Sanguinis interdicendum, &c.* v. locum, eod. tom.

Ibid. Can. xlv. Nè pro Chrismate pretium exigatur, & de Eulogijs, quæ Presbyteris offeruntur. *Ut nemo Episcoporum, vel quilibet Minister Ecclesiasticus propter Sacrum Chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quælibet munuscula, quæ per Ministros Episcoporum à Presbyteris inordinabiliter exiguntur. Decet tamen Presbyteros cum voluntarijs Eulogijs tempore congruo visitare, & venerari suos Episcopos.*

Ivo part. 1. c. 271.

Leon. Pap. IV. Epist. ij. ad Episcopos Britanniæ. ..... Legationem denique communem omnium Episcoporum, &c. *v. locum, continet 19. lin. eod. tom. 21.*

Ibid. Ejusd. Homil. iv. Nullus vestrum pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis, prœmium aut munus exigat. Vi-

date nè per negligentiam veſtram ullus infans abſque Baptiſmo moriatur. Nullus per pecuniam Eccleſiam alterius ſupplaniet.

Concil. Mogunt I. anno 847. Capitul. xij. Sine conſenſu Epiſcoporum per Eccleſias conſtituantur, vel ab his recipiantur. *Quicumque Presbyter per pretium Eccleſiam fuerit adeptus, &c.* v. locum, eod tom. 21.

Hincmar. Archiepiſc. Rhem. Capitula ad Presbyteros Parochiæ ſuæ, anno 852. xiij. Ut Presbyteri à publicè peccantibus, vel à pœnitentibus, quo eis faveant, munera non accipiant. *Ut nemo Presbyterorum exenium vel quodcumque emolumentum, &c.* Tom. 22. De Simonia cap 14. ex Alexandro III.

Ibid. xvij. Ut defuncto Presbytero nullus ſine conſultu Epiſcopi Eccleſiam illius, aut Capellam appetat. *vide titul.* De Jure Patronatûs.

Ibid. Ejuſd. Capitula iv. in Rhemis data, anno 874. v. Quòd pro Eccleſijs viduatis præmia Patronis dari non debeant. *vide eumdem titulum*, De Jure Patronatûs.

Ibid. Capitula v. Archidiaconibus & Presbyteris data. ix. Nè pœnitentes pro munere aliquo ad reconciliationem adducantur, vel poſt eam negligantur. *Sollicitè providete, nè vos, vel Presbyteri negligenter pœnitentes pro aliquo munere ad reconciliationem adducatis, vel poſt reconciliationem eos negligatis, quod ſimoniacum eſt.*

Ibid. xj. Nè ad Ordinationem pro aliquo munere adducantur non idonei. *Sollicitè providete de vita & ſcientia Clericorum, quos ad Ordinationem adducetis: nè pro aliquo munere tales ad ordinandum introducatis, qui introduci non debent, quoniam ſimoniacum eſt.*

Cenones Alfrici, anno 1049. Can. xxv. Ut non vendant (Presbyteri) miniſterium. *Nullus Presbyter pro pecunijs vendat miniſterium ſuum, &c.* v. tom. 25.

Concil. Toloſanum, anno 1056. Cap. 1. Contra Simoniacos. *Si quis Epiſcoporum accepto à quocumque modo pecuniâ ordinaverit Epiſcopum, &c.* v. locum, eod. tom. 25.

Ibid. Cap. iv. *De eod. argum.* Item placuit ut nullus Clericus, vel Monachus, vel alius aliquis pro eis Epiſcopatum, vel Abbatiam, vel Presbyteratum emere præſumat, &c. *v. locum.*

Concil. Rom. anno 1059. Decretum contrà Simoniacos. *Dominus Papa Nicolaus in Synodo in Baſilica Conſtantiniana præſidens, dixit, &c.* v. locum.

Conſtitutiones à Legatis Sedis Apoſtolicæ Mediolanenſibus obſervandas præſcriptæ, contrà Clericos ſimoniacos.... *Apoſtolicâ igitur auctoritate fulti ex parte Omnipotentis Dei, &c.* v. locum.

Fragmenta Epiſtolarum Alexandri Papæ. Ut à Presbytero ſimoniaco, ſeu concubinam habente, Miſſa à nullo fidelium audiatur. *v. locum, in fine tom. 25. pag. 634.*

Concil. Lateranenſe Generale I. anno 1122 Can. 1. Contrà Simoniacos. Sanctorum Patrum exempla ſequentes, & officij noſtri debito innovantes ordinari quemquam per pecuniam in Eccleſia Dei, vel promoveri auctoritate Sedis Apoſtolicæ modis omnibus prohibemus: ſi quis verò in Eccleſia ordinationem, vel promotionem taliter acquiſierit, acquiſitâ prorsùs careat dignitate.

Concil. London. anno 1125. Can. 1. De Simonia. Sanctorum Patrum

vestigijs inhærentes, quemquam in Ecclesia per pecuniam ordinari auctoritate Apostolicâ prohibemus.

Ibid. Can. ij. *De eod. argumento.* Interdicimus etiam, ut pro Chrismate, pro Oleo, pro Baptismate, pro Pœnitentia, pro visitatione infirmorum, seu unctione, pro Communione Corporis Christi, pro sepultura, nullum omninò pretium exigatur.

Item, & Can. iij. Statuimus præterea, & Apostolicâ auctoritate decernimus, ut in Consecrationibus Episcoporum, &c. *v. locum, tom.* 27.

Concil. London. anno 1127. Cap. 1. ij. & iij. De Simoniacis. Ecclesias, vel Ecclesiastica Beneficia, seu quoslibet ecclesiasticos honores vendi, &c. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Lateran. II. anno 1139. Can. 1. & ij. De Simoniacis. Statuimus, si quis simoniacè ordinatus fuerit, ab officio omninò cadat quod illicitè usurpavit.

Ibid. Si quis Præbendam, vel Prioratum, seu Decanatum, aut honorem, &c. *v. locum, eod. tom.*

Concil. London. anno 1175. Can. vij. De Simoniacis. Dictum est solere in quibusdam locis pro perceptione Chrismatis, nummos dari: similiter pro Baptismo & Communione, &c. *vide locum, eod. tom.* 27.

ex Concil. Tribur.

Ibid. Can. viij. *De eodem argumento.* Nullus Prælatus in recipiendo Monacho, vel Sanctimoniali pretium sumere, &c. *v. locum.*

ex decreto Urbani Papæ.

Concil. Lateran. Generale III anno 1179. Capitul. vij. De Ordinatione per Simoniam. *Cùm in Ecclesiæ corpore omnia debent ex caritate tractari, & quod gratis receptum est, gratis impendi; horribile nimis est quod, &c.* v. locum, eod. tom. 27.

Ibid. Cap. x. De Simoniacis. *Monachi non pretio recipiantur in Monasterio, non peculium permittantur habere.* v. locum.

Appendix ad hoc Concilium Lateran. III. De Simonia. Cap. 1. Nè Prælati vices suas ad terminandas causas sub annuo pretio committant. *Quoniam in quibusdam partibus Decani quidam, vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum, &c.*

Cap. ij. Nè Sacerdotes sub annuo pretio Ecclesiarum regimen suscipiant. *Quoniam enormis quædam consuetudo in quibusdam locis, &c.*

Cap. iij. Quòd pro excessibus corrigendis, aut criminibus puniendis, &c.

2.Tim.4. *Licet (juxtà Apostolum) arguere, obsecrare, & increpare debemus, &c.*

Cap. iv. Quòd Episcopus ab Ecclesia quam consecrat, potest exigere procurationem moderatam, &c. *Cùm sit Romana Ecclesia, cui licet immeriti præsidemus, Mater omnium Ecclesiarum, &c.*

Cap. v. Quòd in collectione denariorum B. Petri Ecclesiæ vel Personæ gravari non debent. *Cùm autem collectas denariorum B. Petri per Archidiaconatus vestros feceritis, &c.*

Cap. vj. Quòd Ecclesiæ vel Personæ in visitatione gravari non debent. *Nihilominus & præsentium auctoritate injungimus, ut cùm Ecclesias vestras visitaveritis, &c.*

Cap. vij. Nè Prælati in Presbyteros tallias & indebitas exactiones exercere, &c. *Pervenit ad audientiam nostram, ut plurimùm miramur, & adversùm vos jure movemur, &c.*

Cap. viij. Epiſcopus, qui Eccleſias, quas de manibus Laïcorum eripuit, novis non debet exactionibus prægravare. *Eccleſias autem quas de novò Epiſcopus de manibus Laïcorum eripuit, &c.*

Cap. ix. & reliqua. *v. locum, eod. tom.*

Vide in fine hujus Appendicis, ubi titulus in archetypo deſideratur. De Simonia. Cap. 1. ij. & iij. Si res pretij modici, quæ ſcilicet animum accipientis allicere, vel invertere non ſolet, pro electione alicujus, vel pro Pallio alicui deferendo data fuerit, non propter hoc committitur Simonia, niſi interveniat pactum. Item puer, &c. *v. locum, ſub finem tom. 27.*

Quæ tria in dandis vel accipiendis muneribus attendenda.

Ibid. lviij. Impetitus de Simonia jurare debet, quòd nec ipſe, nec alius pro eo, ſe ſciente, pretium dedit. Item purgatores debent jurare quod credunt ipſum verum juraſſe. *v. locum, ibid. tom. 27. in fine.*

Concil. in Dalmatiæ & Diocliæ Regnis, anno 1199. Capitul. 1. Ut Epiſcopi pecuniam ab ordinandis non accipiant. *In primis itaque decernimus, ut nullus Epiſcopus ad Sacros Ordines pecuniam, &c.*

Concil. London. anno 1200. Capitul. viij. Nihil exigendum pro Sacramentis adminiſtrandis. *Sicut in Lateranenſi Concilio ſalubriter à Sanctis Patribus eſt proviſum, &c.*

Decreta Generalis Concilij Lateran. IV. Capitul. lxiij. De Simonia. Item & lxiv. *vide locum, tom. 28.*

Concil. Colonienſe, anno 1225. Capitul. ix. De Patronis Laïcis Clericos ad Eccleſias ſimoniacè præſentantibus. *Quoniam in quibuſdam locis Alemaniæ Fundatores Eccleſiarum, &c.*

Ibid. Cap. x. De Clericis ſimoniacè reptæſentatis. *Qui verò cirtà cupiditate ducti, taliter à Patronis, &c.*

Ibid. Cap. xj. De Epiſcopis & Archidiaconis Clericos ſimoniacè præſentatos inſtituentibus. *Epiſcopi verò & Archidiaconi, qui talibus, &c.* v. locum, eod. tom. 28.

Concil. Ravennate I. anno 1286. Capitul. vj. De teſtamento uſurariorum. *Cognoſcentes ſalubrem conſtitutionem Generalis Concilij Lugdunenſis, &c.* eod. tom. 28.

Concil. Palentin. anno 1322. Cap. xix. De Simonia. *Deteſtandam Prælatorum avaritiam, ac aliorum, &c.* Tom. 29.

Concil. Tolet. anno 1347. Cap. iv. De Simonia. *Verùm quia plerumque in exactione emolumenti, &c.* eod. tom.

Concil. Saltzburg. anno 1386. Cap. xiij. De uſurarijs & eorum pœnis. *vide titul.* De uſura.

Concil. Saltzburg. anno 1420. Cap. xxx. De Simonia. *Ut labes pravitatis ſimoniacæ in noſtra Provincia, &c.* v. locum, eod. tom. 29. in fine.

Concil. Friſing. anno 1440. Cap. xx. De Simonia; & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur. *Diſtrictè præcipiendo interdicimus, nè quiſquam Sacerdotum pro reconciliatione pœnitentium, &c.* v. tom. 33.

Concil. Toletan. anno 1473. Cap. xxv. Quòd Ordinationes gratiosè concedantur. *Ordinum collatio à Sanctis Epiſcopis eſt concedenda, &c.* v. locum, tom. 34.

Ibid. *in fin hujus Concil.* Conſtitutio ad removendos abuſus. Cap. vj. Nihil

de Sacramentis ſpiritualibus atque ſepulturis exigi debeat. *De ſepultura quoque ac adminiſtratione Sacramentorum, &c.*

Cap. vij. De Paſtoribus quibuſdam plura exigere propenſis. *Cùm autem in Diœceſibus non ſit eadem conſuetudo, &c.*

Cap. ix. Nihil de confeſſione exigendum. *Porrò nè & ipſi videantur pecuniæ aucupium magis quàm ſalutis animarum ſtudium complecti, &c.*

Cap. xix. Nihil de conſecrandis Eccleſijs exigendum. *vide.*

Cap. xxx. De Simonia. *Contrà Simoniæ labem non diſcedimus à Patrum Sanctionibus, &c.* v. locum, eod. tom. 34. pag. 593.

Ibid. Admonitiones aliquot errorum, &c. *eod. tom. pag.* 648.

Cap. ij. Omnem exactionem indebitam pro Sacramentorum, aliarumque rerum divinarum adminiſtratione eſſe à Viris Eccleſiaſticis ſummoperè devitandam. *Sacro hoc approbante Concilio ſtatuimus & ordinamus, ut omnia ſincerè, purè, & mundè fiant in domo Domini.*

Concil. Mogunt. anno 1549. Capitul. xcj. De Simonia. *Ut ab inſtitutione ad eccleſiaſtica beneficia omnem ambitionem, &c.*

Ibid. Cap. xcij. Ut Parochi Sacramenta gratis adminiſtrent. *Execrabilis quorumdam Sacerdotum avaritia, uſque ad Sacramentorum, &c.* vide locum, tom. 35. pag. 273.

DE

DE SCIENTIA CLERICORVM.

DECRETA FABIANI PAPÆ, ex Gratiani Decreto deſumpta, nec prioribus inſerta. *Tom.* 1. *pag.* 335.

Ex eod. Cap. ix. Ut Presbyter illiteratus Miſſam celebrare non audeat. *v. locum.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Capitul. xvj. Ut Epiſcopus libros Gentilium non legat. *Ut Epiſcopus libros Gentilium non legat, Hæreticorum autem pro neceſſitate & tempore.*

Innocent. I. Epiſt. v. Maximo & Servo Epiſc. per Brutios. Eccleſiaſticorum Canonum norma nulli eſſe debet incognita Sacerdoti, quia neſciri hæc à Pontifice ſatis eſt indecorum, maximè cùm à Laïcis Religioſis Viris & ſciatur, & cuſtodienda eſſe ducatur, &c. *v. locum, in fine tom.* 3.

Cæleſtin. Pap. I. Epiſt. iij. ad Epiſcopos Apuliæ & Calabriæ. Cap. 1. Quòd nulli Sacerdotum liceat Canones ignorare. *Nulli Sacerdotum ſuos liceat Canones ignorare, &c.* v. locum, tom. 4. pag. 485.

Gelaſ. Pap. I. Epiſt. ix. ad Epiſcopos Lucaniæ. Illiteratos quoque, & nonullâ parte corporis imminutos ſine ullo reſpectu ad eccleſiaſticum didicimus venire ſervitium, quod ſimul antiqua traditio, & Apoſtolicæ Sedis vetus forma non recipit, quia nec litteris carens ſacris eſſe poteſt aptus officijs, & vitioſum nihil Deo prorsùs offerri legalia præcepta ſanxerunt. Itaque de cæterò modis omnibus hæc vitentur, nec quiſquam talis ſuſcipiatur in clerum. Si qui verò, vel temeritate propriâ, vel incuriâ præſidentium tales antè ſuſcepti ſunt, in his quibus conſtituti ſunt locis eatenùs perſeverent: ut nihil unquàm promotionis arripiant, ſatiſque habeant, hoc ipſum ſibi pro nimia miſeratione permiſſum.

Hormiſd. Pap. Epiſt. xxv. ad univerſos Epiſcopos Hiſpaniæ. Cap. iij. *in fine.* Hoc & Magiſter Gentium Diſcipulum ſuum ſecutus inſtituit admonens: hæc meditare in his eſto, & ſubjiciens plenitudinem, *attende tibi & doctrinæ*, inquit, quia ſi fidelibus ſine intermiſſione incumbimus inſtitutis, ſeparemur à vitijs, dum impenſa cura divino operi, humano locum non relinquit errori.

Item. De his quos voluntas parentum à primis infantiæ annis clericatûs officio manciparit, ſtatuimus obſervandum, ut mox cùm detonſi, vel miniſterio electorum contraditi fuerint, in domo Eccleſiæ, ſub Epiſcopali præſentia, à Præpoſito ſibi debeant erudiri. *Diſt.* 18. *de his quos.*

Concil. Vaſenſe III. anno 529. Can. 1. Ut Presbyteri per Parochias juniores Lectores domi nutriant & cuſtodiant. *Hoc enim placuit, ut omnes Presbyteri, &c.* v. locum, tom. 11.

Concil. Tolet. II. anno 531. Cap. 1. De his quos parentes ab infantia clericatûs officio manciparunt. *De his quos voluntas parentum à primis, &c.* eod. tom.

Concil. Aurel. II. anno 533. Can. xvj. De his qui litteras, vel ordinem baptizandi neſciunt. *Presbyter vel Diaconus ſine literis, vel ſi baptizandi ordinem neſciat, nullatenùs ordinetur.*

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. vj. Ut clerici ab Epiſcopis Canonum ſtatuta percipiant. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Narbon. anno 589. Can. xj. Ut abſque litteris, qui eſt idiota, non ordinetur. *Amodò nulli liceat Epiſcoporum ordinare, &c.* v. locum, tom. 13.

v. Notas poſt Concil. Tolet. III. In Homil. S. Leandri in laudem Eccleſiæ. *eod. tom. 13. pag. 130.* Agapius Cordubenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ut dicitur in Concil. Hiſpal. II. c. 7. fuit ignarus eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ſtatim à ſæculari militia in Sacerdotale miniſterium delegatus.

Concil. Tolet. IV. anno 633. Can. xxv. Ut Sacerdotes Scripturarum Sacrarum, & Canonum cognitionem habeant. *Ignorantia, mater cunctorum errorum maximè in Sacerdotibus Dei vitanda eſt, qui docendi officium in populos ſuſceperunt. Sacerdotes enim legere Sanctas Scripturas admonentur, Paulo Apoſtolo dicente ad Timotheum*: Intende lectioni, exhortationi, doctrinæ, ſemper permane in his. *Sciant igitur Sacerdotes Scripturas Sanctas & * Canones, ut omne opus eorum in * prædicatione & doctrina conſiſtat, atque ædificent cunctos, tàm fidei ſcientiâ quàm operum diſciplinâ.*

Dist. 38. Burch. l. 1. c. 100. Anselm. l. 7. c. 114. * Canones meditentur. * Prædicatione divinâ consistat.

Ibid. Can. xxvj. Quòd Parochianis Presbyteris, cùm ordinantur, Officialis libellus dari debeat, & ideò Presbyteri in Litanijs ſint de officio quærendi. *Quando Presbyteri in Parochijs ordinantur, libellum Officialem à Sacerdote ſuo accipiant, ut ad Eccleſias ſibi deputatas inſtructi * ſuccedant, nè per ignorantiam etiam divinis Sacramentis offendant; ita ut quando ad Litanias, vel ad Concilium venerint, rationem Epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſceptum officium celebrant, vel baptizent.*

Dist. 38 Quando Presbyteri. * accedant.

v. poſt hoc Concil. Cap. xxiv. Origo Seminarij clericorum. (*Omnes in uno Conclavi.*) Inſtitutionem hujus Seminarij clericorum, primùm ortam invenio in Concil. Tolet. II. deindè in conſtit. Alexandr. IV. & in primo Lateran. cap. 2. demùm in exactam formam redegit Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 18.

Concil. Toletan. VIII. anno 653. Can. viij. De non ordinandis his qui pſalmorum, canticorum, ſeu Hymnorum ignari ſunt. *Octavæ diſceptationis * affectu reperimus quoſdam divinis officijs mancipatos, &c.* v. locum, tom. 15.

* affatu.

Concil. Emerit. capitul. xiij. *vide titul.* De Epiſcoporum dignitate.

Concil. Tolet. XI. cap. ij. *v. titul.* De Metropolitanis.

Concil. Cloveshoviæ II. anno 747. capitul. vij. *Septimo decreverunt conditio, ut Epiſcopi, & Abbates, atque Abbatiſſæ, &c.* v. locum.

Ibid. Capitul. x. Ut Presbyteri quoque Symbolum, & Miſſarum verba in ſua lingua diſcant ſcire. *Decimo docuerunt decreto, ut Presbyteri, &c.* v. locum, tom. 17.

Conſtitutio Caroli Magni, ſeu Epiſtola generalis de Scholis per ſingula Epiſcopia & Monaſteria conſtituendis. *v. locum, & titul.* De Imperatoribus & Regibus.

Concil. Nicæn. II. anno 787. Can. ij. *vide titul.* De Concilijs.

Capitular. Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. Capitul. lv. De Canonum inſtitutis à Presbyteris non ignorandis.

In decretis Cæleſtini Papæ, ut nulli Sacerdoti liceat ignorare SS. Canonum inſtituta. *Nulli Sacerdotum, &c.* Cæleſtin. cap. 20. *v. locum.*

Ibid. Cap. lxxij. De Miniſtris Altaris Dei, & de Schola. ..... Et ut Scholæ legentium fiant, pſalmos, notas, cantus, computum, grammaticam, per ſingula Monaſteria, vel Epiſcopia diſcant; ſed ut libros catholicos benè emendatos habeant: quia ſæpè dùm benè aliquid Deum rogare cupiunt, per inemendatos libros malè rogant. Et pueros veſtros non ſinite eos, vel legendo, vel ſcribendo corrumpere. Et ſi opus eſt Evangelium, vel Pſalterium, & Miſſale ſcribere, perfectæ ætatis homines ſcribant cum omni diligentia.

Concil. Francoford. anno 794. Can. xx. Epiſcopus Canones & regulam ſcire debet. *Ut Epiſcopum Canones & regulam non liceat ignorare.*

Ibid. Can. liij. Ut Epiſcopi & Presbyteri Canones non ignorent. *Ut nulli Epiſcoporum & Sacerdotum liceat Sacros Canones ignorare.*

Capitul. Theodulfi Epiſcopi Aurel. anno 797. Cap. xix. Ad quas Scholas mittere conſanguineos ſuos poſſint, ſi velint. *Si quis ex Presbyteris voluerit nepotem ſuum, aut alium conſanguineum ad ſcholam mittere, in Eccleſia S. Crucis, aut in Monaſterio S. Aniani, aut S. Benedicti, aut S. Litardi, aut in cæteris de his Cœnobijs, ei licentiam id faciendi concedimus.*

Ibid. Capitular. xx. Ut Scholas ipſi habeant, in quibus fidelium parvulos gratis erudiant. *Presbyteri per villas & vicos, ſcholas habeant, &c.* v. locum, tom. 20.

Admonitio Imperatoris Caroli Magni ad Presbyteros. I. In primis, ut Sacerdos Dei de divina Scriptura doctus ſit, & fidem Trinitatis rectè credat, & alios doceat, & ſuum officium benè poſſit implere.

II. Ut totum Pſalterium memoriter teneat.

III. Ut Signaculum & Baptiſterium memoriter teneat.

IV. Ut de Canonibus doctus ſit, & ſuum Pœnitentiale benè ſciat.

V. Ut cantum & computum ſciat.

Ibid. Ex ejuſd. Capitulari Dominico, dato anno Incarnationis Domini N. J. C. 805. ad Theodonis Villam, anno Imperij Domni Caroli 5.

IV. De diverſis diſciplinis diſcendis. De cæteris diſciplinis Eccleſiæ, ut ſecundùm canones, vel regulam fiant. *Append. 1. c. 4.*

V. De computo, & de arte medicinali. De computo, ut veraciter diſcant. De medicinali arte, ut infantes hanc diſcere mittantur. *Ibid. c. 5.*

Ex ejuſd. Capitulis, datis anno Domini 805. ad Theodonis Villam.

III. De Scribis & Notarijs. De Scribis, quòd vitiosè non ſcribant: ut unuſquiſque Epiſcopus, & Abbas, & ſinguli Comites ſuum Notarium habeant. *Append. 1. c. 3.*

Concil. Arelat. VI. anno 813. Can. iij. Ut Epiſcopi Presbyteros de Baptiſmo doceant, Sanctæque Scripturæ, & Canonum lectioni inſiſtant. *De Baptiſmo & Myſterio Sanctæ Fidei unuſquiſque Archiepiſcopus, &c.* v. locum, tom. 20.

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xij. Ut Presbyter antè annos 30. non ordinetur, & ut in Epiſcopio antè ordinationem probetur. PRESBYTERUM ordinari non debere antè legitimum tempus, hoc eſt antè 30. ætatis annum; *Addit. 3. c. 48.*

ſed priuſquàm ad conſecrationem Presbyteratûs accedat, maneat in Epiſcopio diſcendi gratiâ officium ſuum tamdiu, donec poſſint & mores & actus ejus animadverti, & tunc ſi dignus fuerit, ad Sacerdotia promoveatur.

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. iij. Ut Epiſcopi ſcholas conſtituant. OPORTET etiam ut ſicut Dominus Imperator Carolus vir ſingularis manſuetudinis, fortitudinis & prudentiæ, juſtitiæ, & temperantiæ præcepit, ſcholas conſtituant, in quibus & litteraria ſolertia diſciplinæ, & Sacræ Scripturæ documenta diſcantur, & tales ibi erudiantur quibus meritò dicatur à Domino:
Matth. 5. *vos eſtis ſal terræ*: & qui condimentum plebibus eſſe valeant, & quorum doctrina, non ſolùm diverſis hæreſibus, verùm etiam Antichriſti monitis, & ipſi Antichriſto reſiſtatur, ut meritò de illis in laude Eccleſiæ dicatur, mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.

Concil. Aquiſgran. anno 816. Can. xvj. De indictis præpoſitis. *Sicut iniqui & peccatores miniſterium Sacerdotale, &c.* Iſidor. lib. 3. ſentent. c. 35.

Ibid. Cap. cxxxv. Ut ergò pueros, qui nutriuntur, vel erudiuntur in congregatione canonica inſtantiſſima ſit adhibenda. *Solerter Rectores Eccleſiarum vigilare oportet, ut pueri & adoleſcentes, &c.* v. loc. eod. tom. 20.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. 1. cap. xxx. Ut omnibus Epiſcopis, propter honorem & utilitatem eccleſiaſticam ſollicitior circà habendas ſcholas cura
Addit. 1. cap. 5. abhibeatur. *Jamdudùm à pio & orthodoxo Principe Domino Hludovico Deo amabili Imperatore, &c.* v. locum, tom. 21.

Ibid. lib. iij. cap. xij. Ut ſcholæ publicæ ſaltem in tribus Imperij locis fiant. SIMILITER obnixè ac ſuppliciter veſtræ celſitudini ſuggerimus, ut morem paternum ſequentes, ſaltem in tribus congruentiſſimis Imperij veſtri locis ſcholæ publicæ ex veſtra auctoritate fiant: ut labor Patris veſtri & veſter, per incuriam (quod abſit) labefactando non depereat. Quoniam ex hoc facto & magna utilitas, & honor Sanctæ Dei Eccleſiæ, & vobis magnum mercedis emolumentum, & memoria ſempiterna ſuccreſcet.

Concil. Aquiſgran. II. anno 836. Cap. 1. De doctrina Epiſcoporum.

I. Quòd Epiſcopus antè omnia rectam fidem ſcire & docere debeat.

Primò viſum eſt in omnibus unumquemque Pontificum ſcire oportere fidem ſinceram, ut à principio ſumamus exordium, omnium bonorum ponentes fundamentum, id eſt, qualiter illam fidem ac credulitatem Sanctæ Trinitatis in unitate Deitatis ſibi tenere atque credere conveniat, ac cæteros perfectè inſtruere, qualiter & ipſi credendo ſalvi fieri poſſint.

II. Quòd Veteris Novique Teſtamenti ſcripta noſſe debeat.

Summos itaque Sacerdotes inexcuſabiliter noſſe oportet, ut ex Veteris Novique Teſtamenti ſcriptis, quæ vera ſunt ſalutique omnium proficua proferre doctè ſciant, &c. *v. locum, eod. tom.* 20.

IV. Quòd Evangelicam & Apoſtolicam doctrinam, Canoneſque cum Paſtorali Sancti Gregorij ſcire debeat. Convenit inſuper Sacerdotali Miniſterio ſcire formam Evangelicam, documentaque Apoſtolica, Canonum inſtituta, normam Regulæ Paſtoralis à Sanctiſſimo Pontifice Gregorio editæ, nè juxtà eumdem Sanctiſſimum Virum ab imperitis (quod abſit) Paſtorale magiſterium aliquâ temeritate uſurpetur aut vileſcat.

V. Quòd Epiſcopum Sacræ Legis meditationi intentum eſſe oporteat.

Sed & hoc ſcire convenit quantùm Rector Sacrę Legis meditationibus debeat eſſe intentus, &c. *v. locum.*

XI. Vt ſinguli Epiſcopi Miniſtros ſuos rectè inſtruant.

Dignum etiam duximus ut unuſquiſque Epiſcoporum, &c. *v. locum.*

Homilia Leonis Papæ IV. Vnuſquiſque Presbyter officium ſuum rectè addiſcat; qui autem eſt illiteratus, ab officio ſuſpendatur, niſi emendet.

Concil. Valentin. III. anno 854. Can. xviij. De Scholis inſtituendis. *Vt de Scholis tàm divinæ quàm humanæ litteraturæ, &c.* v. locum, eod. tom. 21.

Hincmar. Archiepiſc. Rhemenſis Capitula, ad Presbyteros Parochiæ ſuæ, anno 852. Cap. 1. Vt Presbyteri diſcant expoſitionem Symboli, & Orationem Dominicam, &c. cum Symbolo Athanaſij. *Vt unuſquiſque Presbyterorum expoſitionem Symboli, atque Orationis Dominicæ, &c.*

Ibid. Cap. ij. De Scrutinio, & ordine Baptizandorum. Vt Scrutinium & omnem ordinem baptizandi nulli penitùs liceat ignorare.

Ibid. Cap. iij. De Exorciſmo Cathecumenorum, & de Baptiſmo infirmorum. Item de Fontibus ac Vaſis ad Corporalia & Pallas abluendas. *v. locum.*

Ibid. Cap. iv. De ordine reconciliandi & ungendi infirmos: deque exequijs defunctorum, & de Benedictione Salis & Aquæ. Ordinem reconciliandi juxtà modum ſibi canonicè teſervatum, atque ungendi infirmos, orationes quoque eidem neceſſitati competentes memoriter diſcat: ſimiliter ordinem, & preces in exequijs defunctorum, nec minùs exorciſmos, & benedictionis aquæ & ſalis.

Ibid. Cap. ix. De Homilijs S. Gregorij, & de computo cantuque eccleſiaſtico. Homilias 40. Gregorij quiſque Presbyter ſtudioſè legat & intelligat, & ut cognoſcat ſe ad formam ſeptuaginta Diſcipulorum in miniſterio eccleſiaſtico eſſe promotum ſermonem prædicti Doctoris de 72. Diſcipulis à Domino ad prædicandum miſſis, pleniſſimè diſcat, ac memoriæ tradat. Computo etiam neceſſario, & cantu per anni circulum pleniſſimè inſtruatur.

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Titul. xj. Cap. xx. De Sacerdotibus qui miniſterium ſuum adimplere non valent. *Ex lib. 7. cap. 137.* Sacerdotes, qui VII.100. ritè non ſapiunt adimplere miniſterium ſuum, nec diſcere juxtà præceptum Epiſcoporum ſuorum pro viribus ſatagunt, vel contemptores Canonum exiſtunt, ab officio removendi, quoque hoc pleniter emendatum habeant.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. xvij. Ut ſcholas Presbyteri pro poſſe habeant, & libros emendatos.

Ibid. Capitul. lxxiij. Vt diſcendi gratiâ ad civitatem, vel ad loca conſtituta Presbyteri veniant quadrageſimali tempore.

Walterij Aurelian. Capitula. ij. Quomodo per Archidiaconos vita & doctrina Presbyterorum Cardinalium inveſtigetur? UT PER Archidiaconos, vita, intellectus, & doctrina Cardinalium Presbyterorum inveſtigetur. Vita ſcilicet modeſtiæ & ſobrietatis, ac ſtudium religioſæ converſationis in cunctis actibus ſuis. Intellectus verò, quomodo ſit idoneus unuſquiſque Fratres ſuos in fide S. Trinitatis erudire; ut credant Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum eſſe Dominum omnipotentem, æternum, inviſibilem, qui creavit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, & unam eſſe Deitatem & Subſtantiam, & Majeſtatem in tribus Perſonis, Patris, & Filij, & Spiritûs

Sancti. Et quemadmodùm Filius Dei incarnatus eſt de Spiritu Sancto, & Maria ſemper Virgine pro ſalute & reparatione humani generis: paſſus, ſepultus, & tertiâ die reſurrexit, & aſcendit ad cælos, & quomodo iterùm venturus ſit in Majeſtate divina judicare vivos & mortuos. Et quia erit una Reſurrectio mortuorum, & quòd impij propter ſcelera ſua cum diabolo in ignem æternum mittantur, & juſti cum Chriſto & Sanctis Angelis in vitam æternam. In doctrina verò, qualiter eos qui tardiores ſunt, de fide, ſpe, caritate, cæteriſque virtutibus verbis, & probabili exemplo eos qui indigent, poſſit inſtruere, ſecundùm Evangelicam & Apoſtolicam, atque canonicam inſtructionem, qualiter indeclinabiliter vivant, & à quibus vitijs eos oporteat abſtinere, nè cum diabolo in æternam damnationem demergantur.

Ibid. Cap. xxij. De computo diſcendo. Vt omnes Presbyteri calculandi peritiam habeant, & ſuos in idipſum ſtudiosè erudiant.

Ibid. Cap. xxiij. Vt canones non ignorent. Sacros præterea canones nulli Sacerdotum ignorare permittitur, nec quicquam facere quod Patrum regulis poſſit eſſe contrarium.

Walterij Aurelian. Capitula. VI. Vt unuſquiſque Presbyter clericum & Scholam habeat. Vt unuſquiſque Presbyter ſuum habeat clericum, quem religiosè educare procuret: & ſi poſſibilitas illi eſt, ſcholam in Eccleſia ſua habere non negligat, ſolerterque caveat, ut quos ad audiendum ſuſcipit, caſtè, ſinceriterque nutriat.

VII. De libris eccleſiaſticis, & de Euchariſtia ſemper habenda. Vt libros eccleſiaſticos, Miſſalem, videlicet, Lectionarium, Pſalterium, Antiphonarium, Martyrologium, & Homiliarium, per quos ſe & alios informare debent, habeant. Et per libros benè correctos emendant, nè opus Dei cum deſidia facere videantur, ut unuſquiſque capitula de majoribus vel minoribus vitijs, ſeu etiam virtutibus, per quæ cognoſcere poſſit, vel prædicare ſubditis ſuis, ut caveant ab inſidijs diaboli.

XX. De ritibus Sacramentorum, & gradibus eccleſiaſticis memoriter diſcendis. Vt ſinguli Sacerdotum, Sacramenta quæ circà initiandum Baptiſmate chriſtianum agenda ſunt, & quæ ad viſitandum, & reconciliandum infirmum pertinent: & quæ defunctorum exequijs impendenda ſunt, & canones memoriter coram nobis recitare & exponere valeant. Gradus quoque Eccleſiaſticos ſimiliter memoriæ commendatos habeant. Et undè unicuique gradui in veteri Teſtamento origo fuerit, & quomodo novum in idipſum concordet: & quemadmodum Salvator eoſdem gradus in ſe compleverit, ſano intellectu noverint explanare.

Concil. Lingon. anno 859. De Scholis Sacræ Scripturæ, & humanæ litteraturæ inſtituendis. *Ut Scholæ antiquarum Scripturarum, & humanæ quoque litteraturæ, &c.* v. locum, tom. 22.

Concil. Colonienſe I. anno 1536. pars duodecima. Cap. 1. De Scholis, Typographis, ac Bibliopolis.

Cap. ij. Scholæ inter viſitandum repurgandę ac inſtituendæ.

Cap. iij. Apud ſingulas Eccleſias habendus vir eruditus, qui clericos ejus Eccleſiæ inſtituat.

Cap. iv. Qui huic viro victum ſuppeditabunt.

Cap. v. Quemadmodùm Academiæ inſtaurari, ac ſtudia ali poſſint?

Cap. vj. Pium votum ad ſtudia ſublevanda.

Cap. vij. Decretalem Honorij tertij, quoad ejus fieri poteſt renovari æquum eſt.

Cap. viij. Quid cavendum in Academijs?

Cap. ix. Nihil imprimendum aut vendendum, niſi reviſum priùs. *v. locum, tom.* 35.

Cap. x. Quòd ad inſtituendam juventutem non ſint admittendi, niſi de fide, moribus, & inſtitutione ſuâ priùs examinati. *v. locum, poſt Edicta Synodi Diœceſanæ Trevirenſis, anno* 1548. *eod. tom.*

Cap. ij. Quæ artes in trivijs, & quid in Gymnaſijs ſtudiorum ſeu univerſitatibus doceri debeat?

Cap. iij. Quos Actores juventuti prælegere, & quos virare oporteat?

Cap. iv. Qui libri Parochis & concionatoribus ſint virandi & fugiendi?

Cap. v. De ſtudioſis canonicis mittendis ad ſtudia univerſitatum ſumptibus Collegiorum.

Cap. vj. De cautione, quam dare debeant mittendi ad univerſitates.

Cap. vij. Collegia in univerſitate aliqua ſita, quò ſuos ſtudioſos mittere debeant.

Cap. viij. Qui gaudere poſſint univerſitatum privilegijs?

Cap. ix. De Theologo qui doceat in collegijs alendo.

Cap. x. De inſtaurandis lectionibus Theologicis in univerſitate Colonienſi. *v. locum.*

Concil. Mogunt. anno 1549. Capitul. lxij. De ſacris libris recognoſcendis, & repurgandis. *Cùm etiam libros Miſſales, Antiphonarios, &c.* v. locum, eod. tom. 35. pag. 273.

Ibid. Capitul. xcj. De Magiſtris Scholarum. *Hoc in primis totius Reipublicæ Chriſtianæ utilitas expoſcit, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. xcix. De libris per Typographiam publicandis. *v. locum.*

Concil. Mediolan. I. anno 1565. De abutentibus Sacrâ Scripturâ. *Nefaria eſt eorum temeritas, qui Sacræ Scripturæ verbis, vel ſententijs, &c.*

Ibid. De ludimagiſtris.

Ibid. De fidei initijs à Parocho tradendis. *Parochi ſingulis dominicis & alijs feſtis diebus, &c.* v. locum, tom. 36.

Concil. Mediolan. IV. anno 1576. De ſacris locis eorumque cultu. De Bibliotheca. *Sicut in libris ſacris, voluminibuſque Sanctorum, &c.*

Item. De prædicatione verbi Dei. *Verbi Dei prædicatio tractatione multiplex illa quædam & magna, &c.* v. locum fusè.

Item. De ſcholis doctrinæ chriſtianæ. *Ubicumque in Diœceſis, Pagis aut vicis præſertim frequentioribus, &c.* v. loc. in fin. part. 1. ejuſd. tom. 36.

Concil. Mediolan. V. anno 1579. Conſtitut. pars iij. *Seminarij inſtitutio quàm utilis ſit, &c.* v. locum fusè.

Concil. Aquileienſe Provinciale, anno 1598. Rubr. xij. De ſeminario clericorum. *Seminariorum inſtitutionem, conſervationem & promotionem in Eccleſia Dei, &c.* v. loc. in fine tom. 36.

DE CONTINENTIA CLERICORVM. CÆLIBATVS.

CANON. APOSTOLORUM V. Επισκοπος, ἢ πρεσβυτερος, ἢ διακονος, &c. Ut Episcopus, Presbyter, aut Diaconus uxorem suam, quam debet castè regere non relinquat. *Episcopus aut Presbyter, uxorem propriam, nequaquàm sub obtentu religionis abjiciat: si verò rejecerit, excommunicetur: sed si perseveraverit dejiciatur.* Can. vj. ex vers. Dion. Exig.

Ibid. Can. XXV. Τὴν εἰς κληρον προσιὸντων ἀγαμιαν, &c. Qui clerici debeant conjugibus copulari? *Innuptis autem qui ad Clerum provecti sunt, præcipimus, ut si voluerint uxores accipiant; sed Lectores, Cantoresque tantummodò.* Can. 27. Dion. Exig. *Tom.* 1.

Decreta Lucij Papæ ex Gratiano desumpta. *Tom.* 1. *pag.* 444. Officio & beneficio privetur Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, uxorem suscipiens, vel susceptam retinens.

Ex eisdem. Clericus Matronarum domicilia frequentans, deponatur. *vide titul.* Mulierum cohabitatio clericis interdicta.

Concil. Eliberit. anno 305. Capitul. xxx. De his qui post lavacrum mœchaverint, nè Subdiacones fiant. *Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerint mœchati; eò quòd postmodùm per subreptionem, ad altiorem gradum promoveantur; vel si qui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.*

Ibid. Can. xxxiij. De Episcopis & Ministris, ut ab uxoribus se abstineant. *Placuit in totum prohiberi Episcopis, Presbyteris & Diaconibus, vel omnibus Clericis positis in Monasterio, abstinere se à conjugibus, & non generare filios: quicumque verò fecerint, ab honore Clericatûs exterminentur.*

Ibid. Can. lxv. De adulteris uxoribus Clericorum. *Si, cujus Clerici uxor fuerit mœchata, & scierit eam maritus suus mœchari, & non eam statim projecerit, nec in fine accipiat Communionem; nè ab his qui exemplum bonæ conversationis esse debent, ab eis videantur scelerum magisteria procedere.*

Ibid. Can lxxvj. De Diaconibus, qui antè honorem peccasse probantur. *Si quis Diaconum se permiserit ordinari, &c.*

Concil. Arelat. I. anno 314. Can. x. Ut is cujus uxor adulteravit, aliam, illâ vivente, non accipiat. *v. locum, tom.* 2.

Concil. Ancyr. anno 314. Can. ix. Διάκονοι ἐσαν διοντες, &c. De Diaconis qui tempore ordinationis de nuptijs attestati sunt. *Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione, &c.*

Dist. 28. Diaconi quicumque.

Concil. Neocæsar. Can. 1. Πρεσβύτερος ἐγγαμος, &c. De Presbyteris, quòd

uxorem ducere non debeant. *Presbyter ſi uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, vel adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.*

Ibid. Can. viij. De his qui mulieribus adulteris juncti ſunt. *v. loc.*

Ibid. Can. ix. Πρεσβύτερος ἐαν προσμαρτυκὼς σώματι, &c. *Eſt Can. ix. interpret. Dion. Exig.* De his qui ad Presbyterium promoventur, & antè ordinationem ſunt ſibi peccatorum conſcij. *Presbyter, ſi præoccupatus corporali peccato, promoveatur, &c.* 5. diſt. 8. Qui admiſit corporale.

Ibid. Can. x. Ομοίως καὶ διακονος ἐαν ἐν τῷ, &c. ex interpretatione Dion. Exig. De Diaconibus ſimiliter. *Simili modo etiam Diaconus ſi eodem peccato ſuccubuerit, ab ordine miniſterij ſubtrahatur.* Per ὑπερτιν, Hypodiaconum intelligit Balſamō.

Concil. Laodic. anno 319. Can. xxx. Οτι οὐδὲ ἱερατικους, &c. ex interpretatione Dion. Exig. De viris cum mulieribus lavacra celebrantibus. *Quòd non oporteat ſacris officijs deditos, &c.* Diſt. 81. non oportet miniſtros & in Concil. Agath. cap. 67.

Concil. Gangrenſe, Can. iv. Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτερῳ; &c. ex interpret. Iſid. Mercat. De obligatione Presbyteri conjugati. *Quicumque diſcernit à Presbytero qui uxorem habuit, &c.* Tom. 2.

Ibid. 70. Periculo judicantium, & providentia eorum.

Ibid. 71. De accuſatione adversùs Doctorem ſubmovenda.

Ibid. 72. De Presbyteris, Diaconibus, & reliquis clericis, ex decreto S. Sylveſtri & 84. Epiſcoporum.

Ibid. 73. Laïci ad teſtimonium adversùs clericum ſuſcipi non debent.

Ibid. 74. Clericus in publico examinandus non eſt, ſed in Eccleſia.

Ibid. 75. De Epiſcopis damnare volentibus eum à quo ſunt conſecrati.

Ibid. 76. Vt nullus contrà religionem faciat.

Ibid. 77. De apoſtolicis & canonicis decretis minimè violandis.

Ibid. 78. De injuſto Judicio Principis metu, vel juſſu terminato caſſando.

Ibid. 79. Quòd hi qui contrà Patres armantur Deo exiſtant odioſi.

Ibid. 80. Vt nullus Regum hujus Canonis cenſuram in aliquo violare præſumat. *V. tom.* 18.

Concil. Calchut. anno 787. Capitul. xiij. De Judicijs juſtè ferendis. *Tom.* 18.

Capitulare Aquiſgran. Caroli Magni Regis, anno 789. Capitul. xxix. De conſpiratione Clericorum vel Monachorum.

Ibid. Cap. xxx. De accuſatione laïcorum contrà Epiſcopos.

Ibid. Cap. xliv. De Judicibus à Metropolitano probatis.

Ibid. Cap. xlv. De accuſatione vilium perſonarum.

Ibid. Cap. lxij. De Judicibus. *Ut quibus data eſt poteſtas judicandi, juſtè judicent, ſicut ſcriptum eſt*: Juſtè judicate, filij hominum. *Non in muneribus, quia munera excæcant corda prudentium, & ſubvertunt verba juſtorum. Non in adulatione, nec in conſideratione perſonæ, ſicut in Deuteronomio dictum eſt*: Quòd juſtum eſt judicate: ſive ſit ille peregrinus, nulla ſit diſtantia perſonarum, quia Dei Judicium eſt. *Primùm namque Judici diligenter diſcenda eſt lex à ſapientibus populo compoſita, nè per ignorantiam à via veritatis erret: & dùm ille rectum intelligit judicium, caveat nè declinet, aut per adulationem aliquorum, aut per amo-*

I. 1. c 62. Pſal. 57. Deut. 1.

rem cujuſlibet amici, aut per timorem alicujus potentis, aut propter præmium à recto Judicio. Rectum autem & honeſtum videtur, ut Judices jejuni cauſas audiant & diſcernant.

Concil. Francoford. anno 794. Can. vj. Vt Epiſcopi Juſtitias faciant in Parochijs ſuis.

Ibid. Cap. xxxvj. Vt criminoſis accuſare non liceat.

Ibid. Cap. xliv. Vt electi utriuſque Judices non ſpernantur. *v. loc. ibid.*

Concil. Arelat. VI. anno 813. Can. xij. Vt Comites & Judices cum Epiſcopis conſentiant, & Juſtitias faciant.

Ibid. Can. xvj. Vt in die dominico mercata & placita non fiant, nec opus rurale & ſervile.

Ibid. Can. xxij. Vt placita publica in Eccleſijs earumvè atrijs non fiant.

Concil. Rhemenſe II. anno 813. Can. xix. Vt Epiſcopi & Judices Judicia diſcernant.

Ibid. Can. xxxix. Nè munera pro placitis exigantur. *v. locum, tom.* 20.

Ibid. Can. xliij. Vt lites & jurgia terminum habeant. *v. locum.*

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xxxiij. Quomodo Comites & Judices ergà Epiſcopos ſegerere debeant, & Epiſcopi erga illos?

Ibid. Can. xxxiv. Vt Comites & Judices viles perſonas ad teſtimonium non admittant.

Ibid. Can. xxxv. Nullus pro Judicio munus exigat vel accipiat.

Ibid. Can. xxxix. Ut in Eccleſijs earumvè atrijs placita non fiant.

Ibid. Can. xlj. De criminoſis, qui Sacerdotali admonitione non corrigantur, ſæculari potentiâ coërcendis. *v. locum.*

Capitulare Catoli Magni Imperat. anno Imp. ejus 13. anno 813. Capitul. x. Vt Comites Epiſcopis obediant, & Juſtitias faciant.

Ibid. Cap xxj. Vt placita Eccleſijs earumvè atrijs non fiant.

Ibid. Cap. xxv. Vt publici criminis rei publicæ pœnitentiæ ſubjiciantur. *v. loc. eod. tom.* 20.

Capitula quæ pro lege habenda ſunt. Tit. v. De placitis à liberis hominibus obſervandis.

Ibid. Titul. vj. De liberis hominibus ad teſtimonium recipiendis. *v. locum poſt Capitulare III. Ludovici Pij Imp. tom.* 21.

Concil. Pariſ. VI. lib. ij. cap. iv. Quòd æquitas Judicij ſtabilimentum Regni, & injuſtitia ſit ejus everſio. *eod. tom.* 21.

Conventus in Villa Colonia, anno 843. Capitul. iij. De Juſtitijs unicuique ſecundùm legem ſuam faciendis.

Ibid. Cap. iv. Vt nemo quidquam Regi contrà Juſtitiæ rationem ſuggerat.

Ibid. Cap. v. Vt ſi quid Regi ſubreptum eſt, fideliter admoneatur.

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. lxxj. Vt auctoritatem Regiam penes ſe habeant Epiſcopi, quâ Miniſtros Reip. ſi eorum indiguerint, conveniant.

Ibid. Can. lxxvj. Vt Comites ſeu Judices placitum, aut mallum non teneant poſt quartam feriam in capite jejunij.

Concil. Mogunt. I. anno 848. Capitul. xix. De his qui ad ſubvertendam Juſtitiam munera accipiunt. *eod. tom.* 21.

Concil. Sueſſion. II. anno 853. Can. x. Vt in locis ſacratis Judicia publica non exerceantur.

Concil. Valentin. III. anno 854. Can. xj. Vt in Judicio forenſi juramentum juramento legitimè facto non opponatur. *v. loc. in fine tom.* 21.

Nicolai Papæ Epiſt. viij. *v. ejus notas.* Damnati & excommunicati Judices eſſe non poſſunt.

Item. De his qui admittuntur ad accuſandum.

Item. Epiſcopus à ſubditis ſuis judicari non debet.

Item. Subditi Præpoſitorum vitia occultare, non probare debent.

Item. Inferior majorem judicare non poteſt. *v. locum, tom.* 22.

Nicolai Papæ I. Reſponſa, ad conſulta Bulgarorum. 1. In quibus conſiſtat Lex. *v. locum, eod. tom.* 22.

Ibid. lxxxiij. De criminalibus Judicijs.

Ibid. lxxxiv. De eo qui falsò aliquem accuſat.

Ejuſd. Decreta ſeu Reſcripta, ex Gratiani volumine. iij. De Judicijs. *v. loc. ibid.*

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Titul. xj. Cap. xxvj. Ut teſtes antequàm de cauſa interrogentur, ſacramento conſtringantur. *Ex lib.* 7. *Cap.* 333. Teſtes priuſquàm de cauſa interrogentur, &c. *v. locum.*

Capitula Herardi Archiepiſc. Turon. xij. De perjurijs, ſacrilegis, & ebrietatibus prohibendis: & ut teſtes jejuni jurent, ac priùs de perjurio moneantur, ut nullus infrà annos 14. teſtis ſuſcipiatur; & quòd ſemel perjurati ad teſtimonium non recipiantur.

Ibid. lxx. Ut criminoſus locum accuſandi non habeat; ut qui unum crimen non approbat, ad aliud non admittatur.

Ibid. lxxx. Quòd eamdem pœnam paſſurus ſit accuſator, ſi convincere non poteſt, quàm reus, ſi victus fuerit.

Ibid. lxxxiv. Quòd in omni cauſa capitali, ſeu ſtatutûs, non per advocatum, ſed per perſonam ſit agendum.

Ibid. xcix. De confeſſione ſcelerum, manifeſtum eſt eum confiteri crimina, qui indulto & delegato ſibi judicio purgandi ſe ratione non abutitur. Nihil enim intereſt, utrùm in præſenti examine, omnia quæ de eo dicta ſunt, comprobentur, quod ipſâ ejus abſentiâ pro confeſſione conſiſtat.

Ibid. cj. Accuſatores, calumnioſos vel ſuſpicioſos, nemo ſuſcipiat, nemo audiat.

Ibid. cij. Accuſatores & accuſationes, quos ſęculi leges non admittunt, Canonum quoque decreta removent.

Ibid. ciij. Quorum fides, vita & libertas neſcitur, non poſſint Sacerdotes accuſare, nec viles perſonæ, niſi in proprijs cauſis.

Ibid. civ. Si quis clericus in criminali vel leviori cauſa pulſatur, &c. *v. locum.*

Ibid. cv. Ut Sacerdotes de incognitis ſibi rebus nihil judicare præſumant, &c. *v. locum.*

Ibid. cix. In Eccleſijs vel in domibus, earumvè atrijs placita ſæcularia minimè fiant.

Ibid. cxix. Ut diffinita crimina nullus refricare audeat.

Epiſtola Epiſcoporum è Synodo apud Cariſiacum. Cap. xiv. Judices Villarum Regiarum quales conſtituendi ſint? *v. locum, eod. tom.* 22.

De

De Judicibus, in Nicæna Synodo. Statutum eſt quòd Judices alij non Synodo deberent eſſe, niſi quos ipſe, qui impetitur elegerit, aut quos conſenſu ſuo ejus Primates auctoritate hujus Sacræ Sedis conſtituerint: quia indignum eſt, ut ab externis judicetur, qui Provinciales & à ſe electos debet habere Judices.

Capitul. Hadriani Papæ. Cap. 1. Quòd qui Epiſcopum accuſat Dei ordinationem accuſat. *Dei ordinationem accuſat, in qua conſtituuntur, qui Epiſcopos accuſat, vel condemnat, dum minùs ſpiritualia quàm terrena ſectantur: undè & Propheta ait*: Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Capitular. lib. 5. can. 280. *Paral. 6.*

Ibid. Delatores qui ſint, & quâ pœnâ mulctandi? *Delatori, aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur; Delatores autem ſunt, qui invidiâ produnt alios.*

Ibid. De Judicibus. Cap. lxx. Majus periculum eſt judicantis, quàm ejus qui judicatur: undè unicuique providendum eſt, nè aliquem injuſtè judicet, aut puniat.

Ibid. Cap. lij. De Accuſatoribus. Qui crimen objicit, ſcribat ſe probaturum reverà: & ibi cauſa agatur, ubi crimen admittitur: qui non probaverit quod objecit, pœnam quam intulerit, ipſe patiatur.

Ibid. Cap. lv. De accuſatoribus Epiſcoporum Conſtantinus Imperator inter cætera ſic ait: *Veſtræ*, inquit, *accuſationes tempus habebunt proprium, id eſt, magni Judicij, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. lvj. Neque Præſul Summus à quoquam judicabitur, quia dicente domino: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.* Luc. 6.

Ibid. Cap. lvij. de Judicibus. Judex criminoſum diſcutiens, non antè ſententiam proferat capitalem, quàm aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes teſtes convincatur.

Item. Si quis Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconem falſis criminibus appetierit, & approbare non potuerit, nec in fine dandam ei eſſe Communionem.

Item. Ut qui Judices ſuſpectos habuerint, vocem appellationis exhibeant. *Si quis Judicem adverſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat: ut cum ei conceſſum fuerit, integro negotio apud alium Judicem amotis dilationibus poſſit audiri.*

Item de accuſatoribus. Presbyter non adversùs Epiſcopum, non Diaconus adversùs Presbyterum, aut Subdiaconus adversùs Diaconum, non Acolythus adversùs Subdiaconum, non Exorciſta adversùs Acolythum, non Lector adversùs Exorciſtam, non Oſtiarius adversùs Lectorem det accuſationem aliquam. Et non damnabitur Præſul, niſi in 72. teſtibus: neque Præſul Summus à quoquam judicabitur, quoniam ſcriptum eſt: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.* Luc. Presbyter autem in cardine conſtitutus, non niſi in 44. teſtibus damnabitur. Diaconus cardinalis conſtitutus Urbis Romæ, niſi in 26. non condemnabitur. Subdiaconus, Acolythus, Exorciſta, Lector, niſi ſicut ſcriptum eſt, in 7. teſtibus non condemnabitur. Teſtes autem ſine aliqua ſint infamia, uxores & filios habentes, & omninò Chriſtum deprecantes.

Nicolai Papæ I. Decreta. *De Judicijs, Tit. 3.* Inferior ſedes potiorem abſolvere, aut judicio ligare non poteſt, nec proprijs diffinitionibus ſubjugare. I. *Ibid. diſt. 21. c. Inferior.*

II. *Ibid. c. Nolite.* Filios circà spiritualem patrem, ut discipulos ergà magistrum, ità devotos ac sobrios esse decet, ut nullâ penitùs temeritate ad eorum vitam dijudicandam, nec saltem tenuiter reprehendendam prosiliant.

III. *Ibid. c. Nunc autem.* Non potest quisquam ritè ab his, qui inferioris ordinis vel dignitatis sunt, judicialibus submitti diffinitionibus: undè factum est, ut in Concilio Episcoporum nullus in Marcellinum, qui tempore Diocletiani & Maximiani Augustorum Idolis compulsus sacrificaverat, sed postea insignis Martyr effectus est, sententiam profetre ausus fuerit, dum ei sæpissimè omnes dicerent: *Tuo ore judica causam tuam, non nostro judicio.* Et iterùm: *Noli audiri in nostro Judicio, sed collige in sinu tuo causam tuam*, &c.

IV. *Ibid. c. Sequenti.* * *al.præsolandum* Acephalum liquet esse Concilium, ubi de tanta persona agitur, & majorum non expectatur sententia, cum & in causa Clericorum inferioris gradus solius Episcopi sui judicium tantummodò * postulandum sit.

V. *Ibid. c. Seq.* In tantùm hanc præsumptionem Sancti Patres apud Calchedonem detestati sunt, ut Dioscorum Alexandrinum Antistitem inter cætera idcircò potissimùm sine ulla restitutione damnaverint, quod ponens in cælum os suum, linquâ ejus transeunte super terram, excommunicationem in Sanctum Leonem Papam dictavit.

VI. *2. qu. 2. Carolo Regi Francor.* Omnes Leges tàm ecclesiasticæ, quàm vulgares & publicæ præcipiunt, ut omnia sibi ablata restituantur ei, qui suis est rebus expoliatus.

VII. *3. qu. 5. Michaeli Imp.* Quòd suspecti & inimici Judices esse non debeant, & ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis: nam quid gratius & amabilius dare quis inimico potest, quàm si ei ad impetendum commiserit, quem lædere fortè voluerit.

VIII. *3. qu. 9. Revera.* Reverà justus mediator non est, qui uno litigante, & altero absente amborum emergentes lites decidere non formidat.

IX. *Ibid. c. Indicans.* Indicans Hermanum Episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum: pro quibus quia ex parte ipsius persona deest, nos uni parti ad discrimen alterius credere procul dubio non possumus.

X. *Ibid. c. Si fortè.* Necesse est secundùm Sacrarum Scripturarum documentum, ac secundùm Justitiæ tramitem, & accusatum & accusatorem simul adesse, & unam partem quantacumque & qualicumque prędità sit auctoritate, sic ptorsùs audiri, ut alteri parti nullum præjudicium irrogetur.

XI. *4 q. 1. c. 2. Michaeli Imp.* Hæreticis non licet accusationes contrà orthodoxos Episcopos pro ecclesiasticis facere negotijs: hæreticos autem dicimus, tàm eos, qui olim ab Ecclesia projecti sunt, quàm qui post hoc à nobis anathematizati sunt; prætet hos autem & eos qui fidem quidem sanam negant, vel simulant confiteri.

XII. *4. q. 4. Fi.* Contrà titum ecclesiasticum, contràque venerandas leges producitur accusator, vel testis de Imperialibus ædibus, & cui imperari potest, ad falsum dicendum testimonium adhibetur; fiunt suspecti Judices, & lupi custodes.

XIII. *6 qu. 4. Quod benè. Carolo Regi Franc.* Quòd benè semel diffinitum est, & interpositis juramentis deliberatum, nullâ debet iteratione (nisi fortassis, ubi fuerit major auctoritas) retractari.

XIV. *24. qu. 1. ait. Mich. Imp. Augus.* Ait Cælestinus Papa Orientalibus Episcopis, scribens: Si quis ab Episcopo Nestorio, vel ab alijs qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus est, seu Antistitis, seu Clerici dignitate, in nostra hanc communione durasse, & durare manifestum est, nec judicamus eum remotum, quia non poterat quemquam ejus removere sententiâ qui jam se prę- [illegible] removendum.

Hiſtoria Eccleſiaſtica ab Euſebio Cæſarienſi Epiſcopo confecta de muliere quadam quæ de caſtitate à marito accuſabatur, ait: Præceptum eſt ab Imperatore lege latâ, ut primò permitteretur ei rem familiarem liberè diutiùs ordinare, tunc demùm reſponderet objectis. Hoc omnes leges tàm eccleſiaſticæ quàm vulgares, publicæque præcipiunt. Si autem de mulieribus & ſæcularibus viris hæc ſtatuta ſunt, multò magis eccleſiaſticis hominibus & Sacerdotibus ſunt conceſſa. XV. 33. qu. 2. *Hiſtoria. Carolo Regi Francor.*

Sive de conjugij fœdere, ſive de adulterij crimine Judicium agirandum ſit, nulla ratio patitur Theutbergam cum Lothario poſſe inire certamen, niſi priùs ad tempus fuerit reddita ſuæ poteſtati, & conſanguineis proprijs liberè ſociata. Itaque etiam locus providendus eſt, in quo nulla vis multitudinis formidetur, nè ſit difficile teſtes producere, vel certas perſonas, quæ tàm à Sanctis Canonibus, quàm à venerandis Romanis Legibus in hujuſmodi controverſijs requiruntur. XVI. *Ibid. c. Sive eidem.*

Concil. Wormat. anno 868. Cap. x. De incriminatis, qualiter expurgari debent. *Si Epiſcopo, aut Presbytero, cauſa criminalis, hoc eſt homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, in ſingulis Miſſam * celebrare, & ſecretam publicè dicere, & communicare debet, & de ſingulis ſibi imputatis innocentem reddere. Quòd ſi non fecerit, quinquennio à liminibus Eccleſiæ extraneus habeatur, ſicut antiqui Canones inſtituerunt.* 2. qu 4. Si Epiſcopo, aut Presbytero. * tractare.

Ibid. Cap. lxxiv. De conjurationibus. *Conjurationis vel conſpirationis crimen & ab exteris legibus eſt omninò prohibitum, multò magis hoc in Dei Eccleſia, nè fiat, admonere convenit. Si qui ergo Clerici vel Monachi reperti fuerint conjurantes aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis, aut Clericis, gradu proprio penitùs abjiciantur.*

Epiſt. clij. Joann. Papæ VIII. ad omnes Epiſcopos. *Ecce Sanctiſſimi Sacerdotes præmiſſis precibus Fraternitatem veſtram cum pia exhortatione convenio, &c.* v. loc. tom. 24.

Leges Eccleſiaſticæ Alvredi Magni Regis Anglorum. xv. De Judicibus. *Si quis coram Senatore Regio in frequenti plebis concione dimicarit, tum capitis æſtimatione, tùm mulctam, prout æquum fuerit præſtato, & Senatori 120. ſolidos numerato. Qui coactam populi concionem armorum extractione commoverit, dato Senatori 120. ſolidos. Hoc ipſum ſi præſente alio quocumque in locum ejus ſubſtituto, aut coram Sacerdote Regio evenerit, 30. ſolidis culpa penſator.*

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. viij. De his qui contemnunt bannum ab Epiſcopis impoſitum.

Ibid. Cap. ix. De eo, ſi Epiſcopus eccleſiaſticum, & Comes ſæculare placitum unâ die condixerint.

Ibid. Cap. xxx. De eo, ſi quis ab Apoſtolico falſam detulerit epiſtolam.

Ibid. Cap xxxv. Ut nullus Comes, nulluſque Judex diebus feſtis vel dominicis, ſeu jejuniorum, aut Quadrageſimæ placitum habere præſumat, & ut nullus pœnitens illo veniat. *v. locum, tom. 24.*

Concil. Mamnetenſe, anno incerto, Can. xix. Nè fœminæ publicis conventibus ac placitis immiſceant. *eod. tom.*

Leges Eccleſiaſticæ Canuri Regis, anno 1032. Alia tabula Legum Eccleſiaſticarum. 1. De Judicibus. De Juſtitia efferenda. *In primis juſtæ leges ut efferantur, injuſtè deprimantur volo, &c.* v. locum, tom. 25.

Ibid. ij. De miſericordia in Judicio exhibenda. *Edocemus autem, ut ſi quis in re deliquerit aliqua, &c.*

Concil. Coyacenſe, anno 1050. Cap. vij. De Judicibus. Ut populus à potentibus cum Juſtitia regatur. *Septimo quoque titulo admonemus, ut omnes Comites, &c.* eod. tom. 25.

Concil. Rhem. anno 1148. Can. v. De Judicijs. *Decernimus etiam ut Laïci eccleſiaſtica terminare negotia non præſumant, &c.*

Ibid. Can. vj. de eod argum. *Auctoritate quoque Apoſtolicâ prohibemus, ut nullus Advocaeus præter jus & beneficium antiquitùs conſtitueum, ſibi aliquid accipere vel uſurpare præſumat, &c.* v. locum, tom. 27.

Appendix ad Concil. Lateran. III. De poteſtate Judicum delegatorum. Cap. 1. Licet inhibita fuerit appellatio, à ſecundo tamen ad primum delegantem poteſt appellari.

Ibid. Cap. ij. Accuſatores & eorum fautores Juſtitiam impedientes, eccleſiaſticâ debent cenſurâ coërceri.

Cap iij. Quòd pro varietate litterarum in executione Judicibus eſt ſuperſedendum.

Cap. iv. Quòd non ſtandum ſententiæ quę manifeſtam continet iniquitatem.

Cap. v. Judex delegatus alij vices ſuas committere poteſt.

Cap. vj. Cauſæ quæ intrà certum terminum decidendæ committuntur, niſi de communi conſenſu prorogetur, ex lapſo expirat mandatum. Et qui ad hortationem Judicis delegati venire neglexerit, ſecundùm Judicis arbitrium poterit puniri.

Cap. vij. Cùm juriſdictio delegatur omnia videntur delegata, quæ faciunt ad juriſdictionem.

Cap. viij. Judex delegatus cauſam appellatione remotâ commiſſam alij non poteſt committere, &c.

Cap. ix. Quòd priores litterę derogant poſterioribus, niſi intentio prioris commiſſionis in poſterioribus habeatur. Quòd etiamſi cauſa conſenſu partium alteri fuerit delegata, & alter ignorante altero, tacitâ priori commiſſione, eam alij impetraverit committi propter dolum & fraudem debet alter in expenſis condemnari.

Cap. x. Quòd Judex delegatus ſuam executionem poteſt demandare.

Cap. xj. Item & de eodem ſi quis ei reſtiterit, poteſt eum coërcere.

Cap. xij. Quod ad juſtam Ordinarij commonitionem cauſa delegata debet differri, & Papa propterea conſuli.

Cap. xiij. Quòd non ſecundùm formam in litteris expreſſam, ſed ſecundùm rigorem juſtitiæ eſt in cauſa procedendum.

Cap. xiv. De eo quod ſuprà 6. cauſæ: & ſi aliter Judex fecerit, & fines mandati exceſſerit, ejus juriſdictio expirat.

Cap. xv. Quòd delegatus ſecundùm priores litteras poteſt in cauſa procedere, niſi expreſſim in poſterioribus contineatur, cauſam ipſam ab ejus examine ſubſtractam.

Cap. xvj. Quòd qui ſemel officio ſuo functus eſt, de cætero ejus juriſdictio ceſſat.

Cap. xvij. Quòd abſens causâ ſtudij vel peregrinationis, vel aliâ certâ causâ antè citationem excuſatur; & de eo quod ſuprà 6. cauſæ.

Cap. xviij. Quòd hæc conditio, ſi preces veritate nitantur, eſt ſubintelligenda, etſi non apponatur.

Cap. xix. Quòd Judex poteſt terminum appellationis abbreviare, & ſi intrà terminum non fuerit appellationem proſecutus, appellantem proſequi appellationem compellere poteſt, vel coram ſe judicio ſtare debet.

Cap. xx. Quòd Judex delegatus major eſt eo cujus cauſam ſuſcepit terminandam: & ſi rebellis fuerit, poterit eum punire.

Cap. xxj. Quòd etiamſi aliquis præſtito juramento Judicio ſiſti fuerit abſolutus, & ſtatim in vocem appellationis proruperit, non eſt aliquatenùs audiendus.

Cap. xxij. Quòd morte mandatoris, lite non conteſtatâ, finitur mandatum. *v. locum, tom.* 27.

Ibid. De Teſtibus cogendis, vel non. Cap. 1. Quòd vocatus ad teſtimonium perhibendum, niſi venerit, eſt coërcendus.

Cap. ij. Quòd poſt publicationem atteſtationum, teſtes non debent produci.

Cap. iij. Quòd Religioſi in proprijs cauſis à ferendo teſtimonio non ſint expellendi.

Cap. iv. Quòd Teſtis ſuper crimine convictus, non eſt audiendus.

Cap. v. Scripta authentica, ſi in ſcriptura teſtes deceſſerint, robur non habent, niſi per manum publicam ſint authentica, aut authenticatum habuerint ſigillum.

Cap. vj. Teſtis ob crimen contrà eum civiliter probatum à teſtimonio repellitur, ſed non aliter punitur.

Cap. vij. Quòd ad ferendum teſtimonium, nullus ſit cogendus, niſi timore adverſæ partis ſe ſubſtraxerit: & quòd Laïcus à Clerico in cauſam tractus, in foro forenſi eſt conveniendus.

Cap. viij. Laïcus contrà Clericum teſtimonium non poteſt perhibere, niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur injuriam: ſed nec tunc poteſt eum accuſare.

Cap. ix. Quòd non ſunt Teſtes ultrà tertiam productionem producendi.

Cap. x. Quòd dicta Teſtium benignè debent interpretari, nè de perjurio notentur.

Cap. xj. Quòd in cauſa filiationis contrà communem vicinæ opinionem, ſtandum eſt verbo viri & mulieris.

Cap. xij. Quòd poſt Teſtium renunciationem in cauſa appellationis ſuper novis articulis, Teſtes ſunt admittendi.

Cap. xiij. Quòd licet Juramentis contravenire.

Cap. xiv. Quòd qui perſonatui renuntiat & perſonam ſolvit, poteſt inviti inſtitutioni. &c.

Cap. xv. Quod privilegium ſuper re litigioſa impetratur, non valet.

Cap. xvj. Quòd Teſtes ſunt compellendi.

Cap. xvij. Quòd Teſtes duplex debent præſtare Juramentum.

Cap. xviij. De eo quod ſuprà Cap. 3. cùm nuntius.

Cap. xix. Quòd Teſtes debent moneri, non cogi.

Aliqui ad teſtimonium compellendi.

De teſtibus ſenio confectis.

Cap. xx. Quòd Judices debent ubi Teſtes degunt, ſi decrepiti fuerint.

Cap. xxj. Quòd Teſtes purgationis ſecundùm propriam conſcientiam judicare debent.

Cap. xxij. Quòd qui fornicarias habent, Eccleſiaſtico debent Beneficio ſpoliari: & quòd latrones & de perjurio convicti, non poſſunt ad teſtimonium perhibere.

Cap. xxiij. Quòd Teſtes ad accuſationem matrimonij non ſunt admittendi, qui tempore contracti matrimonij conſanguinitatem ſcientes ſiluerunt. *v. locum, ibid.*

Ibid. De Appellationibus. *v. titul.* De Appellationibus.

Ibid. De Sententijs, & Interlocutionibus. Cap. 1. Sententia à proprijs Judicibus lata, poſterioribus præjudicat.

Cap. ij. Poſſeſſione alicui adjudicatâ, non ſufficit eis pignus dari.

Cap. iij. Lis ſopita non debet reſuſcitari.

Cap. iv. Non licet Archidiaconis in aliquos ſententiam promulgare.

Cap. v. Si ſententia feratur iniqua, debet evacuari. *v. locum, ibid.*

Ibid. De interpretatione verborum & reſcriptorum. *v. locum.*

Ibid. De poteſtate Judicum. Cap. 1. Epiſcopus ſententiam à delegato latam poteſt confirmare, ſed eam tenetur executioni mandare, reſervatâ ſibi ſententiâ diffiniivâ.

Cap. ij. Non debet cauſa de crimine alicui committi terminanda, niſi perſonæ appareant, quæ velint perſonam criminoſi impetere: nec licet alicui Eccleſiaſticum Beneficium habenti, matrimonium contrahere.

Cap. iij. Unus in cauſa poteſt procedere, ſi id contineatur in mandato, lites etiam quæ concordiâ vel judicio terminantur, non debent ſuſcitari.

Locus mendoſus.

Cap. iv. De ſæculari feudo, non pertinet ad Eccleſiam judicare.

Cap. vj. deeſt titulus. *v. locum, ibid.*

Ibid. De Pactionibus ſecundo. Cap. 1. Pactio à prædeceſſore facta ſucceſſorem non litigat, niſi auctoritate Summi Pontificis fuerit confirmata. Illi etiam Eccleſiæ ab his decimæ perſolvendæ qui ab ea Eccleſiaſtica percipiunt Sacramenta. *v. locum.*

Ibid. Cap. ij. Tranſactio inter accuſatum & accuſatores ſuper crimine facta nullum robur debet obtinere.

Ibid. Cap. iij. Libello citationis antè obitum delegantis, lite poſt ejus obitum conteſtatâ, poteſt in cauſa procedere delegatus, qui etiam ad producendos teſtes inducias poſtulavit, videtur appellationi renuntiare.

v. ibid. ubi non eſt titulus. Cap. 1. Appellationi de rebus modicis factæ, quæ ſcilicet infrà ſummam viginti marcarum ſubſiſtunt, non eſt deferendum; ſed ut intrà fines Judices qui ſuſpicione careant eligat, appellans eſt cogendus: à quibus ſi quis partium crediderit appellandum, ad Archiepiſcopum vel Primatem vocem appellationis emittat.

Cap. ij. Litteræ à tribus menſibus, antè obitum delegantis impetratæ eumdem debent tempore ſucceſſoris ſortiri effectum, quem ſi adhuc ille viveret habere debuiſſent.

Cap. iij. Si litteræ in narratione facti non in ſuſpecto loco fuerint abraſæ, non debent propter hoc falſæ judicari: ſi verò de appellatione habita in prioribus,

in poſterioribus non ſit mentio facta, poſteriores in irritum ſunt revocandæ.

Cap. iv. Si mulier à conſanguineo viri ſui fuerit polluta, & veneficium periculum & alias vitæ inſidias viro machinata, poteſt inter eos divortij ſententia promulgari, ita ut vir eâ mortuâ, licentiam habeat aliam ducendi in uxorem. Ipſa verò ſine ſpe conjugij perpetuò remanebit.

Cap. v. Si qui pro evacuando mandato apoſtolico antè citationem appellaverint, aut alios in poſſeſſionem rei litigioſæ induxerint, vel ſe malitiosè ſubtraxerint, non eſt eorum appellationi deferendum: ſed illi qui in poſſeſſione ſunt, licet in reſcripto non comprehendantur, auctoritate ejus conveniri poſſunt.

Cap. vj. Qui in ægritudine ad loca religioſa ſe tranſtulerint, ſi in ipſa ægritudine deceſſerint, cogi poſſunt & debent ut perſonis vel Eccleſijs à quibus pabulum receperunt ſalutis, canonicam relinquant portionem.

Cap. vij. Super re ſacra & litigioſa tranſigi non poteſt; aliàs autem litigantes amicabiliter componere poſſunt.

Cap. viij. Judex delegatus tàm ordinarium quàm alium ad efficiendum quod mandat cogere poteſt, & ſi obedire noluerit eum poterit punire.

Cap. ix. Spontaneæ abjurationis exceptio ſine cauſæ cognitione, non eſt admittenda; & probatio ſpontaneam negantis renunciationem eſt recipienda.

Cap. x. Si Sacerdos occultè aliquos conjunxerit, ab officio trienniò ſuſpendi debet; quoniam non ſunt occultè matrimonia contrahenda.

Cap. xj. Si in executione mandati fraus intervenerit, non poteſt executor de tuo negotio cognoſcere; ſed debet indicens quæſtio ad Sedem Apoſtolicam referre.

Cap. xij. Clericus à Laïco præſentatus, ſi ab Epiſcopo non fuerit inſtitutus, & appellaverit, licet alius poſtmodùm intruſus fuerit, ab Eccleſia debet amoveri, & alius inſtitui.

Cap. xiij. Si cauſa, appellatione remotâ, ſit commiſſa, & altera pars appellaverit, non eſt appellationi deferendum, niſi appellans antè citationem iter arripuerit ad Sedem Apoſtolicam veniendi. Item ſi Judex ſuper ſuggeſtum falſi probationes audire noluerit, appellans audietur. Item ab uno Judicum, appellatione remotâ, in cauſa procedi non poteſt, niſi hoc in litteris ſpecialiter contineatur.

Cap. xiv. Quòd nullus ad Eccleſiaſtica Beneficia eſt admittendus, niſi ſit electus: & quòd filij perſonarum citrà Sacros Ordines conſtitutarum, parentibus in Eccleſiaſticis ſuccedere poſſunt, ſi tamen merita ſuffragantur.

Cap. xv. Monachi Ciſtercienſis Ordinis non debent villas, molendina, Eccleſias, Altaria poſſidere, fidelitates & hominia ſuſcipere, ruſticos & tributarios tenere, nec operam adhibere, ut termini poſſeſſionem eorum dilatentur.

Cap. xvj. Qui præſtito juramento Judicio ſiſti, beneficium abſolutionis obtinuit, niſi infrà annum appellationem fuerit proſecutus, in priſtinam poteſt ſententiam detrudi, & non obſtante Apoſtolico Judicio, Eccleſiæ ſtare compelli.

Poteſt aliquis appellare per ſe. & per alium nec per ſe, nec per alium, per ſe, non per alium, non per ſe.

Cap. xvij. Variantis verbum teſtimonium reprobatur.

Cap. xviij. Poteſt quis Jus quod habuit ſuo amittere facto.

Cap. xix. Is qui præſidet, poteſt votum diſpenſare.

Cap. xx. Nè quis dicat Christum non esse aliquid secundum quod homo. *v. locum, eod. tom. 27. sub fin.*

Ibid. *Hujus etiam titulus in Archetypo desideratur.* Cap. 1. De Simonia. *v. titul.* Contrà Clericos simoniacos.

Cap. ij. Judex potest appellantibus terminum prosequendæ appellationis præfigere, vel eos compellere Judicio Ecclesiæ sisti, vel si noluerint, potest eos appellatione remotâ excommunicare.

Cap. iij. Propter occultum delictum, non est aliquis à promotione repellendus.

Cap. iv. Si quis matrem uxoris suę cognoverit, si id occultum sit, non est ab uxore insćia propter hoc separandus.

Cap. v. Licet quis sororem uxoris suæ cognoverit, non debet propter hoc ab uxore separari.

Cap. vj. Episcopus cum Clerico dæmones invocante misericorditer agere potest.

Cap. vij. Clerici infrà Subdiaconatûs Ordinem constituti, matrimonia contrahentes, Ecclesiastico possunt spoliari: sed si de bonis suis aliqua Ecclesijs contulerint, ad ipsos redire debent.

Cap. viij. In legatis testamento Ecclesiæ relictis, duo vel tres sufficiunt testes.

Cap. ix. Ecclesię licitè potest sub conditione donari.

Cap. x. Si puer habitum religionis susceperit, & eum voti pœnituerit, infrà 14. annum, habitum relinquere potest, & ad sæculum redire, dum tamen à parentibus non sit oblatus, nec id unquàm ratum habuerit.

Cap. xj. Ecclesia non debet propter alicujus appellationem debitis obsequijs defraudari: Canonici etiam sæculares debitam in Ecclesijs tenentur facere residentiam.

Cap. xij. Ab itinere Hierosolymitano potest quis absolvi.

Cap. xiij. Si quis habitum religionis metu mortis susceperit, licitè habitum relinquere potest, nisi id aliquando ratum habuerit.

Cap. xiv. Quòd Laïcus non est in accusationem Clerici admittendus. Item. Si quis aliquem accusaverit, frater illius non potest postmodùm accusare. Item. Purgatores alicujus, honesti debent esse & bonæ opinionis, vitamque illius quem purgare debent, cognoscere & conversationem.

Cap. xv. A voto tamen potest quis absolvi, dum tamen eleëmosynis redimatur.

Cap. xvj. Monachi in accusationem Abbatum suorum sunt admittendi, eisque de Monasterio expensæ necessariæ debent administrari. Item. Contrà confirmationem Summi Pontificis non est aliquatenùs judicandum, nisi novum emerserit mandatum, aut certum sit, ipsam per falsam suggestionem impetratam.

Cap. xvij. Clandestina matrimonia contrahentibus publicata, ab Ecclesia sunt recipienda: genitique in tali matrimonio sunt legitimi.

Cap. xviij. Institutiones vel destitutiones sine fratrum concilio non sunt faciendæ.

Cap. xix. De eodem, & quòd in confirmationibus absentium, nomina non sunt scribenda.

Cap. xx. Teſtamenta coràm Presbytero, vel tribus, vel duobus alijs facta, rata ſunt & firma.

Cap. xxj. Eccleſia adulterio polluta, per aſperſionem aquæ benedictæ debet reconciliari: & propter peccatum unius, alijs purgatio eſt indicanda.

Cap. xxij. Sacerdos infirmum, uno tantùm præſente Clerico, vel etiam ſolus injungere poteſt. Item. Feſtum B. Matthiæ in anno biſſextili in primo vel ſecundo die poteſt celebrari. Item. Mulier à viro ſuo crimine aliquatenùs non eſt ſeparanda, niſi ubi eam ad maleficia tranſire contigerit; de viro ſimiliter ſtatuentes.

Cap. xxiij. Si verò ad alias partes ſe tranſtulerit, ibique per decennium moram fecerit, & redire noluerit, poterit inter ipſum & uxorem ejus divortium celebrari, ſed proles antè divortium procreata, eſt legitima.

Cap. xxiv. Raptor dici non poteſt, qui mulieris habuerit conſenſum: & poſt carnis commixtionem matrimonium eſt perfectum.

Cap. xxv. Ea quæ propter filium proprium, quem interemerat, à viro eſt abjurata, eidem viro debet reſtitui, & ei de commiſſo pœnitentia indici.

Cap. xxvj. Confeſſio coacta non valet. Item, cum cauſa duobus committitur, ſententia unius non valet.

Cap. xxvij. Si quis aliquem interfecerit, ab Altaris miniſterio debet ceſſare.

Cap. xxviij. Propter naturalem frigiditatem, vel alia maleficia, legitimè conjuncti non ſunt ſeparandi. Item, qui non eſt aptus debitam reddere uxori, ad matrimonium contrahendum aptus minimè reputatur.

Cap. xxix. Ad arctiorem religionem licitum eſt tranſire. Item, licet inter aliquos publica & notoria ſit parentela, non poſſunt tamen ab invicem abſque Judicio Eccleſiæ ſeparari. Licet notorium ſit & publicum, aliquem cognatam ſuam duxiſſe, ſi non appareant aliqui qui velint matrimonium impetere, non ſunt ſeparandi, niſi in primo vel ſecundo gradu conſanguinitatis ſint conjuncti. Decimæ à Laïcis Jure hæreditario non poſſunt poſſideri.

Cap. xxxj. Licitum eſt à Sponſalitiis recedere, & ad vitam contemplativam venire. Si quis aliquam petat in uxorem, cujus viri conſanguineam ſe cognoviſſe dicat, non eſt inter eos matrimonium contrahendum, niſi ſit Juramento firmatum. *v. cætera, ſunt Cap. 67. in fin. tom 27.*

Concil. London. anno 1200. Capitul. xij. Diffamatis publica fama judicatur purgatio. *Diffamati fama publica, vel veriſimilibus Judicijs ſuper crimine, &c.* v. locum, tom. 28.

Decreta Generalis Concilij Lateran. IV. Cap. xviij. De Judicio ſanguinis & duelli Clericis interdicto. *Sententiam ſanguinis nullus Clericus dictet aut proferat, &c.*

Ibid. Cap. xlij. De ſeculari Juſtitia. *Sicut volumus ne Jura Clericorum non uſurpent Laïci, ita velle debemus, nè Clerici Jura ſibi vendicent Laïcorum.*

Ibid. Cap. xliij. Nè ſine cauſa Clericus fidelitatem Laïco faciat.

Ibid. Cap. xlviij. De forma recuſandi Judicem. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Oxonienſe, anno 1222. Cap. xxx. Quòd Judices non impediant bonum pacis inter partes, ubi cauſa recipiat compoſitionem ad ſuggeſtionem Præconis.

Ibid. Cap. xxxj. Quòd Judex non judicet aliquem ad purgationem ad ſug-

geſtionem Præconis tantùm, ut ſit Judex & Actor. *Nec in cauſa ſua præſumant eſſe Judices, &c.* v. loc. eod. tom. 28.

Concil. London. anno 1237. Cap. xxiij. Contrà Judices imperitos. *Cùm non ſolùm poteſtas, ſed diſcretio & ſcientia in diſtringendis, &c.*

Cap. xxiv. De Jureiurando calumniæ. *Juſjurandum calumniæ in cauſis eccleſiaſticis, &c.*

Cap. xxv. De Procuratoribus conſtituendis.

Cap. xxvj. Quomodo fieri debeant citationes?

Cap. xxvij. Nè quis ſigillum ſuum apponat litteris quarum confeſſioni non interfuit.

Cap. xxviij. Qui habere debeant ſigilla authentica?

Cap. xxix. Juramentum ab Advocato præſtandum.

Cap. xxx. De Actis ſcribendis.

Cap. xxxj. De Cautione præſtanda. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Lugdun. I. anno 1245. Capitul. 1. De Reſcriptis. *Cùm in multis Juris articulis infirmitas reprobetur, &c.*

Cap. ij. de eod. *Præſenti decreto duximus ſtatuendum, nè, &c.*

Cap. iij. De electione & electi poteſtate.

Cap. iv. De officio & poteſtate Judicis delegati.

Cap. v. De Judicijs.

Cap. vj. De litis conteſtatione.

Cap. vij. De dolo & contumacia.

Cap. viij. De reſcriptis, &c. *v. locum, eod. tom. 28.*

Concil. Lugdun. II. anno 1274. Cap. ij. De electione & electi poteſtate. *Gregorius decimus in generali Concilio, ubi periculum magis intenditur, ibi procul dubio eſt pleniùs conſulendum, &c.* v. totum fusè ad titul. 14.

Concil. Ravennate I. anno 1286. Capitul. viij. De criminibus & delictis ſpecialiter Epiſcopis reſervandis. *Nè ducatum præbeat cæcus cæco, caſus in quibus volumus ſolos adiri Epiſcopos, &c.* eod. tom.

Concil. Herbipolenſe, anno 1287. Capitul. xxxvj. De his qui prohibent nè quis coràm Eccleſiaſtico Judice conqueratur. *Perſonas omnes quacumque dignitate & ſtatu, &c.*

Ibid. Cap. xxxvij. De Falſarijs. *Falſarios litterarum, ſeu bullæ Summorum Pontificum, &c.* v. loc.

Concil. Ravennate IV. anno 1317. Cap. xviij. De pœna Judicum, qui Clericos repertos cum armis, vel in alijs maleficijs deprehenſos, detentos retinent, vel ad ſuum Judicem opprobriosè remittunt. *Sæculares poteſtates, ſeu Rectores, vel Judices, &c.*

Ibid. Cap. xix. Quòd nullus pro eodem delicto debeat duplici pœnâ puniri. *Cùm nullus pro eodem delicto duplici pœnâ puniri, &c.* v. locum, tom. 29.

Concil. Palentinum, anno 1322. Cap. ij. De officio Ordinarij. *Quia notitia Catholicæ Fidei cuilibet Orthodoxo eſt neceſſaria, &c.* v. loc. eod. tom. 29.

Ibid. Cap. iij. De foro competenti. *Eccleſiaſtica Juriſdictio à ſæculari diſtincta dignoſcatur, &c.*

Ibid. Cap. v. De Teſtibus. *Cauſarum & litium diſpendioſa protractio, &c.* v. locum, ibid.

Concil. Friſingenſe, anno 1440. Cap. 1. De Clericis peregrinis & ignotis. *Quia Paſtoralis ſollicitudini incumbit ſubditis providere, &c.*

Cap. ij. De Judicijs. *Nè quiſquam Laïcus vexetur per inanem citationem, &c.*

Cap. iij. De foro competenti. *Quia privilegium fori Eccleſiæ eſt immediatè à Jure Divino, &c.* v. loc. tom. 33. in fine.

Statuta Synodi Diœceſanæ Auguſtenſis, anno 1548. Titul. xxviij. De majoritate & obedientia & diſciplina populi. *Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitatiſque Auguſtenſis, &c.*

Ibid. Titul. xxxij. De pœnis. *Cùm porrò ſine coërcitatione Juriſdictio nulla ſit, &c.* v. loc. tom. 35.

Edicta Synodi Diœceſanæ Treverenſis, anno 1548. De medio ſexto. II. De impedientibus executionem mandatorum & ſententiarum Judicum Eccleſiaſticorum. *Eccleſiaſticus Judex officio ſuo nequivit perfungi, &c.*

III. Nè Judices ſæculares de matrimonialibus & alijs ſpiritualibus cauſis judicent. *Cùm Matrimonij Sacramentum, ut Sacramenta reliqua, &c.* v. locum, eod. tom. 35.

Concil. Treverenſe II. anno 1549. Cap. xvj. Ut nemo Clericos, vel Eccleſiaſticas Perſonas ad Judicium ſæculare trahere præſumat. *Magnum abuſum, & Canonibus, & Imperialibus Legibus contrarium, &c.* eod. tom. 35.

Concil. Mediolan. III. anno 1575. De ijs quæ ad Epiſcopale forum pertinent. *Epiſcopus anni ſpatio ad ſummum fori ſui Judicijs, Cauſis & Judicibus, Advocatis, Procuratoribus, Notarijs, & Miniſtris quibuſcumque etiam infirmis, quibus in rebus opus fuerit certas conſtituat leges, &c.* v. locum, tom. 36.

Ibid. Quædam ad Sodalitates pertinent. *Multa mala exeunt ex prætermiſſo, & valdè his temporibus neglecto fraternæ correctionis officio debito ac neceſſario, &c.* v. locum.

Concil. Mediolan. V. anno 1579. Conſtitutionum pars tertia. De Epiſcopo, Epiſcopali Juriſdictione, & Foro.

Item. De Procuratore Fiſci Epiſcopalis.

Item. De Cancellario & Notarijs. *v. locum, eod. tom. 36.*

EXCOMMVNICATIO EXCOMMUNICATI.

CANON. APOST. XI. ex verſ. Dionyſij Exigui. Quòd cum excommunicatis non ſit orandum. Εἴ τις ἀκοινώνητα καὶ ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, ἔστω ἀφορισθή-
Eſt Can. x. *Si quis cum excommunicato ſaltem in* * *domo ſimul oraverit, iſte Communione privetur.*

* domo locutus fuerit.

Ibid. Can. xxiv. ex ejuſd. verſione. Ut Laïcus qui ſe eunuchizavit, tribus annis Communione privetur. Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἐκτεμὼν ἀσάτω, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία ἐπίβουλος γὰρ ἐστὶ
Eſt Can. 23. *Laïcus ſemetipſum abſcindens, annis tribus Communione privetur, quia vitæ ſuæ inſidiator extitit.* v. locum, tom. 1.

Concil. Eliberitanum, anno 305. Can. liij. De Epiſcopis qui excommunicato alieno communicant. *Placuit cunctis, ut ab eo Epiſcopo quis accipiat Communionem, &c.* v. loc. eod. tom.

Epiſt. 1. Calliſti Papæ I. De criminationibus Doctorum. *v. locum, ibid.*

Ejuſd. Epiſt. ij. tit. ij. De ijs qui excommunicatis communicant, vel infidelibus.

Epiſt. Urbani Papæ I. tit. v. Ut nullus communicet ijs quibus Epiſcopus non communicat, vel recipiat, quos ille abjecerit.

Epiſt. ij. Sixti Pap. v. Quòd excommunicati Epiſcopos accuſare non poſſunt, nec illi qui eos in ſua non recipiunt accuſatione, nec major à minori judicari vel damnari.

Decreta Eutychiani Pap. Tit. iv. Membra detruncans, domos incendens, abſque Judiciali auctoritate excommunicetur.

Concil. Eliberit. anno 305. Cap. xxxij. De * excommunicatis Presbyteris, ut in neceſſitate Communionem dent.

* *de Preſbyt. ut excommunicatis in neceſſit. communionem dent.*

Concil. Arelat. I. anno 314. Can. xvj. Ut ubi quiſque fuit excommunicatus, ibi Communionem conſequatur. *De his qui pro delicto, &c.* Tom. 2.

Concil. Nicæn. anno 325. Can. vj. De excommunicatis ab uno Epiſcopo, non recipiendis ab alio, & de abſolvendis illis ab Archiepiſcopo, vel Patriarcha, cùm conſtiterit de iniqua excommunicatione.

Ibid. Can. xxvj. De vitandis excommunicatis, & de non accipienda oblatione ab eis: & de excommunicatione non vitantis excommunicatum.

Ibid. Can. xxvij. De ira, indignatione, odio, Sacerdoti fugiendis, & ei potiſſimum qui poteſtatem habet excommunicandi.

Ibid. Can. xlvj. De excommunicatis ab uno aliquo, quando ab alio abſolvi, vel non abſolvi poſſint.

Epiſt. 1. increpatoria Julii Papæ I. Titul. iv. Si quis Epiſcopum præter auctoritatem Sedis Apoſtolicæ damnaverit, vel à Sede expulerit, de gradu ſuo dejiciatur, & excommunicetur, & Epiſcopi ejecti reſtituantur.

Concil.

Concil. Antioch. I. anno 340. Can. ij. .....μὴ ἐξεῖναι δὲ κοινωνεῖν τοῖς ἀκοινωνήτοις τοῖς, &c. De his qui ſe à perceptione Sanctæ Communionis averiunt, & qui excommunicatis per domos communicant. *Omnes, &c. Cum excommunicatis autem non licere communicare, &c.* v. loc. eod. tom. 1. in fine.

Ibid. Can. vj. Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπίσκοπου ἀκοινώνητος γέγονε, &c. De clericis & laïcis excommunicatis. *Si quis à proprio Epiſcopo Communione privatus eſt, &c.* v. loc. tom. 2.

Concil. Sardic. anno 347. Can. xiij. & xiv. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε, τὸ παῖλοιπὸν, &c. De excommunicatis apud vicinos Epiſcopos audiendis. *Oſius Epiſcopus dixit: hoc quoque omnibus placet, ut, &c. Oſius Epiſcopus dixit: quod me adhuc movet, &c.* v. locum, tom 3.

Concil. Carthag. II. anno 397. Can. vij. Ut qui excommunicatum alterius ſuſceperit excommunicetur. *vide.*

Ibid. Can. viij. Ut ſi Presbyter excommunicatus ſacrificare præſumpſerit, anathematizetur. *Alipius Epiſcopus Tagaſtenſis, &c.* v. loc. eod. tom. 3. Cod. can. c. 10.

Concil. Carthag. IV. Can. LXXIIJ. Ut cum excommunicatis communicans vel orans, excommunicetur.

Concil. Carthag. V. anno 398. Can. XIJ. De clericis excommunicatis, quamdiù eis aſſerere liceat innocentiam ſuam. *Tom.* 3.

Concil. Tolet. I. anno 400. Can. XV. De his qui excommunicantur à Sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat. *Si quis Laïcus, &c.* v. loc. eod. tom. 3. in fine.

Tituli Capitulor. Concil. Nicæn. anno 419. Cap. v. De excommunicatis.

Concil. Milevitanum II. anno 416. Can. XVIIJ. De his qui in ſua Provincia non communicant, ut alibi non communicent. *v. loc. tom.* 4.

Concil. Carthag. VII. anno 465. Can. 1. De excommunicatis, ut ad clericorum accuſationem non admittantur.

Ibid. Can. v. De eo quem ſolo ſuo teſtimonio præſumpſerit excommunicandum Epiſcopus. *v. tit.* De cauſis Presbyterorum.

Codex Can. Eccleſiaſt. Afric. Can. XXIX. Si quis excommunicatus antè audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit. *Item placuit univerſo Concilio, ut, &c.* v. locum, in fine tom. 4.

Ibid. Can. XCV. Concil. Afric. Quòd excommunicati ad accuſationem admitti non debeant. *v.*

Ibid. Can. XCIX. & C. Ut non temerè quemquam communione privet Epiſcopus.

Leon. I. Epiſt. LXXVJ. ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum. *Illud ſanè plurimùm mihi diſplicere ſignifico, &c.* v. loc. tom. 7.

Ibid. Epiſt. LXXXIX. ad Epiſcopos Provinciæ Viennenſis. Cap. v. Quòd nulli facilè infligenda ſit excommunicatio. *Nulli Chriſtianorum facilè Communio denegetur, &c.* v. & Epiſt. 96. ejuſd.

Concil. Arauſic. I. anno 441. Can. xj. Quòd Epiſcopus ei qui ab alio excommunicatus eſt, communicare non debeat.

Ibid. Decreta aliqua huic Concilio Gratiani, & aliorum decretis adſcripta, quæ in ſuperioribus non habentur. Modus & Forma Excommunicationis. *Canonica inſtituta, & SS. Patrum exempla, &c.* v. loc. pag. 280. tom. 7.

Ibid. Reconciliatio Excommunicati. *Cùm aliquis excommunicatus, &c.*

Oratio ejuſdem. *Præſta quæſumus Domine, &c.*

Alia Oratio. *Majeſtatem tuam, &c.*

Alia Oratio. *Deus miſericors, Deus clemens, &c.*

Synodus S. Patricij, Auxilij & Iſſernini Epiſcoporum in Hibernia, anno 450. Can. xj. De ſuſceptore clerici excommunicati. *v.*

Ibid. Can. xij. Ut non accipiatur eleëmoſyna excommunicati. *Quicumque Chriſtianus excommunicatus fuerit, nec ejus eleëmoſyna recipiatur.*

Ibid. Can. xviij. Ut excommunicatus non introeat Eccleſiam antè pœnitentiam. *Si quis excommunicatus fuerit, nec nocte Paſcharum in Eccleſiam non introeat, donec pœnitentiam recipiat.*

Ibid. Can. xxviij. De clerico excommunicato. *v. locum, eod. tom. 7.*

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. viij. Qui alterius excommunicatum acceperit. *v. loc. tom. 9.*

Ibid. Can. XLIX. Qui à communione Sacerdotali auctoritate fuerit ſuſpenſus. *Secundùm inſtituta ſeniorum, ſi quis à communione, &c.*

Concil. Andegav. anno 453. Can. X. *v. tom. 9.*

Simplic. Pap. Epiſt. vij. ad Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopolitanos, qui Thimoteum Elurum non admiſerant. *Jam probatum eſt quid, &c.* eod. tom. 9.

Qui impœnitens mortuus eſt excommunicatus, poſt mortem non poteſt abſolvi. Matt. 16.

Gelaſ. Pap. I. Epiſt. xj. ad Epiſcopos Dardaniæ & Illirici. *v. loc. tom. 10.*

Synodus Romana VI. ſub Symmacho Papa, anno 504. *Præcidendum id ergò eſt, quod velut puro, ſanoque nimium corpori vulnus obrepſit, &c.* eod. tom.

Concil. Agath. anno 506. Can. iij. De Epiſcopis, qui innocentes, vel pro minimis cauſis alios excommunicant. *v. loc. tom. 10.*

Concil. Aurel. I. anno 511. Can. vj. Eum qui ab Epiſcopo aliquid repetit non excommunicandum. *v. locum, eod. tom. 10.*

Concil. Aurel. V. anno 549. Can. ij. De Epiſcopis, qui vel innocentes, vel pro minimis cauſis aliquos excommunicant. *v. tit.* Contrà clericos iracundos. *Neminem à Sacerdote pro levibus cauſis, &c.* Tom. 11.

Concil. Pariſ. III. anno 557. Can. vij. *v. tom. 12.*

Concil. Bracar. I. anno 563. Can. xv. *Item placuit, ut qui, &c.* v. loc. eod. tom. 12.

Concil. Turon. II. anno 567. Can. iij. De ijs qui aliquos per vim & nefas captivos tenent, excommunicandis, niſi reſtituant.

Ibid. Can. iv. Ut ab uno Epiſcopo excommunicatus ab omnibus Epiſcopis excommunicatus habeatur.

Concil. Lugdun. II. anno 567. Can. 1. De controverſijs Epiſcoporum per Metropolitanos componendis. *v.* De cauſis Epiſcoporum.

Ibid. Can. iv. Ut ab uno Epiſcopo excommunicatus, ab omnibus Epiſcopis excommunicatus habeatur. *Tom. 11.*

Concil. Autiſiodor. anno 578. Can XXXviij. Ut nullus cum excommunicato communicet. *Non licere cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum ſumere.*

Ibid. Can. XXXIX. Ut qui cum excommunicato communicat, ſimili ſententiæ ſubjacebit. *Si quis Presbyter, aut quilibet ex Clero, aut de populo, &c.* v. locum, tom. 13.

Gregor. Magn. lib. ij. Epiſt. xxxiv. ad Januar. Epiſc. Calatitanum. Inter alia ſcribit de Iſidoro ſine cauſa excommunicato. *Si Sacerdotale quod adminiſtramus officium mentis integritate penſemus, &c.* v. loc. tom. 13.

Id. eod. lib. indict. xj. Epiſt. xxvj. ad Magnum Presbyterum, de excommunicatione ejus. *Sicut exigente culpâ quis à Sacramento Communionis dignè ſuſpenditur, ita inſontibus nullomodò talu debet irrogari vindicta. Comperimus ſiquidem quòd Laurentius quondam Frater & Coepiſcopus noſter nullis te culpis exigentibus Communione privaverit: ideòque hujus præcepti noſtri auctoritate munitus officium tuum ſecurus perage, & Communionem ſine aliqua ſume formidine.* Grat. 24. q. 3 c. 2. Ivo part. 4. cap. 17. Pan. lib. 5. c. 129. Polyc. l. 1. tit. 22. Joann. diac. lib. 4 cap. 35.

Ibid. Epiſt. xxvij. ad Marinianum Abbatem. De Bonifacio, à Victore injuſtè damnato. *Si ea de quibus vehementer Deus offenditur inſequi, vel ulciſci differimus, &c.* v. loc.

Id. lib. ij. indict. xij. Epiſt. xxiv. ad Januar. Epiſc. Calarit. *Sub fin.* . . . Eis verò qui ab eccleſiaſtica communione ſuſpenſi ſunt, nullus Religioſus ſecundùm canonum præcepta jungatur. Grat. 23. q. 4 c. 50.

Id. lib. vij. indict. ij. Epiſt. vj. Euſebio Archiepiſcopo Theſſalonic. *Sub fin.* . . . Si verò quod non optamus, erroris hujus deprehenduntur jaculo vulnerati, &c. *v. locum, eod. tom.* 13.

Id. lib. ix. indict. iij. Epiſt. xxxix. Theotiſtæ Patriciæ, titul. iv. *In medio.* . . . Si verò ſunt qui dicunt quia compulſus quiſquam neceſſitate, ſi anathematizatus fuerit, anathematis vinculo non tenetur: ipſi ſibi teſtes ſunt, quia chriſtiani non ſunt. Quia ligamenta S. Eccleſiæ varijs ſe exiſtimant conatibus ſolvere, ac per hoc, nec abſolutionem Sanctæ Eccleſiæ, quam præſtat fidelibus, veram putant, ſi ligaturas ejus veras eſſe atque valere non æſtimant. Contrà quos diutiùs diſputandum non eſt, qui deſpiciendi per omnia & anathematizandi ſunt; & undè veritatem fallere ſe credunt, indè in peccatis ſuis veraciter ligentur. *Sed uterùm.* In Homil. S. Gregor. lib. 2. homil. 26.

Concil. Pariſ. V. anno 615. Can. xiij. De viduis & puellis quæ rejecto religionis habitu, nuptias ineunt, excommunicandis. *v. eod. tom.* 14. *& titul.* De Monachis & Monialibus.

Canones ex Synodo incerti loci, poſt Concil. Pariſ. V. ſuprà. Can. xiij. De excommunicatis per vicinas civitates vel paræcias indicandis. *v. locum.*

Concil. Rhem. anno 630. Can. v. Ut temerè nullus excommunicetur, & qui ſe injuſtè damnatos putant, ad Synodum recurrant. *Ut temerè nullus excommunicetur: & ſi excommunicatus exiſtimat ſe injuſtè damnatum, in proxima Synodo habeat licentiam reclamandi: & ſi injuſtè damnatus fuerit, abſolvatur, ſin autem juſtè impoſitum pœnitentiæ tempus exolvat.*

Concil. Germanic. I. anno 742. Cap. v. Ut Episcopus cum Comite provideat, nè populus paganas observationes faciat.

Capitular. Aquisgran. Caroli Magni, anno 789. Cap. xviij. De Maleficijs vel incantatoribus.

Ibid. Cap. lxiv. De auguris, vel alijs maleficijs. *v. tom.* 20.

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xlij. Quòd magicę artes ad curandas hominum vel animalium infirmitates nihil conferant.

Ludovici Pij Imperat. Capitulare III. anno 828. vij. Cap. x. *Collectæ ad maleficiendum fieri omnimodis prohibeantur, & ubicumque hujusmodi præsumptiones factæ fuerint, &c.* v. locum, tom. 21.

Addit. 4. c. 79.

Synodus Rêgiaticina, anno 850. Capitul. xxv. *Quia pestiferas adhuc stirpes, & reliquias artis magicæ in tantùm vigere, &c.* v. loc. eod. tom. 21.

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. Cap. xxiij. De maleficijs. *Maleficia dicuntur quæ malè factæ vel creditæ auctores suos extruciant, & ad ima demergunt, nisi pœnituerint. Si qui maleficus, aut malefica filium suum aut filiam suprà tectum, aut in fornace pro sanitate febrium posuerit, vel quando Luna obscuratur, vel clamoribus suis, vel maleficijs sacrilego usu se defensare posse confidunt, vel ut frater in honore Jovis, vel Beli, aut Jani secundùm paganam consuetudinem honorare præsumpserit, placuit secundùm antiquam constitutionem sex annos pœniteant, humanius tres annos judicaverunt.*

Concio Stephani Papæ V. in maleficos. Christiani non sunt qui dæmones consulunt. *v. locum in Not. ejus vitæ, tom.* 24.

Leges Ecclesiasticæ ab Alvredo Magno Rege Anglorum, Titul. xvj. De sortilegis, incantatoribus, veneficijs, perjurijs, & his similibus. *v. locum, eod. tom.* 24.

De hac materia, v. titul. De divinationibus & magia.

CONTRA HOMICIDAS ET PARRICIDAS.

EX DECRETIS PIJ PAPÆ I. De illis qui per caput Dei, vel capillum jurant, vel blaſphemia contrà Deum utuntur.

Ibid. De illo qui uxorem legitimam ſine judicio interfecerit.

Ibid. De pœnitentia ejus, cujus negligentia de ſanguine aliquid ſtilat. *v. loc. tom. 1. pag. 232.*

Concil. Eliberit. anno 305. Capitul. v. Si Domina per zelum ancillam occiderit. *Si qua Domina furore zeli acceenſa flagris verberaverit ancillam ſuam, ita ut in tertiam diem animam cum cruciatu effundat; eò quòd incertum ſit, voluntate an caſu occiderit: ſi voluntate, per 7. annos: ſi caſu, poſt quinquennij tempora, actâ legitimâ pœnitentiâ, ad Communionem placuit admitti. Quòd ſi infrà tempora conſtituta fuerit infirmata, aceipiat Communionem.*

Ibid. Capitul. vj. Si quicumque per maleficium hominem interfecerit. *Si quis verò maleficio interficiat alterum; eò quòd ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impertiendam eſſe illi Communionem.*

Concil. Ancyr. anno 314. Can. xx. De his qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt.

Ibid. Can. xxj. De homicidijs.

Ibid. Can xxij. De his qui ſpontè homicidium commiſerunt. Περὶ ἑκουσίων φόνων, &c. *Ex interpret. Dion. Exig.* Qui voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter ſe ſubmittant, perfectionem verò circà vitæ exitum conſequantur. *Gregor. 22.23.24 25.&26.*

Ibid. Can. xxiij. Ἐπὶ ἀκουσίων, &c. De homicidijs non ſpontè commiſſis. *Eſt Can 22. apud Dion. Exig.* De homicidijs non ſpontè commiſſis prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcipit, ſecundò verò quinquennij tempus explere. Modus autem hujus pœnitentiæ in Epiſcoporum ſit arbitrio, ut ſecundùm converſationem pœnitentium poſſint & extendere tardentibus, & minuere ſtudiosè feſtinantibus.

Synod. S. Patricij, Auxilij, & Iſſernini Epiſcoporum in Hibernia, anno 450. Can. xiv. De chriſtiano occiſore, fornicatore, vel arulpices conſulente. *Chriſtianus qui occiderit, aut, &c.* v. locum, *De Fornicatoribus.*

Concil. Turon. I. anno 461. Can. vij. Cum homicidis non communicandum. *Homicidis pertùs non communicandum, donec per confeſſionem pœnitentiæ ipſorum crimina diluantur.*

Concil. Venetic. anno 465. Can. 1. De homicidis & falſis teſtibus. *Itaque cenſuimus homicidas, &c.* v. loc. & titul. *Falſi teſtes.*

Concil. Agath. anno 506. Can. xxxvij. *v. locum, tom. 10. eadem planè verba habet, ut ſuprà.*

Concil. Epaon. anno 517. Can. xxviij. Ut homicidæ tametſi illis crimen

indulgeatur, pœnitentiæ ſubjaceant. *Quiſquis homicidium voluntate commiſerit, &c.* v. locum, eod. tom. 10.

Concil. Illerdenſe, anno 524. Can. xj. De Clericis qui in mutuam cædem prorumpunt. *v. loc. tom.* 11.

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. xxviij. Ut homicidæ tametſi illis crimen indulgeatur, pœnitentiæ ſubjaceant. *v. locum, eod. tom.* 11.

Concil. Lugdun. II. anno 567. Can. iij. De ijs qui aliquos per vim & nefas captivos tenent, excommunicandis, niſi reſtituant. *Et quia peccatis facientibus multi in perniciem animæ ſuæ, &c.* v. locum, tom. 12.

Capitula collecta à Martino Bracar. Epiſc. Cap. lxxviij. De homicidio voluntario vel non voluntario. *v. locum, eod. tom.* 12. *in fine.*

Concil Autiſiodor. anno 578. Can. xvij. De ijs qui ſibi mortem conſciunt. *Quicumque ſe propriâ voluntate in aquam jactaverit, aut collum ligaverit, aut ferro percuſſerit, aut de arbore præcipitaverit, aut qualibet occaſione voluntariè ſe morti tradiderit, iſtorum oblatio non recipiatur.*

Concil. Tolet. III. anno 579. Can. xvij. Quòd ſi filios ſuos necaverit, à Sacerdotibus, vel à Judicibus diſtringatur. *Cùm multæ querelæ ad aures S. Concilij conferantur, inter cætera tantæ crudelitatis eſt opus nuntiatum, &c.* v. loc. tom. 13.

Concil. Rhem. anno 630. Can. ix. De eo qui homicidium ſponte commiſit. *Si quis homicidium ſponte commiſerit, & non violentiæ reſiſtens, ſed vim faciens impetu hoc fecerit cum iſto penitùs non communicandum: ſic tamen ut ſi pœnitentiam egerit, in exitu eis communionis viaticum non negetur.*

Concil. Tolet. XI. anno 675. Capitul. xiij. De Sacerdotibus qui vexati cadere videntur. *v. locum, tom.* 15.

Leges Eccleſiaſticæ Inæ Regis Occiduorum Saxonum, anno 692. viij. De alienigena occiſo, re ad Abbatem vel Abbatiſſam ſpectante. *Peregrino, ſi quis mortem obtulerit, Rex æſtimationis vitæ ſuæ partes duas habeto, certiam proles vel cognati, &c.* v. locum, tom. 17.

Ibid. x. De cæde ſuſceptoris vel ſuſcepti ad Sacrum Fontem. *Sive quis alterius ad Sacrum Fontem ſuſceptorem, ſuſcepiumvè interfecerit, &c.* v. locum.

Concil. Tolet. XVII. anno 694. Sentent. xv. De his qui ſervos ſuos extrà Judicium necant. *Si quis ſervum proprium ſine conſcientia Judicis occiderit, excommunicatione biennij ſanguinis ſe mundabit.*

Ivo part. 10. c. 179. Gregor. III. Epiſt. 1. ad Bonifac. Archiepiſcopum. vij. *De his verò qui patrem, matrem, fratrem aut ſororem occiderint, ditimus, ut toto vitæ tempore Corpus Dominicum non ſuſcipiant, niſi in ſuo exitu pro viatico. Abſtineant etiam ſe à carnis comeſtione & potu vini, donec advixerint: jejunent 2. 4. & 6. feriâ, ut ſit poſſint deflentes, diluere commiſſum ſcelus.*

Ibid. Excerptum à B. Gregor. Pap. III. Sent. xxxij. De his qui quacumque violentia ſibi mortem inferunt. *v. locum.*

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. iij. *Qui occiderit Epiſcopum, aut Presbyterum, vel Diaconum, Regi dimittendum eſt ad judicandum, &c.* v. locum.

Ibid. xxx. Si quis per iram percuſſerit. *v. locum.*

Zachar. Pap. Epiſt. vij. ad Pippinum, Epiſcopos, Abbates, &c. xxiij. De his

his qui homicidium ſpontè perpetrant : *De his qui homicidium ſpontè perpetraverunt, in xxj. Capitulo Ancyrani Concilij continetur :* Qui voluntariè homicidium fecerunt, pœnitentiæ jugiter ſe ſubmittant ; perfectionem verò circà vitæ exitum conſequantur.

Ibid. xxiv. De his qui homicidium non ſpontè perpetrant. *De his qui homicidium non ſpontè perpetraverunt, in eodem Canone xxij. Capitulo continetur:* De homicidijs non ſpontè commiſſis prior quidem definitio poſt 7. annorum pœnitentiam perfectionem conſequi præcepit, ſecunda verò quinquennij tempus explere.

Capitulare Caroli Magni, anno Regni ejus 11. Cap. xxiij. De his qui pretium pro faida recipere, & Juſtitiam facere nolunt. *Si quis pro faîda pretium recipere non vult ; tunc ad nos ſit tranſmiſſus, & nos eum dirigemus, ubi damnum minime facere poſſit. Simili modo & qui pro faida pretium ſolvere noluerit, nec Juſtitiam exinde facere, in tali loco eum mittere volumus, ut pro eodem majus damnum non creſcat.*

Capitulare Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. Capitul. lxvij. De homicidijs. *v. loc. tom. 20.*

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. xxiv De compoſitione interfecti Clerici & Monachi. *De Epiſcopo verò, Presbyteris, & Diaconibus, & Monachis interfectis, quærendum à Domino Imperatore eſt, cui illius homicidij pretium exolvendum ſit.*

Capitulare III. Ludovici Pij Imp. anno 828. Titul. ix. *De homicidijs vel alijs injuſtitijs, quæ a fiſcalibus noſtris fiunt, quia impunè ſe ea committere poſſe exiſtimant, nos actoribus noſtris præcipiendum eſſe decernimus, nè ultrà impunè fiant ; ita ut ubicumque facta fuerint, ſolvere cum diſciplina præcipimus.*

Ibid. viij. Hæc ſunt Capitula quæ pro Lege habenda ſunt. 1. *De homicidijs in Eccleſijs, vel in atrijs earum commiſſis hoc obſervetur & teneatur, &c.*

Ibid. ij. *Quicumque propter cupiditatem rerum, patrem aut matrem, &c.* v. locum.

Ibid. viij. *De faîdis coercendis hoc obſervetur & teneatur, &c.* v. locum, tom. 21.

Concil. Pariſ VI. anno 829. lib. iij. cap. xvij. Ut ſanguinis effuſio in Regno tàm temerè fieri non ſinatur. *Iterùm ſuppliciter admonendo veſtræ ſuggerimus ſerenitati, &c.* eod. tom.

Concil. Moguntin. anno 847. Capitul. xx. De parricidis. *Parricidium autem, quod ſit deteſtabile crimen, in judicio facto inter Caïn & Abel, &c.*

Ibid. Capitul. xxij. De homicidis. *In Concilio Ancyrano Cap. 21. de homicidis, ita ſcriptum eſt. Qui voluntariè, &c.*

Ibid. Cap. xxiij. De homicidijs ſpontè commiſſis. *In Concilio Ancyrano Cap. 22. ſcriptum eſt de homicidijs non ſpontè commiſſis, &c.*

Ibid. Cap. xxiv. De occiſis Presbyteris in gradu poſitis.

Ibid. Cap. xxv. De Presbyteris poſt degradationem occiſis. *v. locum, tom. 21.*

Concil. Valentin. anno 854. Can. xij. De ijs qui ſingulari certamine alios occidunt, vel occiduntur. *eod. tom. 21. in fine.*

Appendix Epiſtolarum Nicolai Papæ I. Epiſt xvij. ad Rivoladrum Epiſ-

copum. De pœnitentia impoſita Unimaro, qui tres filios ſuos peremerat.

Nicolai Pap. I. Reſponſa ad conſulta Bulgarorum. xxiv. Quid Parricida? id eſt, qui patrem aut matrem occiderit, &c. *v. locum.*

Ibid. xxvj. De his qui proximum, id eſt conſanguineum ſuum, ut & frater, &c.

Ibid. xxvij. De his qui ſocrum ſuam morti tradiderint, idipſum quòd ſuprà decernimus.

Ibid. xxx. De eo qui nolens hominem interfecerit, id ſtatuimus, quod ſacræ regulæ ſtatuunt, quas Epiſcopum veſtrum apud ſe penès vos poſitum præ manibus oportet ſemper habere.

Ibid. lj. Si noſſe deſideratis quid de his qui quemlibet eunuchizant, judicandum ſit, paginas legum revolvite.

Ibid. lxxxv. Ergò ſimiliter & ergà eum de quo ſciſcitamini, qui mortiferum quid homini dederit ad bibendum, vos ad miſericordiam exhortamur, ſicut & Luc. 6. Dominus iubet, dicens: *Dimittite & dimittetur vobis.*

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Titul. ij. De homicidijs. Cap. 1. De Preſbyteris occiſis. *Ex lib. 4. c. 15.* Presbyteri interfecti, Epiſcopo, ad eujus Parochiam pertinent, ſolvantur ſecundum Capitulare Glorioſiſſimi Caroli Genitoris noſtri: ita videlicet, ut medietatem vuirgildi ejus Epiſcopus utilitatibus Eccleſiæ eui præfuit, tribuat, & alteram medietatem in eleëmoſyna illius juſtè diſpenſet, quia nullus nobis ejus hæres proximior videtur, quàm ille qui ipſum Domino ſociavit.

Ibid. Cap. ij. De homicidijs in Eccleſijs, vel in attijs earum perpetratis. *Ex eod. 4. c. 13.* Si quis, aut ex levi cauſa, aut ſine cauſa hominem interfecerit in Eccleſia, de vita componat, &c. *v. locum, eom. 22.*

Ibid. Cap. iij. De homine publicam pœnitentiam agente interfecto. *Ex eod. 4. 18.* Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum noſtrum in triplo componat, & vuirgildum proximis ejus perſolvat.

Ibid. Cap. iv. De homicidijs prohibendis. *Ex eod. 4. 20.* Quicumque hominem, aut ex levi cauſa, aut ſine cauſa interfeeerit, vuirgildum ejus ijs ad quos ille pertinet componat: ipſe verò propter talem præſumptionem in exilium mittatur, ad quantum tempus nobis placuerit; res tamen ſuas non amittat.

Ibid. Cap. v. De occiſione Clericorum & Sacerdotum, atque Monachorum. *Ex eod. 3. 25.* Qui Subdiaconum occiderit, 300. ſolidos componat: qui Diaconum, 400. ſolidos: qui Presbyterum, 600. ſolidos: qui Epiſcopum, 900. ſolidos: qui Monachum, 400. ſolidos eulpabilis judicetur.

Ibid. Cap. vj. De eo qui propriam reliquit uxorem, vel ſine eulpa interficit, & aliam ducit. *Quicumque propriâ uxore derelictâ, vel ſine culpa interfectâ, aliam duxerit, armis depoſitis publicam agat pœnitentiam: & ſi contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & vinciatur, & in cuſtodiam mittatur, donec res ad noſtram notitiam deducatur.*

Ibid. Cap. vij. Ut non ſit ſanguinis chriſtianorum contraria effuſio. *Volumus atque præcipimus noſtrâ auctoritate denuntiari omnibus, imò & à Sacerdotibus prædicari, nè tàm temeraria Chriſtianorum ſanguinis effuſio in Regno noſtro fieri ſinatur. Semper illud attendentes quod Dominus poſt diluvium dixit famulo ſuo Noë:*
Gen. 9. De manu hominis & de manu viri & fratris ejus requiram animam ejus. *Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius.*

Ibid. Cap. viij. De eo qui occiderit Clericum, aut Monachum, ut arma relinquat. *Ex lib. 6. 90.* Qui occiderit Monachum aut Clericum, & Deo in Monaſterio ſerviat, cunctis diebus vitæ ſuæ nunquàm ad ſęculum reverſus, & 7. annorum ſpatio publicam pœnitentiam gerat.

Ibid. Cap. ix. De Sacerdotibus & Levitis, atque Monachis interfectis, vel debilitatis. *Si quis Sacerdotem, vel Levitam, aut Monachum interfecerit, &c.*

Ibid. Cap. x. Quòd homicidę antè Deum reputentur, qui res Eccleſiæ vaſtant. *Volumus omnes ſcire, quod qui Chriſti & Eccleſiæ pecunias auferunt, reſque ejus fraudant, rapiunt, vaſtant, vel diripiunt, homicidæ apud Deum eſſe deputantur, quia res pauperum, quos Eccleſia paſcere debet, diripiunt.*

Ibid. Cap. xj. De homicidijs infantium. *Ex eod lib. 6. 121.* Si quis infantem necaverit, ut homicida teneatur.

Ibid. Cap. xij. De homicidis, quid agendum ſit? *Ex eod. 133.* De homicidis ita juſſimus obſervare, ut quicumque auſu temerario alium ſine cauſa interfecerit, vitæ periculo feriatur, & pretio ſe redimere nunquàm valeat: & ſi convenerit, ut ad compoſitionem quiſque deſcendat, ſuum vuirgildum omninò componat.

Ibid. Cap. xiij. De his, qui priùs non habentes odium, occiderint, qualiter corrigendi ſunt? *Si quis quiete gradiens per viam, aut ſi etiam in domo ſua fuerit, aut in platea civitatis, aut in villam ſubitò ab alio ſit ſuperventus, aut litis commotione, volens ſe defendere, non habens contrà illum antè odium, interfecerit hominem, 7. annis ſecundùm canonicam inſtitutionem pœniteat, &c.* v. cætera.

Ibid. Cap. xiv. De mulieribus & viris infantes opprimentibus. *Juxtà præſitulum caput.* Mulier quæ dormiens filium ſuum oppreſſerit, & mortuus fuerit, ſex annis pœniteat: vir eius, ſi in domo illius fuit, quatuor: ſi verò in uno lecto, ſimili modo pœniteat; duos in pane & aqua, reliquos quatuor, ſecundùm quod Sacerdos viderit, abſtinentiam ciborum imponat.

Ibid. Titul xj. Cap. xxxij. De his qui ſeipſos necant. *Ex eod. lib. 7. Cap.* 344. Quicumque ſe propriâ voluntate, aut in aquam jactaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percuſſerit, aut cujuſlibet voluntariè ſe morti tradiderit, iſtorum oblatio non recipiatur.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. Cap. lxxxviij. Mulier quæ dormiens filium ſuum oppreſſerit, &c. *vide ut ſuprà, eadem ſunt verba.*

Ibid. Capitul. cxxxiv. De his qui ſibi quacumque negligentiâ mortem inferunt, aut pro ſuis ſceleribus puniuntur, nulla pro eis fiat oblatio, nec cum pſalmis ad ſepulturas ducantur.

Concil. Wormat. anno 868. Can. xxvj. De his qui Sacerdotem ſpontè occiderint. *Qui Sacerdotem morti voluntate tradiderit, carnem non comedat, nec vinum bibat, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. xxvij. De eo qui meditatione odij, vel propter avaritiam occiderit. *Qui odij meditatione, vel propter avaritiam paganum occiderit, &c.*

Ibid. Cap. xxviij. De eo qui inſaniens aliquem occiderit.

Ibid. Cap. xxix. De eo qui arborem incidit, & dùm operi neceſſario inſiſtit, aliquis ſubitùs ipſam arborem deveniens, opprimitur. *Sapè contingit, ut dùm quis operi neceſſario inſiſtens, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. xxx. De patricidis & fratricidis. *v. locum, tom. 25.*

Ibid: Cap. xxxv. De mulieribus, quæ conceptos utero infantes voluntate excutiunt, vel quæ dormiendo filios ſuffocare videntur. *v. locum.*

Ibid. Cap. xxxviij. De his qui ſervos ſuos Judicibus non judicantibus necant.

Ibid. Cap. xxxix. De Domina quæ zeli accenſa ancillam ſuam occiderit. *v. loc.*

Epiſtola cxlvj. Joann. Pap. VIII. ad Adonem Epiſcopum Bellovacenſem. Decernit impuberes qui alium occiderant, poſt peractam pœnitentiam ordinari poſſe. *Relatu, &c.* v. locum, tom. 24.

Fragmenta Epiſtolarum Joann. Pap. VIII. Quòd Sacerdos homicida non poteſt in Sacerdotio manere. *v. locum, tom. 24. in fin. Epiſtolarum Joann. Pap. VIII.*

Leges Eccleſiaſticæ ab Alvredo Magno Rege Anglorum. De homicidio Sacerdotij. *Sacerdos ſi quempiam interfecerit, eorum omnium quæ ope domicilij fretus acquiſierit, confiſcatio ſequitor; eumque gradu ſpoliatum Epiſcopus è fano pellito, ni Dominus datâ capitis æſtimatione veniam illi exoraverit.*

Ibid. De reo mortis, qui confiteri deſiderat Sacerdoti. *v. locum, eod. tom. 24.*

Concil. Viennenſe, anno 892. Can. ij. Ut ſæculares, qui Clericum aliquem occiderint, vel dehoneſtarint, niſi Eccleſiæ ſatisfaciant, excommunicentur. *Ut ſæculares qui, &c.* v. loc.

Gerfredi Monachi, qui Adalgarium Æduorum Epiſcopum veneno necaſſe dicebatur, purgatio per Corpus Domini, ex decreto Synodi Cabilonenſis, anno 894. *v. loc. eod. tom.*

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. v. & xj. Si quis Clericus homicidium fecerit, ab ordine ceſſare debebit.

Ibid. Cap. lij. De homicidijs non ſponte commiſſis. *Placuit nobis de homicidijs non ſponte commiſſis, &c.* v. loc. eod. tom. 24.

Ibid. Cap. liij. De eo ſi quis filium ſuum, non ſponte, ſed caſu contingente occiderit. *Si quis filium ſuum (quod abſit) non ſponte, ſed caſu contingente occiderit, * ſecundùm homicidia ſponte commiſſa pœniteat, ut ſequenti inſertur capitulo.*

* juxtà homicidia non ſponte.

Ibid. Cap. liv. De his qui voluntariè homicidium fecerunt. *De his qui voluntariè homicidium fecerint, Ancyrano Sancto Concilio Cap. 21. legitur, &c.* v. loc.

Concil. Troſleianum, anno 909. Capitul. xiij. De homicidijs & mendacibus. *Ideò tantoperè compeſcendam monemus diſcordiam & iram cum litigioſo, &c.* v. loc. eod. tom. 24. in fine.

Leges Eccleſiaſticæ Edmundi Regis Angliæ, anno 944. Cap. iij. De homicidio. *Si quis hominis chriſtiani ſanguinem effuderit, &c.* Tom. 25.

Leges Eccleſiaſticæ Canuti Regis, in alia tabula legum eccleſiaſticarum. viij. De homicidio. De Miniſtrorum Altaris occidente. *Si quis eorum qui Aræ deſervierint, alicui mortem obtulerit, &c.* v. locum, eod. tom. 25.

Appendix ad Concil. Lateran. III. anno 1179. *Titulus in Archetypo deſideratur.* Cap. xxviij. Si quis aliquem interfecerit, ab Altaris miniſterio debet ceſſare. *Suſcepimus litteras tuas, & cognovimus earum tenore, &c.* v. tom. 27. ſub finem.

DE RAPTORIBVS ET SACRILEGIS.

CONCIL. CALCHEDON. anno 451. Can. xxvij. Τοὺς ἁρπαζοντας, &c. *Eos qui rapiunt mulieres ſub nomine conjugij, vel auxilium præſtant ac conſentiunt iis qui rapiunt; definit Sancta Synodus, ſi quidem Clerici fuerint, proprio gradu excidere; ſin autem Laïci, anathematizentur.*

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. xlvj. Profeſſæ viduæ ſi raptoribus conſenſerint. *v. locum, tom. 9.*

Epiſt. v. Symmachi Papæ. Capitul. iv. Ut raptores viduarum vel virginum ab Eccleſiæ Communione pellantur.

Ibid. Cap. v. Ut viduæ vel virgines continentiam profeſſæ non nubant. *v. tom. 10. pag. 256.*

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. xvj. De raptu virginum ſacrarum, pœnitentium, aut viduarum. *v. tom. 11.*

Concil. Pariſ. III. anno 557. Can. v. Nè quis Sacratas Virgines, aut Religionem profeſſas rapiat, vel competat.

Ibid. Can. vj. Nullus res alienas, nullus viduam vel filiam alterius competat aut rapiat. *In medio....* Nullus viduam, neque filiam alterius extrà voluntatem parentum, aut rapere præſumat, aut Regis beneficio æſtimet poſtulandam. Quòd ſi fecerit, ſimiliter ab Eccleſiæ Communione ſemotus, anathematis damnatione plectatur. *36 qu. 2. Nullus neque viduam.*

Gregor. Mag. lib. iij. Epiſt. xij. indict. xij. ad Maximianum Epiſc. Syracuſ. *Tanta nobis ſubindè mala, &c.* v. loeum, tom. 13.

Id. lib. xij. Epiſt. v. ad Gudoïnum Ducem Neapolitanum. *Cùm inter multa bona, quæ, &c.* Tom. 14.

Concil. Rhemenſe II. anno 630. Can. xxiii. Ut viduas vel conſecratas puellas nullus quacumque auctoritate rapere audeat. *v. tom. 15.*

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. Cap. xij. De furto Eccleſiæ, quod ſacrilegium dicitur.

Ibid. Cap. xx. De violatoribus ſepulchrorum. *v. tom. 17.*

Capitulare I. Ludovici Pij Imp. Cap. xxij. De raptis, & de earum raptoribus. *De raptis verò & de raptoribus quamquàm ſpecialiter decreviſſemus, quid pati debeant qui hoc nefas deinceps facere tentaverint, quid tamen ſuper his Sacri Canones præcipiant? hîc inſerendum neceſſarium duximus: quatenùs omnibus pateat quantum malum ſit, & non ſolùm humanâ, ſed etiam divinâ auctoritate conſtricti, abhinc hoc malum caveatur.*

Ibid. Cap. xxiij. De puellis raptis needùm deſponſatis. *De puellis raptis necdùm deſponſatis, ita in Concilio Calchedonenſi, ubi 630. Patres affuerunt, Capitulo 27. habetur:* Eos qui rapiunt puellas ſub nomine ſimul habirandi, cooperantes, & conniventes raptoribus decrevit S. Synodus, ſi quidem Clerici ſunt, deci-

dant gradu proprio: ſi verò Laïci, anathematizentur. *Quibus verbis apertè datur intelligi qualiter hujus mali auctores damnandi ſunt, quando participes & conniventes, tanto anathemate feriantur, & quod juxtà canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas ſibi jure vindicare nullatenùs poſſunt.*

Ibid. Cap. xxiv. & xxv. De his qui Virginibus Deo dicatis ſe ſociant. *De his verò qui Sacris Virginibus ſe ſociant, ita in decretis Papæ Gelaſij Capitulo continetur: Virginibus Sacris temerè, &c.* v. locum, tom. 20. in fine.

Concil. Aquiſgran. anno 836. Cap. iij. Titul. xxv. Ut raptores viduarum aut virginum inveſtigentur, & Imperiali auctoritate caſtigentur. *De raptoribus etenim viduarum vel virginum dignum duximus, ut ab univerſis Comitibus omni niſu inveſtigentur, & inventi, condignâ invectione ex auctoritate Imperiali caſtigentur, & à tàm illicita præſumptionis audacia ipſi coërceantur, & cæteri hoc admittere volentes terreantur.*

Concil. Vernenſe II. anno 844 Can. vj. De ſponſa ab alio rapta, & de pœna raptoris. *Ab altero verò deſponſata, & ab altero rapta puella, ſecundùm ſtatuta Ancyr. Concilij Can. 2. ei à quo deſponſata fuerat reddenda eſt, etiamſi vim à raptore pertulerit. De raptoribus autem id nobis videtur optimum, ut quoniam Eccleſiaſticam excommunicationem parvipendunt, ſæcularium legum terreantur auſteritate.*

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. lxiv. De raptoribus virginum & viduarum, qui nondùm eas ex voluntate parentum duxerunt. *Raptores Virginum & Viduarum, qui etiam poſtea voluntate parentum eas quaſi deſponſantes ſub dotalitij nomine in conjugium duxerunt, publicæ pœnitentiæ ſubigantur, &c.* v. locum, tom. 21.

Ibid. Can. lxv. De raptoribus virginum & viduarum, qui nondùm eas ex voluntate parentum duxerunt. *Hi autem, qui necdùm eas quas rapuerant, cum voluntate parentum, &c.*

Ibid. Can. lxvj. Ut qui deinceps virgines vel viduas rapere præſumpſerint, excommunicentur. *Quicumque verò deinceps rapere Virgines vel Viduas præſumſerint, ſecundùm Synodalem B. Gregorij diffinitionem, ipſi & complices eorum anathematizentur, & raptores ſine ſpe conjugij perpetuò maneant.*

Ivo part. 8. c. 172. Gregor. II. Syn. Rom. c. 10. & 11.

Ibid. Can. lxvij. De ijs qui Sanctimoniales rapiunt & in conjugium ſumunt. *Qui Sanctimoniales Virgines vel Viduas rapiunt, & progreſſu etiam criminis in conjugium ſumunt, &c.*

Ibid. Cap. lxviij. De ijs qui alienas ſponſas rapiunt. *v. eod. tom. 21.*

Homilia Leon. Pap. IV. *Raptum omninò prohibete; & ut nullus ad proximam Sanguinis accedat, firmiter prohibete.*

Synodus Regiaticina, anno 850. Can. x. *De raptoribus verò antiquorum Patrum ſequentes, hoc tenendum cenſemus, &c.* v. locum, cod. tom.

Nicol. Pap. I. Epiſt. xx. ad Carolum Calvum Regem. (Aprés avoir dit que l'Egliſe Romaine eſt l'azile des criminels.) *In medio.....* Idcircò ad Beatiſſima Sanctorum Apoſtolorum Principum Petri & Pauli confugere limina, &c. *ad hæc verba:* & ob hoc animæ veſtræ (quod abſit) contingat diſcrimen.

Ejuſd. Epiſt xxj. ad Hermentrudem Reginam. *In medio.....* Et quia hic Balduinus, qui cariſſimam filiam veſtram contrà divinarum legum ſanctiones rapuit, &c. *v. locum, ad ea verba:* vobis juvantibus vigorem obtineat.

Ejuſd. Epiſt. xxx. ad Carolum Calvum Regem. *In med. primæ paginæ.....* Intereà noverit dilectio veſtra, Balduinum, &c. *v. locum, ad hæc verba:* decem millia talentorum ſibi laxari deſiderat.

Ejuſd. Epiſt. xxxij. ad Epiſcopos Synodi Silvanectenſis. *In med. 8. pag....* Cæterùm de Balduino, de quo multa jam ſcripſiſtis, ſciat Batitudo veſtra, &c. *ad ea verba:* decem millia talentorum ſibi dimitti deſiderat.

Nicol. Pap. Reſponſ. ad Conſulta Bulgar. xxxij. *Similiter de his qui virum aut fœminam rapuerint, permittimus.*

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Titul. v. De raptoribus. Cap. 1. De raptu viduarum. *Ex lib. 5. cap. 6.* Qui viduam intrà primos 30. dies viduitatis, vel invitam vel volentem ſibi copulaverit, bannum noſtrum, id eſt, 60. ſolidos in triplo componat. Et ſi invitam eam duxit, legem ſuam ei componat: illam verò ulteriùs non attingat.

Ibid. Cap. ij. De raptis, & earum raptoribus. *Ex eod. lib. cap. 223.* De raptis & de raptoribus quamquàm ſpecialiter decrevimus quid pati debeant, &c. *v. locum.*

Ibid. Cap. iij. De puellis raptis necdùm deſponſatis. *De puellis raptis necdùm deſponſatis, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. iv. De deſponſatis, & ab alijs raptis. *De deſponſatis puellis, & ab alijs raptis, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. v. De raptu alienarum ſponſarum. *Si quis ſponſam alienam rapuerit, aut patri ejus, aut ei qui, &c.*

Ibid. Cap. vj. Ut nullus occultas nuptias, aut raptum faciat, vel quam propinquus habuit ducat uxorem, ſed dotatam, & à parentibus traditam, per benedictionem Sacerdotum accipiat, quam vult habere uxorem. *Sanctum eſt ut publicæ nuptiæ ab his qui nubere cupiunt, fiant, &c.* v. locum fusè.

Ibid. Cap. vij. De raptoribus viduarum vel virginum, & ut fœminæ ſacris Altaribus non miniſtrent. *Sancitum eſt, ut raptores viduarum vel virginum ab Eccleſiæ Communione pellantur. Ee ut fœminæ Sacris Altaribus non miniſtrent, vel aliquid ex his quæ virorum ſunt officijs deputata, præſumant.*

Ibid. Cap. viij. De his qui rapiunt fœminas, ut eas non habeant uxores, & qualiter de raptis agendum ſit? *Placuit ut hi qui rapiunt fœminas, vel furantur, aut ſeducunt, ut eas nullatenùs habeant uxores, &c.* v. locum.

Idem. Titul. xj. Cap. xiv. De raptoribus, & raptis virginibus & viduis. *Si quis alterius ſponſam, virginem, aut viduam necdùm deſponſatam rapuerit, &c.* v. tom. 22.

Capitul Herardi Archiepiſc. Turon. cx. Qui rapiunt fœminas, furantur, vel ſeducunt, licet ipſis & parentibus conveniant, eas uxores non habeant.

Concil. Piſtenſe, anno 863. Capitul. ij. *Undè quia ſolent medici, quando genera infirmitatum, &c.*

Ibid. Cap. iv. ejuſd. argum. *De honore autem Eccleſiarum ac ſervorum Dei, & de rapinis, atque alijs malis, &c.* v. locum fusè, eod. tom. 22.

Concil. Wormat. anno 868. Capitul. lxxvij. De his qui rapiunt puellas. *Eos qui rapiunt mulieres ſub nomine ſimul habitandi, vel cooperantes, vel conniventes raptoribus, decernit Sancta Synodus, ut ſi quidem Clerici ſunt, decidant gradu proprio: ſi verò Laici, anathematizentur.*

Regulæ Sanctæ ac Universalis Octavæ Synodi, quæ Constantinopoli celebrata est, anno 870. xvj. Decimo-sexto Canone vehementer prohibetur sacrilegus ille usus à Michaële Imperatore introductus, quo Laïci lusûs causâ, sacra vestimenta gestarent Sacerdotum, de quo sæpè superiùs, gravissimis pœnis ejus criminis reos efficientes. *v. locum, tom. 23. in fine.*

Joannis Papæ VIII. Epist. cxl. ad Joannem Episcopum Ticinensem. Raptores uxoris cujusdam Ragiberti excommunicari jubet. ..... Denique Ragibertus quidam nomine, Judex cognomento, coràm vobis veniens questus est, super Goifredum Filium Joannis Comitis Palatij, & Iselbertum Subdiaconem, atque Heribaldum Notarium Filium Garibaldi, eò quòd legaliter sibi filij sui nuptam Gausildam nomine, contrà Canonum & Legum auctoritatem per vim & ferociam abstulerunt, calcato illo præcepto, quo Dominus ait: *Quos Deus*
Matt. 19. *conjunxit, homo non separet.* Quapropter Apostolicâ auctoritate, zelum tui Sacerdotij ad horiamen caritas Dei accendat, & quasi tuba exalta vocem tuam, & iniquis iniquitatem suam annuntiare non cesses, nè sanguis eorum de manibus requiratur. Prædictos transgressores omni Christianâ Communione privare non differas, donec legaliter emendent quod nequiter perpetrare ausi sunt. Quòd si te audire neglexerint, perpetuò eos anathema esse decernimus.

Ejusd. Epist. clxv. ad Lintfridum Comitem, ejusque Conjugem. Excommunicat eos, quia Monialem è Monasterio rapuerant. QUIA contrà divina & legum præcepta temeritate agere non erubescitis, ita ut calcato Dei timore Garelindam sacro velamine tectam, & in Monasterio Angelbergæ dilectę Filiæ nostrę Imperatricis Augustæ, sub professione regulari diutissimè conversatam, quod Placentiæ situm est, abstrahere fraudulentissimâ suasione ausi fueritis; tàm diù te, tàmque conjugem auctoritate Sancti Spiritûs à Corpore & Sanguine Domini nostri Jesu-Christi separamus, & à consortio Christianitatis, donec prædictam fœminam Garelindam, loco undè degannastis, restituatis. Quòd si hoc neglexeritis, anathematis vos vinculis innodamus.

Ibid. in fragm. Epistolar. Joann. Pap. VIII. Communione privetur sponsa, nisi raptorem deferere, & ad sponsum suum redire voluerit. ATHO præ-
27 qu. 2. *Atho præsentium.* sentium lator, dùm in nostro servitio excubaret, quemdam virum fœminam sibi desponsatam queritur rapuisse. Et ideò Fraternitas tua auctoritate nostrâ suffultâ suffraganeos suos Episcopos præsentialiter convocet: sic unanimi sententiâ, si sponsam huic raptor non reddiderit, tàm idem quàm rapta, si ad sponsum pristinum remeare noluerit, omni Communione priventur.

Concil. Tricassinum II. anno 878. vij. Lex de sacrilegis à Joanne Papa Gothicis Legibus addita in Concilio Tricassino. *Tom. 24.*

Leges Ecclesiasticę Alvredi Magni Regis Anglorum. vj. De Raptoribus. De ijs qui Moniales è Templis rapuerint. QUI Sanctimonialem de Cœnobio citrà bonam Regis aut Episcopi veniam eduxerit, 120. solidos numerato, quorum 60. Regi dantor, residui Episcopo, & ipso Cœnobij Præfecto. Fœmina verò & infans, si quem procrearit, & si raptore mortuo superstites fuerint, omni tamen fortunarum ejus parte excidunto. Infans porrò si quando occidatur, eam æstimationis capitis partem, quæ ad maternam cognationem spectabit, Rex habeto. Paterni verò consanguinei propriam ipsorum partem consequuntor.

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. xxiij. De his qui velatas Deo conſecratas in conjugium duxerint. *v. loc. tom.* 24.

Concil. Troſſejanum, anno 909. Capitul. iv. De ſacrilegis, & eorum damnatione. *ibid. in fine.*

Appendix ad Concil. Lateran. III. *ubi Titulus in Archetypo deſideratur.* Cap. xxiv. Raptor dici non debet, qui mulieris habuerit conſenſum, & poſt carnis commixtionem matrimonium eſt perfectum. *Cùm cauſam quæ eſt inter E. militem & uxorem, &c.* v. locum, tom. 27

Concil. Palentinum, anno 1322. Cap. xxiij. De raptoribus. *Execrabilem quorumdam chriſtianorum abuſum, &c.* v. tom. 29.

Concil. Toletanum, anno 1473. Cap. xxij. Quòd raptores careant Eccleſiaſticâ ſepulturâ. *Raptores quos divinus timor à malo non revocat, &c.* v. locum, tom. 34.

DE FURTO, ET LATRONIBVS.

CANON XLJ. APOSTOLORUM. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, &c. *Eſt Can. xlij. apud Dion. Exig.* Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, alcæ atque ebrietati deſerviens, aut deſinat, aut certè * damnetur.

* *deponatur, communione privetur.* * communione.

Concil. Eliberit. anno 305. Can. lxxix. De his qui tabulâ ludunt. *Si quis fidelis aleâ, id eſt tabulâ, tuſerit nummos; placuit eum abſtineri, & ſi emendatus ceſſaverit, poſt annum poterit reconciliari * Communioni.*

Synodus 5. Patritij, Auxilij, & Iſſernini Epiſcoporum in Hibernia, celebrata anno 450. Can. xv. De Chriſtiano furtum faciente. *v. locum, tom. 7.*

Ibid. Can. xx. De fraudatore debiti. *v. locum.*

Concil. Agath. anno 606. Can. v. Si Clericus Eccleſiæ furtum fecerit. *v. locum, tom. 10.*

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. viij. De Clericorum honoratorum furtis, aut falſitatibus. *v. locum, tom. 11.*

Gregor. Magn. lib. xij. Epiſt. xxxj. iv. Interrogatio Auguſtini Anglorum Epiſcopi. *Obſecro ediſceras mihi quid pati debeat, ſi quis de Eccleſia furto abſtulerit?*

12. qu. 2. cap. Fraternitas. Ivo part. 13. c 15. * minis.

Hoc tria, Fraternitas, ex perſona furis penſare poteſt, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam qui habentes ſubſidia furtum perpetrant, & ſunt alij qui hac in re ex inopia delinquunt: undè neceſſe eſt ut quidam * damnis, quidam verò verberibus; & quidam diſtrictius, quidam verò levius corrigantur. Et cùm paulò diſtrictius agitur, ex caritate agendum eſt, non ex furore; quia ipſi hoc præſtatur qui corrigitur, nè gehennæ ignibus tradatur: ſic enim nos fidelibus tenere diſciplinam debemus, ſicut boni patres carnalibus filijs ſolent, quos & pro culpis verberibus feriunt; & tamen ipſos quos doloribus affligunt, habere hæredes quærunt. Hæc ergò caritas in mente ſervanda eſt, & ipſa modum correptionis dictet; ita ut mens extrà rationis regulam omninò nihil faciat. Addes etiam quomodo ea quæ furto de Eccleſijs abſtulerunt reddere debeant. Sed (abſit) ut Eccleſia cum augmento recipiat quod de rebus tertenis videtur amittere, & lucra de damnis quærat.

Concil. Berghamſtedenſe, anno 697. Can. xxv. Latronem interficiens, hoc eſt ſine compoſitione à cognatis interficientis reddenda. *Si homo ſæcularis latronem occiderit, ſine wirgildo jaceat interfectus.*

Ibid. Can. xxvj. Latro cum Latrocinio captus. *Si quis hominem liberum latrocinium, ſeu rem furatam ſecùm deferentem comprehenderit, unum è tribus Rex elegerit, an reum interfecerit, vel tranſmare ablegaverit, vel wirgildum ejus maluerit. Ille verò qui eum vicit, & comprehendit, dimidium habeto: ſed ſi eum occiderit, ſeptuaginta ſolidis eluito.*

Ibid. Can. xxvij. Servum furens paſſus elabi. *Si ſervus furatus fuerit, & paſſus quiſpiam eſt eum auferre, ſolvat ſeptuaginta ſolidos, vel..... utrùm Rex voluerit. Si quis eum occiderit, Domino ejus dimidium pendito.*

Ibid. Can. xxviij. Alienigena devius. *Si alienigena, vel peregrinus aliquis devius vagetur, & nec ore votiſtraverit, nec cornu inſonuerit, pro fure comprobandus eſt, vel occidendus, vel relegandus.*

Gregor. III. in Judicijs congruis pœnitentibus. ij. Sacrilegium, id eſt, ſacrarum rerum furtum, & hoc maximum eſt peccatum; ſacrilegus dicitur, qui ſacra violat, vel qui ſacra furatur. Placuit ſecundùm humaniorem definitionem qui in hoc vitio corruunt, ſi Epiſcopus fuerit 12. annos pœniteat, Presbyter 10. Diaconus 7. Subdiaconus 5. Clerici & Laïci 4. Sed valdè conſiderandum eſt, & Domini miſericordia adhibenda, ut ipſe Beatus adjecit Gregorius. Ex perſona namque furis penſandum eſt qualiter valeat corrigi: ſunt enim quidam qui habent ſubſidia, & furtum perpetrant, & ſunt qui in hac re ex inopia delinquunt: undè neceſſe eſt, ut quidam damnis, quidam aut verberibus, quidam diſtrictius, ut judicatum eſt, quidam autem levius corrigantur; & cum paulò diſtrictius agitur, ex caritate agendum eſt, & non cum furore; quia ipſi hoc præſtatur qui corrigitur, nè gehennæ ignibus tradatur.

Ibid. Cap. ix. de eod. argumento. De furto. Si quis furtum capitale commiſerit, id eſt, aurum, argentum, quadrupedes, vel domos effregerit; ſi poteſt reddere quod injuſtè abſtulit, multùm breviavit pœnitentiam ejus: ſin autem 5. annos pœniteat. Quòd ſi ſæpè illud fecerit, ſeptem annos pœniteat, humanius tres annos diffinierunt. Si puer amplius decem annorum fecerit furtum, quadraginta, vel viginti dies pœniteat, prout ætas eſt & qualitas eruditionis. Pro modico furto, viginti dies pœniteat. Puer decem annorum aliquid furti faciens, ſeptem dies pœniteat.

Ibid. Can. xxx. de eodem argumento. *Quicumque furtivum comederit, &c.* v. tom. 17.

Capitulare Caroli Magni Regis, anno Regni ejus 11. anno 779. Capitul. ix. Qualiter de latronibus faciendum ſit? *De vindicta & judicio juſto in latrones facto teſtimonio Epiſcoporum, abſque peccato Comites eſſe dicuntur: ita tamen ut abſque invidia, aut occaſione mala, nihil aliud ibi interponatur, niſi vera juſtitia ad perficiendum. Ille verò qui per odium, aut per malum ingenium, niſi pro juſtitia facienda hominem diffecerit, honorem ſuum perdat, & legibus contrà quem injuſtè fecerit, ſecundùm pœnam quam intulit, emendet.*

Ibid. Capitul. xj. De latronibus in cuſtodiam miſſis. *De latronibus qui in cuſtodiam miſſi ſunt, ut nullus Judex publicus pretium pendat; & ſi hoc fecerit, honorem ſuum perdat: & qui Eccleſiam infregerit, moriatur.*

Ibid. Capitul. xij. De latronibus juſtè peremptis, & de hominibus injuſtè punitis. *v. titul.* De Magiſtratibus & Judicibus.

Ibid. Capitul. xxiv. De latronibus bis per membra, & tertiò per vitam puniendis. *De latronibus ita præcipimus obſervandum, ut pro prima culpa non moriantur, ſed oculum perdant; de ſecunda verò culpa naſum ipſius latronis capuletur: de tertia verò, ſi ſe non emendaverint, moriantur.*

Capitulare Aquiſgran. Caroli Magni Regis, anno 789. Capitul. lxviij. De furtis, de inceſtis connubijs, & falſis teſtimonijs. *v. locum, tom. 20.*

Concil. Rhemenſe II. anno 813. Can. xxxvj. De ijs qui malo ingenio res alienas acquirunt, & pro his precarias faciunt. UT QUICUMQUE per cupiditatem & malum ingenium aliorum res acquiſierint, & pro ipſis rebus Eccleſiæ illis in precaria reddiderint, & in poſtmodùm datoribus diſplicuerit, pars Eccleſiæ, quod ſuum eſt, habeat, & illi quę ſua ſunt abſque ullius contradictione recipiant. Poſt hæc verò, hi qui hoc malum perpetrati ſunt, ſecundùm modum culpæ pœnitentiam agant, & deinceps res aliorum cupidè & procaciter recipere non præſumant, niſi tantùm, quod pro ſola eleëmoſyna eas Deo dare voluerint, vel etiam ipſas, quas donant, in nomine ſuo & filiorum ſuorum in precariam recipere voluerint.

Ibid. Ex Capitulis Domni Ludovici, in Ingilenhem. De his qui rapinas
lib.6.c.96. infrà Regnum faciunt. SI QUIS infrà Regnum rapinam fecerit, aut cuiquam noſtro fideli, ejuſque homini aliquid vi abſtulerit, in triplo, cui aliquid abſtulit, legibus componat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt, 60. ſolidos nobis perſolvat: poſtmodùm verò antè nos a Comite adducatur, ut in baſtonico retruſus, uſquè dùm nobis placuerit, pœnas luat. Nam ſi publicè actum fuerit, publicam indè agat pœnitentiam: quoniam raptores, ut ait Apoſtolus;
1.Cor.6. *niſi veram egerint pœnitentiam, Regnum Dei non poſſidebunt.* Qui verò de rebus Eccleſiarum aliquid abſtulerit, gravius indè judicetur: quia ſacrarum rerum ablatio ſacrilegium eſt, & ſacrilegus vocatur, qui ex his aliquid, aut abſtulerit, aut rapuerit. Infames quoque tales perſonę uſquè ad ſatisfactionem Eccleſiæ, quam læſerunt, ſunt habendæ.

Capitulare III. Ludovici Pij Imperatoris, anno 818. Capitula quæ pro lege habenda ſunt. Cap. iv. De eo qui res alienas cuilibet homini vendiderit.
Addit.4. c.86. QUICUMQUE res alienas cuilibet homini vendiderit, & ipſe homo eaſdem res alicui alteri dederit ſive vendiderit, & ipſe qui tunc eaſdem res comparatas habet per malum ingenium, proprio filio, aut alteri cuilibet, necdùm legitimos annos habenti juſtitiæ tollendæ cauſâ tradiderit; volumus, atque firmiter præcipimus, ut ſi pater ejuſdem parvuli vixerit, ipſe intret in cauſam rationem reddendi pro filio ſuo. Si autem ipſe pater mortuus eſt, tunc legitimus ejus propinquus, qui juſtè ei tutor ac defenſor eſſe videtur, pro ipſo rationem reddere compellatur. Similiter de alijs omnibus Juſtitijs ad eum pertinentibus, exceptâ ſuâ legitimâ hæreditate, quæ ei per ſucceſſionem parentum ſuorum legitimè venire debuit. Quòd ſi quis hanc noſtram juſſionem contempſerit, vel neglexerit, ſicut de cæteris contemptoribus, ita de eo agatur. Is verò qui caſdem res primus invaſit, & injuſtè vendiderit, nec non & emptores, exceptâ ſolâ perſona parvuli, hoc quod fraudulenter admiſerunt, infrà patriam emendare cogantur: & poſtea ſicut contemptores juſſionis noſtræ, ſub fidejuſſoribus ad noſtram præſentiam venire compellantur.

Synod. Aquiſgran. II. lib. ij. Cap. 1. De Jerechuntinæ Urbis ſubverſione, & populi Dei propter furtum Acham peremptione, & ipſius Acham juſto Dei judicio horribili internecione. *v. locum, tom. 21.*

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. lx. Ut qui ſacra loca infringunt & prædantur, tamquàm ſacrilegi puniantur.

Ibid. Can. lxj. Ut pervaſores rerum eccleſiaſticarum publicæ pœnitentiæ ſubjiciantur. *v. locum, eod. tom. 21.*

Synodus

Synodus Regiaticina, anno 850. Capitul. 1. De rebus sæcularibus à Ludovico Pio statutum, à Lothario confirmatum. *Perventum est ad nos, quod eos qui Romam orationis causâ pergunt, vel qui negotiandi causâ per Regnum nostrum discurrunt, collecti latrones diripiant, eosque aliquoties vulnerent vel occidant, & eorum bona diripiant; ideòque volumus ut Comites nostri, &c.* v. locum, eod. tom. 21.

Ibid. Cap. ij de eodem argumento. *Sed & hoc comperimus, quia ex diversis locis hujusmodi noxij homines inter se conspirent, &c.* v. locum.

Ibid. Cap. iij. de eod. argum. *Audivimus quoque, quod quidam domos & possessiones habentes, concilient sibi atque consocient latrones alundè venientes, &c.* v. locum, ibid.

Nicol. Pap. I. Responf. ad consulta Bulgarorum. xxxj. De furibus. *Circà fures animalium, si non misericordia, saltem legum edicta serventur.*

Isaac. Epist. Lingon. Canones. Titul. vj. De rapacibus. Cap. 1. De his qui infrà Regnum per vim aliquid rapuerint. *Ex lib. 5. Cap. 361.* Si quis in exercitu infra Regnum, sine jussione dominica per vim hostilem aliquid prædari voluerit, aut fœnum tollere, aut granum, sive pecora majora, domosque infringere vel incendere; hæc non fiant omninò prohibemus. Quòd si ab aliquo præsumptiosè factum fuerit, 60. solidos, si liber est, sit culpabilis, & omnia similia restituat, aut 12. testibus se purget. Si verò servus hoc fecerit, capitali crimini subjacear, & Dominus omnia similia restituat, quia servum suum non correxit, nec custodivit, ut talia non perpetraret. Quòd si nos ipsos comedimus, citò deficiemus. Unusquisque tamen custodiat exercitum suum, nè aliqua depredatio infrà Regnum fiat.

Ibid. Cap. ij. De his qui rapinas infrà Regnum faciunt. *Ex lib. 6. cap. 96.* Si quis infrà Regnum rapinam fecerit, aut cuiquam nostro fideli, ejusque homini aliquid vi abstulerit, in triplo cui aliquid abstulit, legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est 60. solidos nobis persolvat. Postmodùm verò antè nos à Comite adducatur, ut in bastonico retrusus, usquè dùm nobis placuerit, pœnas luat. Nam si publicè actum fuerit, publicam indè agat pœnitentiam, juxtà SS. Canonum sanctionem. Si verò occultè, Sacerdotum consilio ex hoc agat pœnitentiam. *Quoniam raptores*, ut ait Apostolus, nisi veram egerint pœnitentiam, *Regnum Dei non possidebunt.* Qui verò de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerit, gravius indè judicetur, quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur, qui ex eis aliquid aut abstulerit, aut rapuerit. Infames quoque tales personæ usquè ad satisfactionem Ecclesiæ quam læserunt, sunt habendæ. 1.Cor.6.

Ibid. Cap. iij. Ut socios suos nominet apud quem pars rapinæ fuerit inventa. *Ex eod. c. 355.* Apud quem scelus agnoscitur, & pars rapinæ fuerit inventa, statim socios suos nominare cogatur: quòd si nominare noluerit, teneatur ad vindictam. Quòd si honestior persona est, pro se rationem reddat, & quæ ablata vel eversa fuerint, in quadruplum restituat. Quòd si certè apud servum rapinæ pars reperiatur, centum-quinquaginta flagella extensus accipiat, & socios suos nominare non differat.

Ibid. Cap. iv. De his qui diripienda judicare reperiantur. *Ex eod. cap. 356.* Quicumque ingenuus, vel servus, aliquid diripiendum judicavetit, vel cujus-

cumque res evertatur, aut pecora, aut jumenta diripiantur, & hoc certis probationibus publicè convictus inveniatur, pro eò quòd indicavit, si ingenuus est, ea quæ ablata, vel eversa sunt, in duplo restituat, & nobis bannum nostrum, id est, 60. solidos componat. Si verò servus vel colonus fuerit, 150. flagella, ut suprà publicè extensus benè pressa accipiat, & insuper ea quæ ablata sunt, secundùm suam legem restituat.

Ibid. Cap. v. De eo qui facultatem deprædationis dederat. *Ex eod. lib. cap.* 375. Si quis sceleratâ factione facultatem deprædationis dederit, vel si quis factum divisserit, comburatur vivus.

Ibid. Cap. vj. Ut hi, qui res Ecclesiæ invadunt, vastant, vel diripiunt, si monente Episcopo non se correxerint, Communione priventur. *Ex lib.* 7. *cap.* 277. Si quis cujuscumque munuscula Ecclesiæ sanctis scripturarum titulis collata, nefariâ calliditate abstulerit, fraudaverit, invaserit, retentaverit, atque suppresserit, & non statim à Sacerdote commonitus Deo collata reddiderit, ab Ecclesiæ Catholicæ Communione pellatur.

Ibid. Cap. vij. De his qui res Ecclesiæ traditas invadunt, vel vastant, aut absque proprij Episcopi contensu accipiunt. *Si quis res Ecclesiæ debitas vel proprias Sacerdotis horrendæ cupiditatis instinctu occupaverit, retinuerit, aut à potestate ex competitione perceperit, si eas non restituerit, Communione privetur. Quòd si agnito jure ecclesiastico non statim Ecclesiæ vel Sacerdoti reformaverit, aut ut ipsum jus agnoscere possit, in judicium Electorum venire distulerit, tamdiù à Communione Ecclesiastica suspendatur, quamdiù restitutis rebus, tàm Ecclesiam, quàm Sacerdotem reddat indemnem.*

Ibid. Cap. viij. De his qui oblationes defunctorum retinent. *Similis etiam his, qui oblationes defunctorum Ecclesijs, vel Sacerdotibus legaliter dimissas, quolibet modo assignare tardaverint, vel retinere præsumpserint, districtionis Ecclesiasticæ, juxtà priores Canones, forma servetur; cui etiam sententiæ subjacebit, quisquis sibi quolibet ordine, quod pro devotione sua Ecclesijs dedit, revocare præsumpserit.*

Ibid. Cap. ix. De Abbatibus, Presbyteris, vel reliquis Ministris rebus Ecclesiasticis non alienandis. *Abbatibus, Presbyteris, cæterisque Ministris, de rebus Ecclesiasticis, vel sacro ministerio traditis, nihil alienare vel obligare absque permissione, & subscriptione Episcopi sui liceat. Quòd si præsumpserint, degradentur Communione concessâ, & quod temerè præsumptum vel alienatum est, ordinatione Episcopi revocetur.*

Concil. Wormat. anno 868. Can. xv. Si in Monasterijs aliquid furatum fuerit, qualiter ipsi Fratres se indè purgare debeant? *Sæpè contingit, ut in Monasterijs furta perpetrentur, & qui hæc committunt ignorentur: Idcircò statuimus, ut quando ipsi Fratres de talibus se expurgare debeant, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse Abbas præceperit præsentibus Fratribus: & sic in ultima Missæ celebratione pro expurgatione sua, Corpus & Sanguinem Domini N. J. C. percipiant, quatenùs ita inde innocentes se esse ostendant.*

2. qu. 5. Sæpè contingit. Hic Canon tanquàm erroneus abrogatus est. v. S Thomam 3. p. q. 80 art. 6. ad 3.

Concil. apud S. Macram, anno 881. Capitul. v. De rapinis compescendis. *Raptores autem, non nostris verbis, sed Christi & Sanctorum ejus, qui cum illo in Cælo regnant, & in terris Miraculis coruscant, &c.* v. totum fulè.

Ibid. Cap. vij. Item de rapinis. *Eccè quæ de rapinis & de raptoribus, Sanctus Spiritus per ſibi organa digna comminatus eſt & decrevit, &c.* v. totum fusè, tom 24.

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. xxxj. De furibus & latronibus. *Tranquillitatem Sanctæ Dei Eccleſiæ inquietari, & pacem fraternam infeſtari teſtantur fures & latrones, qui ambulant inter nos ovinâ pelle obumbrati, ſed lupinâ mente recedunt, &c.* v. locum, eod. tom.

Concil. Troſlejanum, anno 909. Capitul. vij. De rapinis. *Nunc de his agendum eſt qui rapinis diverſo modo dediti, &c.* v. locum fusè, eod. tom. 24. in fine.

Concil. Lateran. I. anno 1122. Can. xij. De raptoribus rerum eccleſiaſticarum. *Sanctorum Patrum Canonibus conſona ſentientes, oblationes, &c.* v. locum, tom. 27.

Concil. Lateran. II. anno 1139. Can. xviij. De præda. *Peſſimam ſiquidem, & depopulatricem, & horrendam incendiorum malitiam, &c.* v. locum, eod. tom.

Concil. Turon. anno 1163. Can. iij. De uſurpatoribus rerum eccleſiaſticarum. *Quamvis grave nimis & divini dignum animadverſione Judicij habetur, &c.* eod. tom.

Appendix ad Concil. Lateran. III. anno 1179. De raptoribus rerum eccleſiaſticarum. Cap. 1. Raptori rerum eccleſiaſticarum, niſi ablata reſtituat, vel de reſtituendo cautionem dederit, pœnitentia eſt deneganda: & ſi talis deceſſerit, Clerici ejus ſepulturæ non debent intereſſe. *Super eo quòd de raptoribus Eccleſiarum, &c.*

Ibid. Cap. iij. Pro furibus & latronibus injuriando occiſis, non eſt orandum. *Fures & latrones, ſi in furando, vel in prædando occiduntur, &c.* v. loc. ibid. tom. 27.

Ibid. *Ubi Titulus in Archetypo deſideratur.* Cap. xxxv. Laïcus Eccleſiam ſpolians, eſt excommunicandus. *Gravis illa & odibilis querimonia, quæ, &c.* v. locum.

Concil. Ravennate, anno 1317. Cap. xvj. De pœna procurantium malè ablata incerta legari ſub alio nomine ſeu modo. *Quorumdam fraudibus legis prævaricatorum, &c.* v. tom. 29.

Concil. Oxonienſe, anno 1222. Cap. xx. Nè quis latrones in domibus vel in ſervitio teneat. *Prohibemus ſub interminatione anathematis, &c.* v. locum, tom. 28.

Concil. London. anno 1237. Capitul. xviij. Contrà latronum protectores. *Contrà latronum flagitia, quibus nimis abundat Regio Anglicana, &c.* eod. tom.

Concil. Viennenſe, anno 1267. Capitul. iv. De occupatoribus rerum eccleſiaſticarum. *Item cùm in pleriſque locis quorumdam laïcorum iniquitas valuerit, &c.*

Ibid. Cap. x. De rapina defunctorum Clericorum. *Item ordinamus & ſtatuimus, ut Prælati & curam animarum habentes, &c.* eod. tom. 28.

Concil. Saltzburg. anno 1281. Capitul. xv. Contrà Patronos & Judices qui bona decedentium Clericorum invadunt. *Item ſtatutum bonæ memoriæ Cuidonis, &c.* v. locum, ibid.

Concil. Herbipol. anno 1287. Cap. xx. De occupatoribus & invaſoribus rerum eccleſiaſticarum. *Dignum arbitrantes, & conſentaneum æquitati, &c.*

Ibid. Cap. xxvj. De uſurpantibus ſibi bona Eccleſiarum vacantium. *Nonulli afflictis Eccleſijs, quæ vacationis laborant incommodo, &c.* v. locum, ibid. *Quære in 6. lib. de officio Ordinarij, tit.* Præſenti prohibemus edicto.

Concil. Ravenn. III. anno 1314. Cap. xvij. De raptoribus & invaſoribus bonorum eccleſiaſticorum mobilium. *Ad reprimendam malitiam, ambitionem, avaritiam perverſorum, &c.* v. locum, tom. 28. in fine.

Concil. Turon. anno 1448. Cap. xiv. *Tom.* 34. Excommuncicantur invaſores, raptores, depręḍatores, occupatores ſuo nomine vel alieno Perſonarum Eccleſiaſticarum, rerum ſuarum, ſeu locorum religioſorum. Item, qui domibus, vel locis Eccleſiaſticis poſuerint comeſtores. Et quia facientes, & conſentientes pari pœnâ conſtringuntur, receptatores, defenſores invaſorum, & qui ad præmiſſa dederint conſilium, vel favorem publicè vel occultè, eiſdem pœnis mulctentur. Et poſt mortem, niſi ipſi, vel eorum hæredes ſatisfecerint de præmiſſis, eccleſiaſticâ careant ſepulturâ.

DE DESPERANTIBVS,

ET

CAPITALI SUPPLICIO AFFLICTIS.

CONCIL. AUREL. V. anno 549. Can. xx. Ut incarcerati diebus dominicis ab Eccleſiæ Præpoſitis viſitentur. *v. locum, tom. 11. in fine.*

Concil. Bracar. I. anno 563. Cap. xvj. Qui pro ſuis ſceleribus puniuntur. AD HOC Sacerdotalis inſtitutio debet ſine dubio promulgari, & ut vitia inolita auſteriſſimâ falce pœnitentiæ deſecet, & ulcus, quod dudùm in membrorum compagibus exortum ſauciat ac ſerpit, rigidæ intentionis conatu uſquequaque detruncet. Quorundam etenim hominum, tam grave inolevit deſperationis contagium, ut dùm fuerint pro qualibet negligentia aut diſciplinæ cenſura mulctati, aut pro ſui purgatione ſceleris ſub pœnitentiæ ſatisfactione cuſtodiâ mancipati incumbente deſperationis incommodo, ſeipſos malunt, aut laqueo ſuſpendio enecare, aut ferro, vel alijs mortiferis caſibus interimere; & niſi præventi cujuſlibet rei occaſione ſuam nihilominùs diabolus in eis perficit voluntatem. Proindè huic nequiſſimæ ſuadelę cupientes ponere finem, & malagmam congruam tali ægrimoniæ providere, Cœtus noſtri decernit ſacratiſſima unio; ut quicumque talibus decipulis irretitus, interemptionis evaſerit caſus, duorum menſium ſpatio, & à Cathecumenorum collegio, & à Corpore ac Chriſti Sanguine Sacro manebit omnimodò alienus: quia oportet, ut per pœnitentiæ cenſuram priſtinæ reddatur ſpei atque ſaluti, qui animam ſuam per deſperationem conabatur diabolo ſociare.

Sap. 16. nequeherba neque malagma ſanavit eos.

Concil. Tolet. XVI. anno 693. Capitul. iv. De deſperantibus. *v. ſuprà Concil. Bracar. cap. 16.*

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. xxxij. De his qui quacumque violentiâ ſibi mortem inferunt, *Item placuit, ut hi qui ſibiipſis, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut ſuſpendium, aut quolibet modo violentiam inferunt mortis, nullus in oblatione commemorationem faciat eorum, neque cum pſalmis eorum corpora ad ſepulturam deportentur. Mulet enim hoc ſibi per ignorantiam uſurpaverunt. Similiter & de his placuit, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.*

Nicol. Pap. I. Reſponſ. ad Conſulta Bulgarorum. xcviij. De eo qui ſeipſum occidit. *v. locum, tom. 22.*

Concil. Mogunt. I. anno 848. Capitul. xxvij. De his qui ſuſpenduntur in patibulis. QUÆSITUM eſt ab aliquibus Fratribus de his qui in patibulis ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus, poſt confeſſionem Deo peractam, utrùm cadavera illorum ad Eccleſias deferenda ſint? & oblationes pro eis offerendę, & Miſſæ celebrandæ, an non? Quibus reſpondimus: Si omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & dignè pœnitentibus, Communio in fine ſe-

cundùm canonicum justum danda est, cur non eis qui pro peccatis suis pœnam
Num. 1. extremam persolvunt? Scriptum est enim: *Non vindicas Deus bis in idipsum.*
juxtà 70. Ezechiel. 33. ibid. Nam ipse Dominus ait: *In quacumque die conversus fuerit peccator, peccata ejus non reputabuntur ei.* Et iterùm: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.* Salutem ergò homini adimit, quisque mortis tempore pœnitentiam denegat, & desperat de clementia Dei, qui eam ad subveniendum morienti sufficere, vel in momento posse non credit. Perdidisset latro in cruce prœmium ad
Luc. 23. Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœnitentia non juvisset, cùm esset in pœna, pœnituit, & per unius sermonis professionem habitaculum Paradisi, Deo promittente, promeruit. Vera ergò ad Deum conversio in ultimis positorum mente potiùs est æstimanda quàm tempore; Prophetâ hoc taliter asse-
Ezech. 33. rente: *Cùm conversus ingemueris, tunc salvus eris.*

Capitul. Egberti Archiepisc. De capitalibus criminibus, ad remedia peccatorum. *Nunc igitur capitalia crimina secundùm Canones explicabo. Primò: superbia, invidia, fornicatio, inanis gloria, ira longo tempore, tristitia sæculi, avaritia, ventris ingluvies. Augustinus adjecit sacrilegium, &c.* v. locum, tom. 17.

Ibid. Parvulorum castigatio. *Parvulus usquè annos 15. pro delicto corporali disciplinâ castigetur; post hanc verò ætatem, quidquid deliquerit, vel si furatur, retribuat, seu secundùm legem exolvat.*

Leges Ecclesiasticæ Canuti Regis. Alia tabula legum ecclesiasticarum. Cap. xij. De ordinato capitis reo. *Si quis inauguratus Sacris rei capitalis obnoxius extiterit, comprehenditor, atque ut tandem Episcopo criminis admissi pœnas dependat, asservator.*

DE TORMENTIS.

NICOLAI I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. lxxxvj. Si fur vel latro deprehenſus fuerit, & negaverit quod ei injungitur; aſſeritis apud vos, quòd Judex caput ejus verberibus tundat, & alijs ſtimulis ferreis, donec veritatem depromat, ipſius latera pungat: quam rem nec divina lex, nec humana prorsùs admittit, cùm non invita, ſed ſpontanea debeat eſſe confeſſio, nec ſit violenter elicienda, ſed voluntariè proferenda. Denique ſi contigerit vos etiam illis pœnis illatis, nihil de his, quæ paſſa crimen objiciuntur penitùs invenire, novus ſaltem tunc erubeſcitis, & quam impiè judicetis agnoſcitis? Similiter autem ſi homo criminatus talia paſſus, ſuſtinere non valens, dixerit ſe perperraſſe, quod non perpetravit; ad quem rogo, tantæ impietatis magnitudo revolvitur, niſi ad eum qui hunc talia cogit mendaciter confiteri? quamvis non confiteri noſcatur, ſed loqui, qui hoc ore profert, quod corde non tenet. Relinquite itaque talia, & quæ hactenùs inſipienter exercuiſtis, medullitùs execramini. Quem enim fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Porrò cùm liber homo crimine fuerit appetitus, niſi jam pridem repertus eſt, alicujus ſceleris reus, aut tribus teſtibus convictus pœnæ ſuccumbit, aut ſi convinci non potuerit, ad Evangelium ſacrum, quod ſibi objicitur, minimè commiſiſſe jurans, abſolvitur; & deinceps huic negotio finis imponitur, quemadmodùm crebrò dictus Apoſtolus Doctor Gentium atteſtatur: *Omnis*, inquiens, *controverſiæ eorum finis ad confirmationem eſt juramentum.* Hæbr. 6.

v. ſuprà titul. De deſperantibus, & capitali ſupplicio afflictis.

Concil. Wormat. anno 868. Can. lxxx. De his qui ſuſpenduntur in patibulis. *v. locum, tom.* 23.

Leges Eccleſiaſticæ ab Alvredo Magno Rege Anglorum. Titul. viij. De reo mortis, qui confiteri deſiderat Sacerdoti. *v. tom.* 24.

Leges Eccleſiaſticæ Edoüardi Senioris Regis Angliæ. Titul. v. De rei capitalis damnato Confeſſorem deſiderante. *eod. tom.*

Ibid. Titul. x. De membro truncato, poſt tertium diem ſubveniendo. *v. locum.*

Leges Eccleſiaſticæ Canuti Regis, anno 1032. Cap. xij. De capitali ſupplicio afflictis. *v. locum, tom.* 25.

DE RESTITVTIONE SPOLIATORUM.

EPIST. II. Sixti Pap. Titul. ij. De Epiſcopis rebus expoliatis, aut à ſe pulſis. *vide locum, tom. 1. pag. 532.*

Epiſt. ij. ſive Reſcriptum Julij Papæ I. contrà Orientales pro Athanaſio & cæteris. Titul. 1. De vocatione Orientalium Epiſcoporum ad Julium, & reſtitutione damnatorum Epiſcoporum ab ipſis.

Ibid. Titul. viij. De Epiſcopis rebus ſuis expoliatis, vel à Sede ſua pulſis. *v. locum, tom. 2. pag. 569.*

Epiſt. 1. Felicis Pap. II. Titul. viij. De accuſationibus Epiſcoporum, & rerum ſuarum ablatarum redintegratione. *v. tom. 3.*

Epiſt. iv. Damaſi Papæ I. Titul. v. De Epiſcopis ejectis, aut rebus expoliatis. *v. eod. tom. 3. pag. 274.*

Concil. Toletan. anno 400. Capitul. xi. Ut ſi quis potentum quemquam ſpoliaverit, & admonente Epiſcopo non reddiderit, excommunicetur. *v. tom. 3. in fine.*

Epiſt v. Zozimi Papæ, ad Epiſcopos Galliæ. De Privilegijs Eccleſiæ Arelatenſis. Tit. iij. Ut Eccleſiæ Arelatenſi ſuæ Parochiæ reſtituantur. *v. tom. 4.*

Epiſt. lxxxix Leon. Pap. I. ad Epiſcopos Provinciæ Viennenſis. Titul. 1. Chelidonius Epiſcopus, quem Hilarius damnaverat, retractato judicio, abſolutus.

Ibid. Titul. ij. Projectus Epiſcopus, cui ægrotanti alterum idem Hilarius ſubſtituerat, in integrum reſtitutus. *v. tom. 7.*

Synodus S. Patricij, Auxilij, & Iſſernini Epiſcoporum in Hibernia, anno 450. Can. xx. De fraudatore debiti. *v. locum, eod. tom. 7.*

Synodus Rom III. anno 501. ſub Symmacho Papa, & in ejus cauſa. De reſtitutione ſpoliatorum per totum. *Cauſa ergò de Sacerdotum animis (quæ de Concilio nondùm firmato triſtitiam miniſtrabat) abſciſſa eſt, &c.* v. totum, tom. 10.

Ibid. Synod. Rom. V. ſub eod. anno 503. *Nec ullos Epiſcopos ſuis rebus expoliatos, vel à Sedibus, vi aut dolo, &c.* v. locum, ibid.

Joann. Pap. I. Epiſt. 1. ad Zachariam Archiepiſcopum. De non accuſandis Epiſcopis. *Ideò iſta dicimus, quia in ſcriptis veſtris reperimus, &c. Priùs ergò oportet omnia illis, &c.* v. locum, cod. tom.

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. ix. Quæ ab Epiſcopo contrà Canones alienata ſunt, revocari. *v. tom. 11.*

Concil. Lugdun. II. anno 577. Can. iij. De ijs qui aliquos per vim & nefas captivos tenent, excommunicandis, niſi reſtituant. *v. tom. 12.*

Gregor. Magn. lib. 1. Epiſt. xix. Præcipit ut Honoratum Archidiaconum ſuo gradui reſtituat. *v. locum, tom. 13.*

Id. ejuſd. lib. ij. Epiſt. xiv. De Honorato Archidiacono in locum ſuum reſtituendo.

Ibid. Ejuſd. xv. De Natali & Honorato Archidiacono è loco ſuo honoris cauſâ dejecto. *v. locum.*

Ibid. in eadem. Altera pars. Epiſt. xvij. De poſſeſſionibus Floræ Abbatiſſæ reddendis. *v. loc.*

Id. ejuſd. lib. vij. De Maſſa Veneris Stephani Abbati reſtituenda.

Ibid. Epiſt. xliv. Hortatur ut de poſſeſſionibus injuſtè judicium cum Felice ſubeat. *v. locum, eod. tom.* 13.

Id. eod. lib. Epiſt. exx. Siagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi. *Si in rebus ſæcularibus ſuum cuique jus, & proprius ordo ſervandus eſt, quantò magis in Eccleſiaſticis diſpoſitionibus nulla debet induci confuſio, nè ibi diſcordia locum inveniat, undè pacis debent bona procedere? Quod hac ratione ſervabitur, ſi nihil poteſtati, ſed totum æquitati tribuatur, &c.* v. locum.

Ibid. Epiſt. cxxj. *Summum in Regibus bonum eſt Juſtitiam colere, ac ſua cuique jura ſervare, & ſubjectis non ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodire. Quod quia vos diligere, & omninò confidimus ſtudere Excellentiæ veſtræ indicare ea quæ emendationem expetunt, ut per hoc, & oppreſſis ſuccurrere, & vobis mercedem æquirere noſtris Epiſtolis valeamus, &c.* v. locum.

Ibid. ejuſd. lib. xij. Epiſt. 1. Ut Fortunatum Abbatem injuſtè depoſitum reſtituat, & Epiſcopum reprehendat quòd Prædeceſſoris ſui abſque cauſa ordinationem deſtruxerit. *Quia incongruum valdè eſt à ſuſcepto officio, ſolâ quemquam voluntate ſuſpendi quem culpa non removet, &c.* v. locum, tom. 14. v. quoque Epiſt. 3. ad Bonifac. Diaconum.

Concil. Tolet. IV. anno 633. Capitul. xxxviij. De ſuffragio Fundatoribus Eccleſiarum, vel filijs eorum, ex rebus ab ipſis collatis impertiendo. *Præbendum eſt à Sacerdotibus vitæ ſolacium indigentibus, & maximè his quibus reſtituenda vicißitudo eſt. Quicumque ergò fidelium de facultatibus ſuis Eccleſiæ aliquid devocione propriâ contulerunt; ſi fortè ipſi aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Eccleſia ſuffragium vitæ pro temporis uſu percipiant. Si enim Clericis vel Monachis, ſeu peregrinis, aut quamlibet neceſſitatem feſtinantibus, pro ſolo religionis intuitu, in uſum res eccleſiaſticæ largiuntur, quantò magis his conſulendum eſt, quibus * retributione juſtâ debetur.* 16. q. 7. Quicumque fidelibus. * retributio.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. iij. cap. xv. Ut ſubleventur ſedes quædam Epiſcopales rebus ſuis ſpoliatæ. *v. locum, tom.* 21.

Ebbo Sedi Rhemenſi Lotharij Imperat. Edicto reſtitutus, anno 840. ex Flodoardo lib. ij. cap. xx. *Quia confeßio delictorum non minùs in adverſis neceſſaria eſt, quàm in proſperis, & cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit, gaudium etiam eſſe Angelorum in Cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente non dubitamus; non mortales in cerris eos nequaquàm deſpicimus, pro quibus gaudere Angelos in Cælo divino teſtimonio non ignoramus. Accuſantes & reprehendentes in exceßibus, &c.* v. locum, eod. tom. 21.

Concil. Vernenſe II. anno 844. Can. xij. Ut Eccleſijs reſtituantur loca & prædia eccleſiaſtica quæ Laïci poſſident. *v. eod. tom.*

Nicol. Pap. I. Epiſt. vij. ad Michaëlem Imperat. Cap. iv. ex Synodo Romæ habita, anno 857. Narrationis ordo de Photij depulſione, & Ignatij Pa-

triarchæ reſtitutione. *Reverentiſſimum & Sanctiſſimum Fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Ignatium, &c.* v. locum, tom. 22.

Ibid. Cap. v. de eod. argumento. *Eos autem Epiſcopos, ſeu cujuſlibet ordinis Clericos, qui poſt injuſtam dejectionem Fratris & Coepiſcopi noſtri Ignatij, vel in exilio relegati, vel miniſterio aut gradu invidiosè privati, &c.* v. locum.

Ejuſd. Epiſt. ix. ad Michaëlem Imperat. *In.* 2. *pag. poſt* 3. *lin.* . . . . Nam ſi nos adeò Miſſos noſtros deſtinaſſemus, &c. *v. locum.*

Id. Epiſt. x. ad Clerum Conſtantinopolitanum. *Sub fin.* 3. *pag.* . . . . Porrò ſi nos ideò deſtinaſſemus, &c. *ad hæc verba*: debuit prævideri.

Idem ex Concil. Rom. III. *Reverentiſſimum & Sanctiſſimum Fratrem, &c.* v. ut ſuprà.

Ibid. v. *Eos autem Epiſcopos ſeu cujuſlibet ordinis Clericos, &c.* v. ut ſuprà.

Ejuſd. Epiſt. xj ad Bardam Cæſarem. *Sub fin.* 3. *pag.* . . . . Scilicet ut ablato, &c. *v. locum.* v. quoque Epiſt. 29. 31. 32. & ſequent.

Ibid. Epiſt. lxvj. ad Stephanum Comitem Arvern. *Il commence par de grandes plaintes contre ſa mauvaiſe conduite, & il ajoute.* . . . . Cæterùm quia quod his nequiùs extat, contrà omne quod Chriſtianæ Religioni convenit, dejecto Sanctiſſimo Sigone Arvernenſi Epiſcopo, in locum ejus pervaſorem Adonem Clericum ſubſtituiſti; præcipimus auctoritate Dei Omnipotentis Beatorum Apoſtolorum Principum Petri & Pauli, ut nullam paſſus moram Sanctiſſimum Sigonem Epiſcopum, dejecto pervaſore Eccleſiæ ſuę reſtituas, & in omni Sacerdotij dignitate eum manere amodò dimittas. *Paulò poſt*: Pervaſor verò Sanctæ Arvernenſis Eccleſiæ, ſi poſt hanc noſtram definitionem illic remorari tentaverit, & aliquod impedimentum Sanctiſſimo Sigoni Epiſcopo facere quacumque argumentatione præſumpſerit, ſciat ſe pari modo, non tantùm à vini & carnium, verùm & à Corporis & Sanguinis Domini N. J. Chriſti participatione penitùs eſſe ſejunctum, quamdiù noſtris juſſionibus obtinatè in præſentiam Apoſtolicam venire diſtulerit.

Appendix Epiſtolarum Nic. Pap. I. Epiſt. xv. ad Aquitanos. Ut res Eccleſiarum, quas injuſtè quoquomodo retinent, ſine mora reddant, ac deinceps ab ijſdem abſtineant.

Ibid. Epiſt. ad Carol. Regem. Ut curet à Lothario reſtitui ea quę ab Helletrude Sorore ſua Berengarij vidua abſtulerat. *v. locum, eod. tom.* 22.

Ibid. Fragmenta quædam aliarum Epiſtolarum Nic. Pap. I. Epiſt. ij. Reſtituendus eſt, quem neque convictum, neque confeſſum conſtat eſſe ejectum. *v. locum.*

v. quoque Epiſt. Nicol. Pap. I. poſt Concil. in loco qui dicitur Piſtis, anno 863. *in fine tom.* 22.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon: lxxj. Ut nullus accuſationem ſuſcipiat priuſquàm rebus ſuis reſtituatur.

Epiſt. 1. Hadriani Pap. II. ad Baſilium. Laudat Imperatorem quod Ignatium reſtituerit. *v. locum, tom.* 23. v. quoque Epiſt. 2. 3. 4. 5. & ſequent. ejuſd. argum.

Joann. Pap. VIII. Epiſt. xlij. ad Carolum Regem. Monet ut bona ablata à Monaſterio Sanctimonialium reſtituenda curet: quòd niſi intrà 60. dies fecerit, per Legatum id ſibi nuntiaverit, vel cauſam cur non ſint reſtituta, non reddiderit, eum excommunicat.

Ejuſd. Epiſt. lxxj. ad Cunipertum Comitem. Præcipit ut bona Romanæ Eccleſiæ quæ occupaverat, reſtituat. *v. quoque Epiſt.* 108. 110. 121. 129. 256. 262. 292. 300. *& ſequent.* Tom. 24.

Concil. apud S. Macram, anno 881. Cap. v. De rapinis compeſcendis. *Raptores autem, non noſtris verbis, ſed Chriſti, & Sanctorum ejus qui cum illo in Cælo regnant, &c.* v. locum fusè.

Ibid. vij. *Eccè quæ de rapinis & de raptoribus Sanctus Spiritus per ſibi organa digna comminatus eſt, & decrevit, &c.* v. totum fusè, eod. tom. 24.

Ibid. xvij. De poſſeſſione ex ſcripto poſſeſſa. *Qui terram habuerit per ſcripturæ ſeriem ſibi à majoribus relictam, ab hæredibus ad alios alienandi poteſtas ei non eſto, ſiquidem præſentibus cognatis coràm Rege aut Epiſcopo, ſcripturâ aut teſtimonio probetur, omni alienatione ei interdixiſſe illum qui priùs conteſſus, talemque ei impoſuiſſe legem cùm primò dederit.*

Appendix ad Concil. Lateran. III. De ſpoliatis reſtituendis vel non.

Ibid. De alienatione rerum Eccleſiæ, & de earumdem recuperatione. Sunt Cap. ix. *v. locum, tom.* 27.

v. ibid. paulò poſt. De raptoribus rerum Eccleſiaſtic. & violatoribus earum. Cap. 1. Raptori rerum Eccleſiaſticarum, niſi ablata reſtituat, vel de reſtituendo cautionem dederit, pœnitentia eſt deneganda: & ſi talis deceſſerit, Clerici ejus ſepulturæ non debent intereſſe. *Super eo quòd de raptoribus Eccleſiarum, &c.* v. locum, & titul. *De furto & latronibus.*

Concil. Herbipol. anno 1287. Capitul. xxx. De ſpoliatoribus ſtratarum. *Spoliatores ſtratarum, & raptores alios qui tranſeuntes per vias, &c.* v. locum, & ſequent. tom. 28.

DE OBREPTIONE ET SUBREPTIONE.

Hilar. Pap. Epiſt. iv. ad Leontium, Veranum, & Victurum Epiſcopos, anno 461. *Si quidem relationibus in noſtro judicio recenſitis, &c.* v. loc. ad hæc verba: *quidquid obreptum nobis eſſe conſtiterit.* Tom. 9. *v. de hac materia præcedent. titul.*

DE VSVRA.

CANON. APOSTOLORUM. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, τόκοις ἁπαιτῶν, &c. *Eſt Can.* 43. *Apoſt.* Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, uſuras à debitoribus exigens; aut deſinat, aut certè damnetur. *Eſt Can.* 44. *apud Dion. Exig.*

Concil. Eliberit. anno 305. Can. xx. De Clericis & Laïcis uſurarijs. *Si quis Clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit eum degradari, & * abſtineri. Si quis etiam Laicus accepiſſe probatur uſuras, & promiſerit, correctus jam, ſi ceſſaturum, nec ulteriùs exacturum, placuit ei veniam tribui: ſi verò in ea iniquitate duraverit, ab Eccleſia eſſe projiciendum.*

* abſtinere.

Concil. Arelat. I. anno 314. Can. xij. Ut Clerici fœneratores excommunicentur. *De Miniſtris qui fœnerant, placuit eos juxtà formam divinitùs datam, à Communione abſtineri.*

Concil. Neocæſar. anno 314. Can. iv. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἱερατικὸν, &c. *Eſt Can.* 5. *apud Dion. Exig.* Quòd non oporteat Sacerdotes, &c. *v. locum, tom.* 1.

Concil. Nicæn. anno 325. Titul. xv. De Clericis uſuras accipientibus. *Quoniam multi ſub regula conſtituti, avaritiam & turpem quæſtum ſectantes, obliviſcuntur Divinæ Scripturæ dicentis*, pecuniam non dedit ad uſuram: *& fœnerantes centeſimas exigunt, æquum cenſuit Sancta & magna Synodus, ut ſi quis inventus fuerit, poſt hanc definitionem uſuras ſumere ex mutuo, vel aliter eam rem conſectari, aut ſeſculpa exigere, vel omninò aliquid aliud excogitare turpis lucri gratiâ è Clero deponatur, & alienus à Canone exiſtat.*

Ibid. Titul. lj. De fœneratore, & turpi quæſtu Clericis interdicto. *v. locum, tom.* 2.

Decreta Julij Pap. I. Decret. 1. Turpe lucrum ſequitur, qui minùs emit, ut plus vendat, vel quid ſit uſura?

Concil. Carth. g. I. anno 347. Can. xiij. Ut non liceat Clericis fœnerari. *Abundantius Epiſcopus Adrumetinus dixit: In noſtro Concilio ſtatutum eſt, ut non liceat Clericis fœnerari, &c.* v. locum, tom. 3.

Concil. Carthag. III. anno 397. Capitul. xvj. Ut Clerici non ſint uſurarij. *Ut nullus Clericorum ampliùs recipiat quàm cuiquam accommodaverit: ſi pecunias accipiat, ſpeciem eamdem quantam dederit, accipiat: & quidquid aliud tantùm quantùm dederit, accipiat.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Capitul. lxvij. De ſeditionarijs aut uſurarijs, nè Clerici fiant. *v. locum, tom.* 3.

Tituli Capitulorum Niceni Concilij, anno 419. Cap. xvij. Græco-Latinum. De Clericis qui uſuras accipiunt. *v. locum, tom.* 4.

Epiſt. 1. Leon. Pap. I. ad Epiſcopos per Campaniam & Picenum, &c. Titul. iij. Quòd uſuras non ſolùm Clerici exigere non debeant, ſed nec Laïci. *Nec hoc quoque prætereundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos, uſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere; quod non dicam in eos, qui*

qui ſunt in Clericali officio conſtituti, ſed in Laïcos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus quòd vindicari acriùs in eos, qui fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur. 24. qu. 4. c. Nec hoc.

Ibid. Cap. iv. Ut Clericus, nec ſuo nec alieno nomine fœnus exerceat. *Illud etiam duximus præmonendum, ut ſicut non ſuo, ita non alieno nomine aliquis Clericorum exercere fœnus attentet: indecens enim eſt crimen ſuum commodis alienis impendere. Fœnus autem non ſolùm aſpicere & exercere debemus, ut quod hîc miſericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum menſurâ retribuet, recipere valeamus.* Diſt. 46. ſi. Sicut non ſuo.

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. xiv. Ut Clericus pecuniam ad uſuram non donet, nec conductor alienæ rei, vel negotiator exiſtat. *Si quis Clericus pecuniam dederit ad uſuram, &c.* v. tom. 9.

Concil. Turon. I. anno 461. Can. xiij. Ut Clerici uſurarij non ſint. *Illud etiam ſecundùm Scripturarum auctoritatem, vel Patrum conſtitutionem addendum credidimus, ut nè quis Clericus qui negotiandi ſtudium habere voluerit, uſuras accipiat; quia ſcriptum eſt:* Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. *Et alio loco:* In plateis ejus uſura & dolus. *Manifeſtum eſt enim beatitudinis non poſſe conſequi gloriam, quia præceptis divinis deviaverit.* Pſal. 14. Pſal. 54.

Decreta Agathenſis Concil. prioribus non inſerta ex Gratiano, anno 506. ij. Quando ampliùs quàm debetur exigitur, uſura committitur. *Tom.* 10.

Concil. Tarracon. anno 516. Can. ij. Ut Clerici emendi viliùs vel vendendi cariùs non permittantur.

Ibid. Can. iij. Ut Clerici, ſi ſolidum præſtiterint, ſine uſura recipiant. *Si quis verò Clericus ſolidum in neceſſitate præſtiterit, ut hoc de vino, vel frumento accipiat, quod mercandi cauſâ tempore ſtatuto detretum fuerit * venundari: Cæterùm ſi ſpeciem non habuerit neceſſariam, ipſum quod dedit, ſine ullo augmento recipiat.* 14. q. 4. Si quis Clericus. Ivo part. 6. c. 369. * venundare.

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. xxvij. Ut Clericus honoratus, uſuram, & turpe lucrum non exerceat. *Et Clericus à Diaconatu, & ſuprà pecunias non commodet ad uſuras; nec de præſtitis beneficijs quidquàm ampliùs quàm datur ſperet: nevè in exercendis * negotijs, ut publici qui ad populi reſponſum negotiatores obſervant turpis lucri cupiditate verſetur, aut ſub alieno nomine interdicta negotia audeat exercere. Quòd ſi quis adverſùm ſtatuta venire præſumpſerit, Communione conceſſâ, ab ordine degradetur.* * Vide Gregor. Turon. 3. ubi de Deſiderato Epiſcopo.

Capitula collecta à Martino Epiſcopo Bracar. anno 572. Cap. lxij. De uſuris vel negotiorum lucris. *v. locum, tom.* 12. *in fine.*

Concil. Tolet. XVII. anno 694. Sentent. xxij. De ſeditionarijs Clericis. *Seditionarium nunquàm ordinandum Clericum, ſicut nec uſurarium, vel injuriarum ſuarum ultorem.*

Concil. Calchut. anno 787. Capitul. xvij. Ut decimæ juſtæ ſolvantur, uſura iniqua, pondera, & menſuræ prohibentur. *Uſuras quoque prohibuimus, dicente Domino ad David,* dignum fore habitatorem Tabernaculi ſui, qui pecuniam ſuam non dederit ad uſuram. *Auguſtinus quoque ait:* Qui habet injuſtum lucrum ſine juſto damno, ubi lucrum, ibi damnum: lucrum in arca, damnum in conſcientia.

lib. 1. c. 5. Capitul. Aquiſgran. Caroli Magni, anno 787. v. De uſuris. Item in eod. Concilio, ſeu in decretis Leonis Papæ, necnon in Canonibus qui dicuntur Apoſtolorum, ſicut & in Lege, ipſe Dominus præcepit, omninò omnibus interdictum eſt, ad uſuram aliquid dare. Quoniam multi Clerici avaritiæ cauſâ turpia lucra ſectantes, oblitique divini præcepti quod dicit: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*, fœnerantes centeſimas exigunt; ſtatuit hoc Sanctum Concilium, ut ſi quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frugum ad ſextuplum dare; omnis qui tale aliquid commentus fuerit ad quæſtum, abſcindatur ex Clero, & alienus ab Eccleſiaſtico habeatur gradu. Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus uſuras à debitoribus exigens, aut deſinat, aut certè damnetur.

Concil. Nicæn. c. 17. Pſal. 14. Can. Apoſt. 44.

lib. 1. c. 39. Ibid. Cap. xxxix. Item in eod. ut qui commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat; ſi ſpeciem aliam, eamdem ſpeciem quam dederit, accipiat. *Item placuit, ut Clericus, ſi commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat: ſi ſpeciem, eamdem ſpeciem, quantam dederit, accipiat.*

Concil. Carth. 3. Can. 16. Ibid. Cap. lxvj. De avaritia & concupiſcentia.

Concil. Francoford. anno 794. Can. xxxiv. De avaritia & cupiditate. *v. tom. 20.*

Concil. Rhem. II. anno 813. Can. xxviij. De fugienda cupiditate & avaritia.

Ibid. Can. xxxij. Ut turpia lucra & uſuras non exerceant. *v. locum, eod. tom. 20.*

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. viij. Ut Sacerdotes annonam non congregent, ut cariùs vendant. *eod. tom.*

Concil. Aquiſgran. anno 816. lib. 1. cap. xl. De Clericis uſuras accipientibus. *Quoniam multi ſub regula conſtituti, avaritiam & turpia lucra ſectantur, oblitique Divinæ Scripturæ dicentis;* Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, *mutuum dantes, centeſimas exigunt: juſtè cenſuit S. Magna Synodus, ut ſi quis inventus fuerit, poſt hanc definitionem uſuras accipiens, aut ex adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium tranſigens, aut hemiolia, id eſt ſeſculpa exigens, vel aliud tale prorſùs excogitans, turpis lucri gratiâ, dejiciatur à Clero, & alienus exiſtat à regula.*

Ex eod. Concil. Can. 17. 14. q. 4. quoniam multi. diſt. 47. quoniam multi. Pſal. 14.

Ibid. Cap. lxij. Quòd uſuram Clerici exigere non debent, ſed nec Laïci Chriſtiani. *Nec hoc quoque prætereundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos, uſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere: quòd nos, non dicam in eos qui ſunt in Clericali officio conſtituti, ſed in Laïcos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus, quod vindicari acrius in eos qui fuerint conſtituti decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.*

Ex Decret. 1. Leon. P. 14. q. 4. Nec hoc prætereundum.

Ibid. Cap. lxxv. Ut qui in ſacrario ſerviunt uſuras non exigant. *Quòd non oporteat Sacerdotes & Clericos fœnerantes uſuras, vel quæ dicuntur ſeſculpa, id eſt, è ſummam capitis & dimidium ſummæ percipere.*

Ex Concil. Laodic. c. 6. Diſt. 46. non licet fœnerari.

Ibid. Cap. lxxxij. Ut Clericus, nec ſuo nec alieno nomine fœnus exerceat. *Illud etiam duximus prænonendum, ut ſicut non ſuo, ita nec alieno nomine aliquis Clericorum exercere fœnus attentet: indecens enim eſt, crimen ſuum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc ſolùm aſpicere & exercere debemus, ut quòd hîc miſericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter & in perpetuum menſurâ retribuet, recipere valeamus.*

Ex decr. Leon. P. Ep. 1 c. 4.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. 1. cap. liij. De multimodis uſurarum adinventionibus. *Cùm multa & innumera ſint mala, quibus & Deus offenditur, & Regnum Chriſtianorum periclitatur; extat inter cætera unum quoddam valdè execrabile, Deoque deteſtabile avaritiæ genus, quo indubitanter & Deus ad iracundiam provocatur, quia eo præceptis ejus reſultatur, & miſeriæ humanæ præcepta divina tranſgredienti augmenta damnationis præparantur, &c.* v. loc. egregium & fusè, continet 3. pag. Tom. 21.

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. lv. Ut Epiſcopi uſuras omninò compeſcere ſtudeant. *Ut Epiſcopi ſeipſos, atque Miniſtros ſuos, & maximè Eccleſiaſticos, cunctoſque Chriſtianos in ſua Parochia perpendentes, ex hoc ſtatuta Nicæni Concilij, & cæterorum Conciliorum, ab uſuris ſine excuſatione compeſcant: & quos compeſcere aliter non potuerint, Canonicam in eos ſententiam proferant.* 18.

Homilia Leonis Pap. IV. Nullus veſtrum uſuras exigat, ut conductor fœneratorum exiſtat.

Concil. Valentin. anno 855. Can. x. ..... Uſurarum etiam turpia lucra iterùm Canonicâ ſeveritate inhibemus.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. Cap. v. De uſuris omnibus Fidelibus prohibendis, Clericis ac Laïcis, & de menſuris & ponderibus, ut juſtæ & æquales habeantur.

Walterij Aurelian. Capitula. x. De curis ſæcularibus vitandis, & uſura. *Ut Presbyteri ſive Diaconi, &c.* v. locum, eod. tom. 22.

Concil. Wormat. anno 868. Can. lxix. De fœnore Clericis inhibito. *Item placuit ut Clericus, ſi commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat: ſi ſpeciem, ſpeciem eamdem, quantam dederit accipiat.* Carth. 3. c. 16. c. 4.

Leges Eccleſiaſticæ S. Eduvardi Regis & Confeſſoris. Cap. xxij. De uſurarijs. *Uſurarios quoque defendit Rex Eduvardus, nè remaneret aliquis in toto Regno ſuo, &c.* v. locum, tom. 25. ſub finem.

Concil. London. anno 1125. Can. xj. De uſuris. Uſuram & turpe lucrum Clericis omnibus prohibemus. Qui verò ſuper crimine tali confeſſus fuerit, convictus, à proprio gradu dejiciatur.

Concil. Lateran. II. anno 1139. Can. xiij. De fœnore. *Porrò deteſtabilem, & probroſam divinis & humanis legibus, &c.* v. loc. tom. 27.

Concil. Turon. anno 1163. Can. ij. De uſura. *Plures Clericorum (quod mœrentes dicimus) eorum quoque, &c.*

Concil. Lateran. III. anno 1179. Cap. xxv. De uſura. *Quia in omnibus ferè locis * tantùm uſurarum ita inolevit, ut, &c.* eod. tom. 27. * f. crimen.

Appendix ad hoc Concil. Lateran. III. De uſuris. Cap. 1. Non admittatur diſpenſatio ut accipiatur uſura. *Super eò quòd à nobis tua diſcretio poſtulavit, &c.*

Ibid. Cap. ij. Contractus uſuram continet licet ex forma, ſic tranſeatur. *In Civitate tua dicis ſæpè contingere quod, &c.*

Ibid. Cap. iij. Fructus in ſortem ſunt computandi. *Quoniam non ſolùm viris Eccleſiaſticis, ſed etiam, &c.*

Ibid. Cap. iv. Quòd uluræ ſub juramento promiſſæ ſunt ſolvendæ. *Debitores autem ad ſolvendas uſuras, &c.*

Ibid. Cap. v. Uſuræ antè interdictum vel poſt perceptæ, ſunt ſolvendæ. *Cùm ſicut tu aſſeris, manifeſtos uſurarios, &c.*

Ibid. Cap. vj. Nullus ad uſuras ſolvendas eſt cogendus, niſi ad earum teneatur ſolutionem. *Super eo quod nos conſulere voluiſti, utrùm, &c.*

Ibid. Cap. vij. Fructus reddituum in ſortem ſunt computandi. *Ad noſtram noveris audientiam perveniſſe, quòd, &c.*

Ibid. Cap. viij. Sorte receptâ pignus eſt reſtituendum. *Nihilominus præcipimus tibi præſentium auctoritate, &c.*

Ibid. Cap. ix. Clericus uſuras accipiens, niſi ubi de manu laïcali beneficium Eccleſiæ redimat, officij ſui periculum debet ſuſtinere. *Plures Clericorum eorum, quia præſens ſæculum, &c.*

Ibid. Cap. x. De eò quòd ſuprà 8. cap. nihilominus. *Ex tranſmiſſa nobis quæſtione T & Matris ejus, &c.* v. locum, eod. tom. 27.

Decreta Generalis Concilij Lateran. IV. Cap. lxvij. De uſuris Judæorum. *Quantò ampliùs Chriſtiana Religio ab exactione compeſcitur uſurarum, &c.* vide tom. 28.

Concil. London. anno 1237. Capitul. iv. De arcenda avaritia Sacerdotum. *Auditu horribili audivimus & relatu, quod, &c.* eod. tom.

Concil. Lugdun. anno 1245. Capitul. xiij. De uſuris. *Cura nos Paſtoralis ſollicitae & hortatur, ut lapſis conſulamus Eccleſijs, &c.*

Concil. Viennenſe, anno 1267. Cap. viij. De uſurarijs. *Item dolentes referimus, quod quidam ſalutis ſuæ immemores, &c.* ibid.

Concil. Lugdun. II. anno 1274. Conſtit. xxvj. De uſuris. *Gregor. X. uſurarum voraginem, quæ animas devorat, &c.*

Ibid. Conſtit. xxvij. De eodem. *Item in eodem. Quamquàm uſurarij manifeſti de uſuris, &c.* v. locum, ibid.

Concil. Ravennate I. anno 1286. Capitul. vj. De teſtamento uſurariorum. *Cognoſcentes ſalubrem Conſtitutionem Generalis Concilij Lugdunenſis, &c.* v. loc. eod. tom.

Concil. Herbipol. anno 1287. Capitul. xxiij. De uſurarijs. *Uſurarios actus, divinâ & humanâ lege ſatis novimus exprobatos, &c.* ibid. eod. tom. 28.

Concil. Ravennate IV. anno 1317. Cap. xv. De cautione recipienda ab uſurarijs, & de pœnis recipientium uſurarios ad Eccleſiaſtica Sacramenta, ſeu ſepulturam. *Uſurarum voraginem, utriuſque Teſtamenti paginâ reprobatam, &c.* v. locum, tom. 29.

Concil. Saltzburg. anno 1386. Cap. xiij. De uſurarijs, & eorum pœnis. *Apud multos ita crimen uſurarum inoleviit, quod, &c.* v. eod. tom. 29.

Concil Friſingenſe, anno 1440. Cap. xxij. De uſuris, & uſurariorum pœnis & præemptionibus. *Uſurarum voraginem deteſtantes, inhibemus omnibus Chriſti fidelibus, &c.* in fin. tom. 33.

Concil. Mediolan. I. anno 1565. Conſtitutionum pars ij. in fine. De uſuris. *Uſuram ad perniciem populorum, latius manentem, &c.* v. locum, tom. 35.

FALSI TESTES, TRADITORES, DELATORES, CALUMNIATORES, FALSARIJ AUTHORES FAMOSORUM LIBELLORUM.

CONCIL. ELIBERITANUM, anno 305. Capitul. lij. De his qui in Eccleſia libellos famoſos ponunt. *Si qui inventi fuerint libellos famoſos in Eccleſia ponere, anathematizentur.* 5. qu. 1. Si qui. Decret. Ivo p. 3. c. 251. 5. qu. 6. Delator. Burch. l. 6. c. 17.

Ibid. Cap. lxxiij. De delatoribus. Delator ſi quis extiterit Fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proſcriptus vel interfectus, placuit eum nec in fine accipere communionem. Si levior cauſa fuerit, intrà quinquennium accipere poterit communionem. Si Catechumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad Baptiſmum.

Ibid. Cap. lxxiv. De falſis teſtibus. Falſus teſtis prout eſt crimen abſtinebitur: ſi tamen non fuerit mortale quod objecit, & * probaverit, quod non tacuerit, biennij tempore abſtineatur; ſi autem non probaverit conventui Clericorum, placuit per quinquennium abſtineri. Burch. l. 15. c. 18. & l. 16. c. 18. * exprobraverit.

Ibid. Cap. lxxv. De his qui Sacerdotes accuſant, nec probant. Si quis autem Epiſcopum, vel Presbyterum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem. *v. titul.* De Judicijs, accuſatoribus.

Concil. Arelat. I. anno 314. Can. xiij. De ijs qui Scripturas Sacras, Vaſa Dominica, vel nomina Fratrum tradidiſſe dicuntur. *De his qui Scripturas Sanctas tradidiſſe dicuntur, vel vaſa Dominica, vel nomina Fratrum ſuorum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. Nam ſi idem aliquos ordinaſſe fuerint deprehenſi, & de his quos ordinaverint ratio ſubſiſtit, non illis obſit ordinatio. Et quoniam multi ſunt qui contrà Eccleſiaſticam Regulam pugnare videntur, & per teſtes redemptos, putant ſe ad accuſationem admitti debere, omnino non admittendos, niſi ut ſuprà diximus, actis publicis docuerint.*

Ibid. Can. xiv. Ut qui falsò accuſant Fratres ſuos, uſquè ad exitum excommunicentur. *De his qui falsò accuſant Fratres ſuos, placuit eos uſquè ad exitum non communicare.*

Epiſt. ſive Reſcriptum Julij Pap. I. Titul. xxviij. Detractores & fautores inimicorum ab accuſatione removendos, nec majorem à minore debere impeti, nec in re dubia certa judicari ſententia, & de Judicijs inordinatis. *v. locum, tom. 2.*

Epiſt. 1. Felicis Pap. II. Titul. 5. Infames & ſacrilegos ad teſtimonium non admittendos. *v. loc. tom.* 3.

Ibid. Titul. ix. Quibus non liceat accuſare, vel teſtificari. *v. titul.* De teſtibus & teſtimonijs.

Capitula numero quinque ex Gratiano, poſt Concil. Carthag. III. Cap. iij. De his qui clericum falſo crimine impetunt. *v. locum, eod. tom.* 3.

Concil. Carthag. V. Capitul. 1. De clericis ad teſtimonium non pulſandis. *v. locum, ibid.*

Decreta Bonifacij Papæ I. Cap. iv. Nullus Epiſcopus, neque pro civili, neque pro criminali cauſa apud quemvis Judicem, ſive civilem ſive militarem producatur vel exhibeatur. Magiſtratus enim qui hoc jubere auſus fuerit, amiſſione cinguli condemnatione plectetur. *v. locum, & titul.* De Judicijs, accuſatoribus.

Concil. Affric. anno 424. Can. xcviij. Qui ad teſtimonium admittendi ſint? *v. locum, tom.* 4. *v. Can. xviij. Concil. Calchedon. tom.* 9.

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. xxiv. De his qui Fratribus ſuis falsò aliquid objecerint. *Eos qui falsò Fratribus ſuis, &c.* v. locum, eod. tom. 9.

Concil. Andegavenſe, anno 453. Can. iv. Qui verò tradendis, vel capiendis Urbibus interfuerint, à communione & convivijs arceantur. .... *Tùm ſi qui tradendis, &c.* v. locum.

Concil. Veneticum, anno 453. Can. 1. De homicidis & falſis teſtibus: *Itaque cenſuimus homicidas & falſos teſtes à Communione Eccleſiaſtica ſubmovendos, niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimina admiſſa diluerint.* eod. tom.

Concil. Agath. anno 506. Can. xxxvij. De homicidis & falſis teſtibus. *Tom.* 10.

Ibid. Decreta quædam ex codice librorum 16. lib. 5. c. 22. De illis qui contentiones & rixas amaverint.

Item. De illis qui faciles ſunt ad detrahendum.

Item. De falſo teſtimonio, quod capitale ſit crimen. *v. locum, eod. tom.* 10.

Concil. Epaon. anno 517. Can. xiij. De clericis falſi teſtimonij convictis. *v. locum, ibid.*

Concil. Matiſcon. I. anno 581. Can. xvij. De his qui alios ad perjurium ſeu falſum teſtimonium ſollicitant, & ijs qui illis conſentiunt.

Ibid. Can. xviij. De illis qui innocentes accuſant. *Id etiam pari conniventia placuit, (quia in univerſo populo multi peccatis involuti eſſe dicuntur, qui ambitionis inſtinctu ſunt perjurijs irretiti) ut ſi quis convictus fuerit alios ad falſum teſtimonium vel perjurium attraxiſſe, aut quacumque corruptione ſollicitaſſe; ipſe quidem uſque ad exitum non communicet: hi verò, qui ei in perjurio conſenſiſſe probantur, poſt, ab omni ſunt teſtimonio prohibendi, & ſecundùm legem infamiâ notabuntur.*

22. qu 5. Si quis convictus.

Ibid. Can. xviij. De illis qui innocentes accuſant. *De his verò qui innocentes, aut Principi, aue Judicibus accuſare convicti fuerint, ſi Clericus honoratior fuerit, ab officij ſui ordine degradetur; ſi verò ſæcularis, Communione privetur, donec malum quod admiſit, per publicam pœnitentiam, dignâ ſatisfactione componat.*

Gregor. Magn. lib. v. indict. xiv. Epist. xxx. ad Ravennates. Excommunicat quemdam, qui de nocte contestatorios libellos contrà Castorium posuit. QUIDAM maligni spiritûs consilio repletus, contrà Castorium Notarium, ac Responsalem nostrum, nocturno silentio in Civitatis loco contentionem posuit in ejus crimine loquentem, mihique de facienda pace callidè contradicentem. Et quia quisquis veraciter loquitur semetipsum innotescere non debet formidare, oportet ut publicè exeat, & quæcumque in contestatione sua loqui præsumpsit ostendat. Quòd si non exierit, neque publicè confessus fuerit, quisquis ille sit, qui hoc agere præsumpsit, vel consensum in tantæ iniquitatis consilio præbuit, ex Dei & Domini Nostri Jesu Christi Spiritu definimus, ut Sancti ejus Corporis ac Sanguinis participatione privatus sit. Si verò quia latet, & quoniam nescitur, teneri à disciplina non valet, si tanti mali conscius etiam prohibitus, Corpus ac Sanguinem Domini percipere præsumit, anathematis ultione percussus sit, & ut fallax ac pestifer à Sanctæ Ecclesiæ Corpore divisus. Si quis autem fortasse talis est, quem nos hujus facti authorem ac participem esse nescientes, ad eum bona optantes Epistolas transmittimus, ipsa pro eo apud Omnipotentem Dominum deprecatio sit vacua. Sin autem in eadem Civitate egressus ad publicum potuerit docere quæ dixit, vel certè sciens se non posse quæ scripsit, ostendere, errorem suum fuerit apertè confessus, Dominici Corporis ac Sanguinis participatione non sit privatus, neque à corpore Sanctæ Ecclesiæ alienus existat: quia nos apud Omnipotentem Dominum ex nostris quotidiè culpis agnoscimus, ut quatenùs servato disciplinæ moderamine aliorum tamen erratis parcendo indulgeamus.

Ejusd. lib. viij. indict. iij. Epist. xxxiij. De mendacio Marciani Episcopi nescienter dicto. *v. locum, com.* 14.

Ejusd. lib. x. Epist. viij. De Donadeo Diacono injustè damnato. *v. locum.*

Leges Ecclesiasticæ Inæ Regis, anno 692. Titul. vij De eis qui falsum testimonium ferunt coràm Episcopo. *Si quis coràm Episcopo testimonium, aut pignus suum falsò produxerit*, 120. *solidis compensato.*

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. Tit. xij. De delatoribus. Delator dictus, eò quod detegit quod latebat. Si quis delator extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus vel interfectus; placuit, nec in finem percipere communionem. Si levior causa fuerit, intrà quinquennium accipere poterit communionem: sed sic humanius definierunt, post tres annos percipere communionem. *De latrunculis.*

Ibid. Titul. xiij. De falsis testibus. Falsus testis, prout est crimen abstinebitur: si tamen non fuerit mortale quod objicit, & probare nequiverit crimen quod impegit, biennij tempore abstinebitur: si autem probaverit convento Clero, placuit per quinquennium abstineri.

Ibid. Tit. xxx. De minoribus culpis. Qui causâ invidiæ detrahit fratrem suum, & libenter audit detrahentem, septem dies pœniteat.

Capitul. Aquisgran. Caroli Magni, anno 789. Cap. xlv. De accusatione vilium personarum. *Item in eodem infrà duo Capitula, ut viles personæ non habeant potestatem accusandi: & si in primo crimine victi sunt falsum dicere, in secundo non habeant potestatem dicendi.* Item placuit, ut omnes servi, vel pro- l. 1. c. 45.

Concil. African. Can. 96. prij liberti ad accuſationem non admittantur, vel omnes quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt: omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, id eſt hiſtriones, ac turpitudinibus ſubjectæ perſonæ, hæretici etiam, ſive pagani, ſive Judæi: ſed tamen omnibus, quibus accuſatio denegatur in cauſis proprijs accuſandi licentiam non negandam. Item placuit, ut quotieſcumque Clericis ab accuſatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex ipſis, de quo priùs egerit, probare non valuerit, ad cætera jam non admittatur.

4. qu. 6. Omnibus. Concil. Afric. Can. 97.

Concil. Francoford. anno 794. c. 36.

Capitulare Theodulfi Epiſc. Aurel. anno 797. Cap. xxvij. Ut à falſo teſtimonio Fideles abſtineant. *Dicendum eſt eis, ut à falſo etiam teſtimonio abſtineant, ſcientes & hoc graviſſimum eſſe ſcelus, & ab ipſo Domino in Monte Sinaï prohibitum, dicente eodem Domino*: Non falſum teſtimonium dixeris: *ſive*; Teſtis falſus non erit impunitus, *&c.* v. locum, tom. 20.

Exod. 20. Prov. 19.

Concil. Rhem. II. anno 813. Can. xliv. De falſis teſtibus coërcendis. *Ut de falſis teſtibus ejus ſimili modo piiſſimum firmetur Capitulum, qualiter & hoc quod ille Bononiæ ſtatuit firmiſſimum habeatur: & adhuc quærantur quatenus in ſua piiſſima miſericordia, ſi qua neceſſaria ſunt, augeantur: nè propter eorum falſa teſtimonia, iniquaque perjuria, tot damna, totque injuſtitiæ oriantur.*

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xxxiv. Ut Comites & Judices, viles perſonas ad teſtimonium non admittant. *Summoperè admonendi ſunt Comites & Judices, nè viles & indignas perſonas coràm ſe permittant ad teſtimonium accedere: quoniam multi ſunt qui pejerare pro nihilo ducunt: in tantùm ut pro unius diei ſaietate, aut pro quolibet parvo pretio ad juramentum conduci poſſint, animaſque ſuas perjurio perdere minimè formident. Quamobres tales nequaquàm ad quodlibet teſtimonium admittendi ſunt. Et hoc notandum, quòd non ſolùm illi qui pejerant, ſed etiam qui perjuris conſentiunt, ſimili plectendi ſunt damnatione.*

Addit 4. Can. 77. Ludovici Imperat. Capitulare III. anno 828. vij. Quicumque comprobatus fuerit de eo quòd ſcienter teſtes in perjurium induxiſſet, ſub fidejuſſione ad Palatium noſtrum venire compellatur, ut ibi cum Fidelibus noſtris conſideremus, quid de tali homine faciendum ſit.

Concil. Sueſſion. II. anno 853. Can. vj. De Ragamfrido Diacono, qui præcepta falſa Regio nomine condidiſſe dicebatur. *Poſt hæc Clarioſiſſimus Dominus Rex Carolus, coràm Sacra Synodo quemdam Diaconum, &c.* v. locum, tom. 21. ſub finem.

Nicolai Papæ I. Epiſt. ix. ad Michaëlem Imperatorem. *Sub med. 12. pag. ..* Quamobrem & nos quoque dilectionem tuam paterno ſalutantes affectu deprecamur, &c. *Continee circiter 30. lin. v. locum, tom. 22.*

Nicolai Pap. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. lxxxiv. De eo qui falsò aliquem accuſat. *Requirendum à nobis ducitis, quid de eo judicandum ſit qui quemlibet falsò criminatus fuerit, & poſt modum fallax accuſator apparuerit. De hoc quamvis venerandæ Leges abundè quod juſtum eſt innuant; nos tamen potiùs cum Apoſtolo vos ad miſericordiæ viſcera, quàm ſe Deus ſuper Sacrificium velle teſtatur, ſemper convenit exhortari; ſi quidem ipſe cùm gentes, quorum Magiſter erat, doceret, non ad auſteritatem Legis, ſed potius eas ad miſericordiæ viſcera provocabat, dicens*: Induite vos ergò ſicut Electi Dei Sancti & dilecti viſcera miſericordiæ benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam ſupportan-

Coloſſ. 3.

tes invicem, & donantes voſmetipſis, ſi quis adversùs aliquem habet querelam, ſicut & donavit vobis Dominus, ita & vos.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. De delatoribus. Delatores qui ſint, & quâ pœnâ mulctandi? *Delatori, aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur: Delatores autem ſunt, qui invidiâ produnt alios.*

Concil. Tullenſe II. anno 860. Cap. iij. De perjuris, & falſis teſtibus. De his qui jurant & perjurant in Nomine Dei Omnipotentis mendaciter, quod genu mali nimis prævaluiſſe dolemus, & de falſis teſtibus quorum execrabilis malitia uſquequaque prævalut, quod à Sanctis Patribus noſtris ex eis definitum eſt, ſervetur atque duræ & diſtrictę pœnitentiæ ſubdantur, quamdiù in crimine manent, foràs ab Eccleſia projecti, neque oblatio eorum in Sacris, neque nomen eorum inter Fideles reciratum habeatur.

Concil. Duziacenſe II. anno 874. De falſis teſtibus. ..... *De falſis quoque teſtibus in Libro Deuteronomij ita habetur*: Si ſteterit teſtis mendax contrà hominem accutans eum prævaricationis, ſtabunt ambo, quorum cauſa eſt antè Dominum, in conſpectu Sacerdotum & Judicum, qui fuerint in diebus illis. Cùmque diligentiſſimè perſeverantes invenerint falſum teſtem dixiſſe contrà fratrem ſuum mendacium, reddant ei ſicut fratri ſuo facere cogitavit, & auferes malum de medio tui, ut audientes cæteri timorem habeant, & nequaquàm talia audeant facere & non miſereberis ejus. *De falſis quoque teſtibus Salomon ait*: Teſtis falſus non erit impunitus. *Et alibi in ſex quæ ſe Deus odiſſe dicit, teſtem falſum & proferentem mendacia annumerat.* II. *Deut.19.* *Prov.19. & 6.*

Teſtis falſidicus tribus eſt perſonis obnoxius, primùm Deo, quem pejerando contemnit: ſequenter Judici, quem mentiendo fallere cupit: poſtremò innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. In Sancta quoque Lege ſua Dominus ſpecialiter falſum teſtimonium & perjurium, atque mendacium prohibuit. Quicumque igitur unum ex his tranſgreſſus fuerit, Dominici præcepti prevaricator ſine dubio exiſtit. *Et poſt pauca*: Quia verò Lex dicit: Criminum diſcuſſio ibi agenda eſt, ubi crimen admiſſum eſt, &c. *v. cætera, tom. 24.* III.

Capitula incerti Authoris, loci, ac temporis. Cap. xxvij. De falſo teſtimonio. *Dicendum eſt eis ut à falſo etiam teſtimonio ſe abſtineant, &c.* v. locum, tom. 25. *Circiter Annum 1049.*

Concil. Oxonienſe, anno 1222. Cap. 1. Anathemate condemnantur Eccleſiaſticorum Jurium, & Regni perturbatores, perjuri, calumniatores. *Auctoritate Dei Patris, & Beatæ Virginis, &c.* v. locum, tom. 28.

Concil. London. anno 1237. Cap. xxiv. De jusjurando calumniæ. *Jusjurandum calumniæ in cauſis Eccleſiaſticis, &c.* v. locum, eod. tom.

Concil. Ravennate II. anno 1311. Rubr. xxvj. De injurijs & damno dato. *Rex Omnipotens, cujus Imperio ſubjacent univerſa, decrevit, & docuit, &c.* v. loc. fusè, eod. tom.

Ibid. Rubr. xxvij. De exceſſibus Laïcorum blaſphemantium Deum, vel Sanctos. *Cùm præcipiat Apoſtolus*: Benedicentes nolite maledicere, *&c.* v. locum, eod. tom. pag. 766. 1. *Petr. 3.*

DE PROCVRANTIBVS ABORTUM, EXPOSITORIBVS, EXPOSITIS.

CONCIL. ANCYR. anno 314. Can. xxj. Περὶ τῶν γυναικῶν τῶν, &c. *Eſt Can. xx. apud Dion. Exig.* De mulieribus quæ fornicantur, & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecùm, ut verò conceptos excutiant, antiqua quidem definitio uſque ad exitum vitæ eas ab Eccleſia removet: humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus ſecundùm præfixos gradus pœnitentiæ largiamur.

Greg. Thaum. 14. 15 16. 18. 19.

Concil. Vaſenſe II. anno 442. Can. ix. De Expoſitis collectis, quid ſit obſervandum? *De Expoſitis, quia conclamata ab omnibus querela præceſſit, &c.*

Ibid. Can. x. De ijs qui Expoſitos per calumniam repetunt. *Sanè ſi quis poſt hanc diligentiſſimam, &c.* v. locum, tom. 7.

Concil. Arelatenſe II. anno 452. Can. lj. De Expoſitis quid ſit obſervandum? *Si Expoſitus antè Eccleſiam cujuſcumque fuerit, &c.* vide locum, tom. 9.

Concil. Agath. anno 506. Can. De Expoſitis inventis. *De Expoſitis id obſervandum, quod jam dudum Synodus Sancta conſtituit, &c.* Tom. 10.

Concil. Vaſenſe c. 9.

Concil. Ilerdenſe, anno 524. Can. ij. De his qui abortum faciunt, vel natos ſuos extinguunt. *Hi verò qui malè conceptos ex adulterio fœtus, &c.* v. locum, tom. 11.

Capitula collecta à Martino Bracar. Epiſcopo. Capitul. lxxvij. De mulieribus fornicarijs, & abortum facientibus. *v. locum, in fine tomi* 12.

Gregot. III. in Judicijs pœnitentium. De diverſis criminibus & remedijs eorum. Cap. xvij. De mulieribus fornicarijs & abortum facientibus. *v. locum tom.* 17.

Concil. Mogunt. I. anno 848. Capitul. xxj. De mulieribus quæ partus ſuos necant. DE MULIERIBUS quæ fornicantur, & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecùm, ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio uſque ad exitum vitę eas ab Eccleſia removet; humaniùs autem nunc definimus, ut eis decem annorum rempus ſecundùm præfixos gradus pœnitentiæ largiatur. Item in Concilio Eliberitano Cap. 63. ſcriptum eſt de his quæ filios ex adulterio necant: Si qua per adulterium conceperit, idque poſt facinus occiderit, placuit * vix in fine ei dandam eſſe Communionem, eò quod geminaverit ſcelus. Item in Concilio Ilerdenſi Cap. 2. ſcriptum eſt * de his quæ abortum faciunt, vel natos ſuos extinguunt: hi verò qui malè conceptos ex adulterio fœtus,

Eſt Can. 20. Concil. Ancyr.

* nec ei in

* qui

vel editos necare ſtuduerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliſerint, in utroque ſexu adulteris, poſt 7. annorum pœnitentiæ curricula Communio tribuatur; ita tamen in omni tempore vitæ ſuæ fletibus, & humilitati inſiſtant.

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Titul. xj. Cap. xvj. De Expoſitis infantibus, & collectione eorum. *Si expoſitus antè Eccleſiam cujuſquam fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat Epiſtolam, & ſi is qui collectus eſt, intrà decem dies, quæſitus agnituſque non fuerit ſecurus, habeat qui colligit. Sanè qui poſt prædictum tempus ejus calumniator exiterit, ut homicida, Eccleſiaſticâ diſtrictione damnabitur, ſicut Patrum ſanxit auctoritas.*

Concil. Wormat. anno 868. Can. xxxv. De mulieribus quæ conceptos utero infantes voluntate excutiunt, vel dormiendo filios ſuffocare videntur. *Mulieres igitur, quæ antè temporis plenitudinem conceptos utero infantes voluntate excutiunt, ut homicidæ procul dubio judicandæ ſunt. Illæ verò quæ dormiendo filios ſuffocare videntur, leviter de his judicare oportet: quia nolentes, & non ſentiendo, ad hunc devolutæ ſunt caſum.*

DE ADVLTERIS, ET INCESTIS.

CONCIL. ELIBERITANUM, anno 305. Capitul. vij. De pœnitentibus mœchiæ, ſi rursùs mœchaverint. *Si quis fortè Fidelis poſt lapſum mœchiæ poſt tempora conſtituta* * *acceptâ pœnitentiâ, denuò fuerit fornicatus, placuit nec in fine eum habere Communionem.*

* actâ.

Ibid. Cap. viij. De fœminis, quæ relictis viris ſuis, alijs nubunt.

Ibid. Cap. ix. De fœminis, quæ adulteros maritos relinquunt, & alijs nubunt.

Ibid. Cap. x. De Relicta * Cathecumeni, ſi adulterum duxerit.

* Cathecumena.

Ibid. Cap. xj. De Cathecumena, ſi graviter ægrotaverit.

Ibid. Cap. xij. De mulieribus, ſi lenocinium fecerint.

Ibid. Cap. xiij. De Virginibus Deo ſacratis, ſi adulteraverint.

Ibid. Cap. xiv. De Virginibus ſæcularibus, ſi mœchaverint.

Ibid. Cap. xviij. De Sacerdotibus & Miniſtris, ſi mœchaverint.

Ibid. Cap. xxxj. De adoleſcentibus qui poſt lavacrum mœchati ſunt. *Adoleſcentes qui poſt fidem lavaeri ſalutaris fuerine mœchati, cùm duxerint uxores, actâ legitimâ pœnitentiâ, placuit ad Communionem admitti.*

Ibid. Cap. xlvij. De eo qui uxorem habens ſæpiùs mœchatur. *Si quis fidelis habens uxorem, non ſemel, ſed ſæpè fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conveniendus. Quòd ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei Communio. Si reſuſcitatus, rursùs fuerit mœchatus, placuit ulteriùs non* * *ludere eum de Communione pacis.*

* edere. al. illudere alios de.

Ibid. Cap. lxj. De his qui duabus ſororibus copulantur.

Ibid. Cap. lxiij. De uxoribus quæ filios ex adulterio necant. *Si qua mulier per adulterium, abſente marito, concepcrit, idque poſt facinus occiderit; placuit neque in fine dandam eſſe Communionem, eò quod geminaverit ſcelus.*

Ibid. Cap. lxiv. De fœminis, quæ uſque ad mortem cum alienis viris adulterant. *Si qua mulier uſque in finem mortis ſuæ cum alieno viro fuerit mœchata, placuit nec in fine dandam ei eſſe Communionem. Si verò eum reliquerit, poſt decem annos accipiat Communionem, actâ legitimâ pœnitentiâ.*

Ibid. Cap. lxv. De adulteris uxoribus Clericorum.

Ibid. Cap. lxix. De viris conjugatis, poſteà in adulterium lapſis. *Si quis fortè habens uxorem ſemel fuerit lapſus, placuit eum quinquennium agere de ea re pœnitentiam, & ſic reconciliari; niſi neceſſitas infirmitatis coëgerit antè tempus dare Communionem. Hoc & circà fœminas obſervandum.*

Ibid. Cap. lxx. De fœminis, quæ conſcijs maritis adulterant. *Si eum conſcientia mariti uxor fuerit mœchata, placuit nec in fine dandam eſſe Communionem. Si verò eam reliquerit, poſt decem annos accipiat Communionem.*

Ibid. Cap. lxxij. De Viduis mœchis, ſi eumdem poſteà maritum duxerint. *Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem poſteà habuerit maritum; poſt quinquenn*ij

quennij tempus, actâ legitimâ pœnitentiâ, placuit eam Communioni reconciliari. Si alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam eſſe Communionem: vel ſi fuerit ille fidelis quem accepit, Communionem non accipiat niſi poſt decem annos, actâ legitimâ pœnitentiâ, niſi infirmitas coëgerit velociùs dare Communionem.

Concil. Arelat. I. anno 314. Can. X. Ut is cujus uxor adulteraverit, aliam illâ vivente non accipiat. *v. locum, tom. 2.*

Concil. Ancyr. anno 314. Can. X. De deſponſatis puellis, & ab alijs corruptis.

Ibid. Cap. XIX. De his qui adulteras habent uxores; vel ſi ipſi adulteri comprobentur.

Ibid. Can. XX. De his qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt. Εαν τινος γενη, &c. *Apud Dion Exig.* Si cujus uxor adultera fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum pœnitentiâ oportet eum perfectionem conſequi, ſecundùm priſcos gradus. *Adulterata. Neocæſ. 8. Innoc 24.*

Concil. Neocæſar. anno 314. Can. viij. De his qui mulieribus adulteris juncti ſunt. *v. locum, tom. 2.*

Concil. Nicæn. anno 325. Titul. XX. De inceſtis nuptijs contrà legem ſpiritualis cognationis, & de pœnitentia eorum.

Ibid. Titul. XXIJ. De nuptijs prohibitis fratrum & ſororum ſpiritualium ex ſuſceptione in Baptiſmo. *v. titul.* Gradus in matrimonio prohibiti.

Ibid. Titul. XXIIJ. De eo qui duas uxores ſimul duxerit, aut per libidinem alteram mulierem uxori ſuperinduxit, & de pœna ejus.

Ibid. Titul. LXXVJ. De Epiſcopo deprehenſo in adulterio, aut alio ſimili crimine deponendo tantùm ſine ſpe reſtitutionis in eumdem gradum, & non excommunicando.

Ibid. Titul. LXXVIJ. De lapſis ſemel in adulterium, Presbyteris, & Diaconis, ſi nunquàm duxerunt uxores; & de eiſdem lapſis viduis, & lapſis habentibus uxorem ſuperſtitem. Item de reverſis ad idem peccatum, tum viduis, tum habentibus adhuc vivas uxores, & qui ex his non recipiendi ad pœnitentiam, & qui ſemel tantùm, & qui bis. *v. locum, eod. tom. 2.*

Concil. Tolet. I. anno 400. Capitul. XVj. Devota ſi adulteraverit, decem annos pœniteat; ſi maritum duxerit, non permittendam ad pœnitentiam, niſi maritus deceſſerit. *vide.*

Ibid. Cap. XVij. De eo qui uxorem habet, ſi concubinam habuerit, non communicet. *Si quis habens uxorem fidelem, ſi concubinam habeat, non communicet. Cæterùm qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à Communione non repellatur: tantùm ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ (ut ei placuerit) ſit conjunctione contentus; aliàs verò vivens abjiciatur donec deſinat, & per pœnitentiam revertatur.*

Innocent. I. Epiſt. iij. ad Exuper. Toloſan. Epiſc. Titul. iv. Quòd viri cum adulteris uxoribus non conveniant. *Et illud deſideratum eſt ſciri, cur communicantes, &c.* v. locum.

Ibid. Titul. vj. Adulteros eſſe, qui, divortio interveniente, aliud ineunt conjugium. *v. locum, tom. 4. pag. 18.*

Decreta Cæleſtini Pap. I. Titul. iv. Quæſtionis de binis uxoribus uni ductis, quarum prior non fuerat ſolemniter deſponſata, expeditio. *v. locum, eod. tom. 4.*

Reſponſiones Leon. Pap. ad inquiſitiones Ruſtici Narbonn. Inquiſitio v. De his qui mulieres ex quibus filios habent, relinquunt, & uxores accipiunt. *Ancillam à thoro, &c.* v. locum, tom. 7. pag. 213.

Synodus S. Patricij, Auxilij, & Iſſernini Epiſcoporum in Hibernia, anno 450. Can. XIX. De muliere conjugata adultero nubente.

Ibid. Can. XXIJ. De patre conſentienti filiæ nuptæ in amore illicito. *v. locum, tom. 7.*

Concil. Agath. anno 506. Can. lxj. De inceſtis conjugijs. *v. tom. 10.*

Concil. Tarracon. anno 516. De Clericis & Oſtiarijs, qui adulteris mulieribus immiſcentur, ut projiciantur. *eod. tom. 10.*

Concil. Lugdun. I. anno 517. Can. 1. De inceſti crimine, & cauſa Stephani. *v. in fin. tom. 10.*

Concil. Illerd. anno 524. Can. iv. De inceſtis, & quamdiù in ſcelere ſunt, inter Cathecumenos habeantur.

Ibid. Can. v. De his qui Altario ſerviunt, ſi ſubitò carnis fragilitate corruerint.

Ibid. Can. vj. De eo qui viduæ pœnitenti, vel Religioſæ Virgini ſtuprum intulerit. *vide locum, tom. 11.*

Concil. Arvernenſe I. anno 534. Can. xij. De inceſtis conjunctionibus. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. ix. De his qui uxoribus defunctis, concubinas ſibi crediderint ſociandas.

Ibid. Can. x. De inceſtis conjunctionibus antè Baptiſmum, vel ignoranter contractis. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Aurel. IV. anno 541. Can. XXVIJ. De inceſtis conjunctionibus.

Ibid. Can. XXIX. Ut mulieres cum Clericis in adulterio deprehenſę, ab Epiſcopo diſtringantur. *vide.*

Concil. Pariſ. III. anno 557. Can. iv. De illicitis & inceſtis conjunctionibus. *v. tom. 12.*

Concil. Turon. II. anno 567. Can. XX. & XXJ. De adulterinis vel inceſtuoſis conjunctionibus.

Capitula collecta à Martino Bracar. Epiſc. anno 572. Capitul. lxxvj. De adulteris. *v. locum, in fine tom. 12.*

Concil. Autiſiodor. anno 578. Capitul. xx. Ut Archipresbyter, de Clericorum adulterijs Epiſcopo vel Archidiacono denuntiet. *v. tom. 13.*

Concil. Lugdun. III. anno 583. Can. iv. De inceſtis conjunctionibus. *ibid.*

Concil. Matiſcon. II. anno 585. Can. xviij. De inceſtuoſis copulationibus vitandis. *ibid.*

Gregor. Magn. lib. viij. Epiſt. ix. De Sanctimoniali è Monaſterio egreſſa, quam impudicè Petrus nequiſſimus homo retinebat. *v. tom. 14.*

Concil. Pariſ. V. anno 615. Can. xiv. De inceſtis conjunctionibus diſſolvendis. *eod. tom. 14.*

Concil. Rhem. II. anno 630. Can. viij. De inceſtis conjunctionibus, & pœnis eorum qui his ſe conjungunt.

Concil. Tolet. XVII. anno 694. Sent. xiv. De inceſtis conjugijs. *v. loc.*

Concil. Bergamſtedenſe, anno 697. Can. iij. Adulteri ad vitæ probitatem per pœnitentiam reducantur à peccatis, vel à cœtu eccleſiaſtico arceantur.

Ibid. Can. iv. Alienigena adulter. *Alienigena verò qui hac ſpurcitia contaminati fuerint, & nolunt reſipiſcere, terrâ exeant peccata ſua unà cum ſuis facultatibus deportantes, quemadmodùm in alijs gentibus ab Eccleſiaſtica communione pelluntur.*

Ibid. Can. v. Vir militaris adulter. *Si occiderit virum militarem, qui (ſit hcundman) appellatur, finito hoc Concilio, in adulterio, ſpretâ Regis, Epiſcopi, librique Judicialis ſententiâ, deprehendi, Domino ſuo centum ſolidos dependito.*

Ibid. Can. vij. Sacerdos adulter. *Si Sacerdos adulterium deliquerit, Baptiſmumque nequiter non diſtulerit, nec ebrietati deditus fuerit, ſuum retineat miniſterium, habitúſque ſui privilegium.*

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. iv. De adulterio. *Adulterium dicitur, cùm quis alterius violat uxorem, vel Sanctimonialem. Adulter vocatur violator maritalis pudoris, eò quod alterius thorum polluit, &c.* v. locum, tom. 17.

Ibid. xj. De inceſtis. *v. locum.*

Ibid. xxvij. De fidelibus conjugatis, ſi cum gentili peccaverint. *Si quis fidelis homo habens uxorem, cum Judæa vel Gentili fuerit mœchatus, à Communione arceatur. Quòd ſi eum alius detexerit, poſt quinquennium, actâ legitimâ pœnitentiâ, poterit Dominicæ ſociari Communioni.*

Epiſt. Bonifac. Epiſc. ad Zachariam Papam. Titul. v. De inceſtis nuptijs Laïci cujuſdam viri primarij. *v. loc. eod. tom.* 17.

Epiſt. vij. Zachar. Pap. Titul. xxij. De his qui duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores uxores acceperint. *ibid.*

Ibid. Titul. xxv. De his qui adulteras habent uxores, vel ipſi ſunt adulteri. *v. locum.*

Concil. Leptin. anno 743. Can. iij. De inceſtis matrimonijs, & ut mancipia chriſtiana paganis non tradantur. *v. locum, ibid.*

Concil. Vermerienſe, anno 752. Can. ij. De eo qui cum uxoris ſuæ filia carnale commercium habuit. *Si aliquis cum filiaſtra ſua manet, nec matrem nec filiam ipſius poteſt habere, nec ille, nec illa alijs ſe poterunt conjungere ullo unquàm tempore. Attamen uxor ejus ſi ita voluerit, ſi ſe continere non poteſt, ſi poſteà quàm cognovit, quòd cum filia ſua vir ejus fuit in adulterio, carnale commercium cum eo non habet, niſi voluntate abſtinet, poteſt alio nubere.* Burch. l. 7 cap. 10. de eo qui cognovit conſ. uxoris.

Ibid. Can. x. De filio qui cum noverca mœchatus eſt. *Si filius cum noverca ſua uxore patris ſui dormierit, nec ille, nec illa poſſunt ad conjugium pervenire: ſed ille vir ſi vult poteſt aliam uxorem habere, ſed melius eſt abſtinere.* Burch. l. 17 c. 11.

Ibid. Can. xj. De eo qui cum prævigna, vel cum uxoris ſorore mœchatur. *Si quis cum filiaſtra ſua dormierit, ſimili ſententiâ ſtare poteſt: & cum ſorore uxoris ſuæ ſimili modo ſtare poteſt.*

Ibid. Can. xij. De eo qui cum duabus ſororibus dormierit. *Qui dormierit cum duabus ſororibus, & una ex illu anteà uxor fuerit, nullam ex illu habeat: nec illa adultera ſoror, nec ille vir qui cum illa adulteravit, alios unquàm accipiant.* 32 qu. 7. qui dormierit.

Ibid. Can. xviij. De eo qui cum uxoris ſuæ conſobrina mœchatur. *Qui cum conſobrina uxoris ſuæ manet, ſuâ careat, & nullam aliam habeat, illa mulier quam habuit, faciat quod vult, hoc Eccleſia non recipit.*

Capitular. l. 5. cap. 7. Synodus Metenſis, anno 753. Capitul. 1. De inceſtis. *Si homo inceſtum commiſerit, de iſtis cauſis, de Deo ſacrata, aut commatre ſua, &c.* v. locum, eod. rom. 27.

l. 5. c. 8. Ibid. Cap. ij. De Eccleſiaſticis Viris. *De Eccleſiaſticis verò, qui ſupradicta facinora commiſerint, ſi bona perſona fuerit, perdat honorem ſuum: minores verò vapulentur, aut in carcerem recludantur.*

Concil. Compend. anno 757. Can. viij. De eo, cujus uxor cum ipſius fratre mœchata eſt. *Si quis homo habet mulierem legitimam, & frater ejus adulteravit cum ea, ille frater, vel illa fœmina qui adulterium perpetraverunt, interim quo vivunt, nunquàm habeant conjugium. Ille cujus uxor fuit, ſi vult, poteſt habere aliam.*

Capitul. l. 5. c. 19. Ivo part. 8. c. 256.

Ibid. Can. x. De patre, qui filij ſui ſponſam oppreſſit, & poſteà filius eam accepit. *Si pater ſponſam filij ſui oppreſſerit, & poſteà filius ipſam acceperit, pater ejus poſteà non habeat uxorem, & ipſa fœmina non habeat virum, quia non dixit quod pater ejus cum ipſa manſiſſet: filius verò ejus qui neſciens fecit, accipiat mulierem legitimam.*

Ibid. Can. xiv. De illo qui cum matre & filia mœchatus eſt.

Ibid. Can. xv. De eo qui cum una ſororum mœchatus, alteram in uxorem ducit. *v. locum, eod. tom. 17. in fine.*

Capitulare Dominicum Caroli Magni Regis. Capitul. v. Ut Epiſcopi inceſtuoſos emendent, & viduas. *v. tom. 18.*

Concil. Calchut. anno 787. Capitul. xv. De iniquis & inceſtuoſis conjugijs prohibendis.

Ibid. Cap. xvj. Ut ſpurij & proles illegitima, non ſuccedant ad hæreditatem. *v. locum, eod tom. 18.*

Capitulare Dominicum Caroli Magni, anno Domini 805. Imperij Caroli 5. dátum ad Theodonis Villam. xvj. De inceſtuoſis. De inceſtuoſis ut canonicè examinentur, & nec propter alicujus amicitiam alij relaxentur, alij conſtringantur.

Concil. Arelat. VI. anno 813. Can. xj. De inceſtis conjunctionibus. *De inceſtis conjunctionibus, ſicut à Sanctis Patribus inſtitutum eſt, &c.* v. locum, tom. 20.

Concil. Mogunt. anno 813. Can. liii. De inceſtuoſis. *Ut Epiſcopi inceſtuoſos pariter inveſtigare ſtudeant omnimodò præcipimus. Et ſi pœnitere noluerint, de Eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur.*

Capitulare Caroli Magni Imperat. anno Imperij ejus 13. anno 813. Capitul. viij. De inceſtuoſis inveſtigandis & coërcendis. *De inceſtuoſis omnino inveſtigandum, ut ab Eccleſia expellantur, niſi pœnitentiam egerint.*

Capitulare I. Ludovici Pij Imperat. anno 814. Capitul. xxix. De inceſtis nuptijs, & de Eccleſijs non dividendis. *eod. tom. 20. in fine.*

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. lxxiv. Ut potentes viri ac fœminæ provideant, nè in ſuis domibus vigeant adulteria & libidines. *v. locum, tom. 21.*

Concil. Mogunt. I. anno 848. Capitul. xxviij. De inceſtuoſis. *Ut Epiſcopi inceſtuoſos penitius inveſtigare ſtudeant omnimodò decrevimus, &c.*

Ibid. Cap. xxix. De damnatis nuptijs. *Si quis viduam uxorem duxerit, & poſteà cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, &c.* v. locum, eod. tom. 21.

Digitized by Google

Concil. Sueſſion. II. anno 853. Cap. xij. Ut inceſti & alij perditi, qui Epiſcoporum examen refugiunt, per Judices publicos compellantur. *Obtentum eſt etiam à devotiſſimo Principe, ut inceſti, & quilibet alij perditi, examen Epiſcoporum refugientes, per Judices publicos ad eorum præſentiam deducantur, nè ulteriùs illecebram peccandi nutriat impunitas vitiorum.* (Ces dernieres paroles ſont imitées de Ciceron dans l'Oraiſon pour Milon.)

Appendix Epiſtolar. Nicol. Pap. I. Epiſt. 1. ad Carol. Regem. Monet eum diligenter procurare, ut Lotharius Ingeltrudem uxorem adulteram Boſonis Comitis Regno ſuo ejiciat, & ad virum ſuum redire compellat. *v. quoque Epiſt. x. xj. ejuſd argum.* Tom. 22.

Ibid. Nicol. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. xxviij. De eo qui ad uxorem alterius comprehenſus fuerit, quid judicandum ſit? lectis legibus reperietis. Jam verò ſi ad Eccleſiam adulter confugerit, judicandum ab Epiſcopo fore decernimus, quod Sacros conſtat diffiniſſe Canones, vel Sanctos Apoſtolicæ Sedis Præſules clarum eſt ſtatuiſſe.

Ibid. xxix. De inceſtuoſis. Similiter & de eo cenſemus, qui ad proximam ſanguinis ſui ingreditur. Verùm hujus tanti piaculi lepram melius ad Sacerdotis conſiderationem, & judicium profectò dirigimus.

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Titul. iij. De adulteris. Cap. 1. De eo qui habet mulierem legitimam, ſi frater ejus adulteravit cum ea. *Ex lib. 5. Cap.* 21. Si quis homo habens uxorem legitimam, ſi frater ejus adulteraverit cum ea, ille frater, vel illa fœmina, qui adulterium perpetraverunt, interim quod vivunt, nunquàm habeant ampliùs conjugium: ille verò cujus uxor fuit, ſi vult, poteſtatem habet uxorem accipere aliam.

Ibid. Cap. vj. Quòd fornicatio omnibus peccatis periculoſior eſſe perhibetur. *Ex eod. Cap.* 306. Quòd penè omnibus peccatis gravior, &c.

Ibid. Cap. ix. De muliere quæ adulteravit virum ſuum: ſimiliter & de viro qui uxorem ſuam adulteravit. *Mulier habens virum, ſi, &c.*

Ejuſd. Titul. iv. De inceſtis. Cap. 1. De inceſtis. *Ex lib. 5. Cap. 9.* Si homo inceſtum commiſerit cum Deo ſacrata, &c.

Ibid. Cap. ij. De inceſtuoſis. *Ex eod. lib. Cap.* 91. De inceſtuoſis ut canonicè examinentur, & non propter alicujus amicitiam quidam relaxentur, quidam verò conſtringantur.

Ibid. Cap. iij. Item de inceſtuoſis. *Ex eod. lib. Cap.* 165. Ut Epiſcopi inceſtuoſos pariter inveſtigare ſtudeant omninò præcipimus; & ſi pœnitere noluerint, de Eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur.

Ibid. Cap. iv. Ut Epiſcopi inceſtuoſos emendent & corrigant. *Ex eod. Cap.* 303. Ut Epiſcopi inceſtuoſos homines emendent, & magnam diligentiam habeant ex eis, ſeu & de viduis infrà ſuam Parochiam poteſtatem habeant ad corrigendum.

Ibid. Cap v. Ut inceſti & parricidæ canonicè coërceantur. *Ex lib. 6. Cap.* 71. De inceſtuoſis & parricidis ut canonicè coërceantur, ſicut de illo judicatum eſt, qui materteræ ſuæ filiam ſtupravit, ut conjugium ultrà non repetat, & militiæ cingulum derelinquat, & aut Monaſterium petat, aut ſi foris remanere voluerit, tempora pœnitentiæ ſecundùm Canones planè exolvat.

Ibid. Cap. vj. De inceſtis & criminoſis, ac de infirmis pœnitentibus, at-

que de jejunio quatuor temporum. *Ut de inceſtis & criminoſis maximam curam habeant Sacerdotes, nè in ſuis pereant ſceleribus, & animæ eorum à diſtricto Judice Chriſto eis requirantur. Similiter de infirmis pœnitentibus, ut morientes ſine reconciliatione & viatico non deficiant. Et ut quatuor temporum jejunia à fidelibus cuſtodiantur.*

Ibid. Cap. vij. De eo qui ſe inceſtuoſo ordine his perſonis, quibus à regulis prohibitum eſt, conjunxerit. *Ex eod. Cap.* 400. Si quis non eo gradu, ſed inceſtuoſo ordine cum his perſonis quibus à regulis divinis prohibitum eſt, conjunxerit, uſquequò pœnitentiam ſequeſtratione teſtentur, utrique Communione priventur, &c.

Ibid. Cap. viij. Ex libro legum Theodoſij tertio capite. xij. De inceſtis. *Ex eod. lib. Cap.* 401. Quòd inceſti non ſint legitimi hæredes, ſed infamiâ ſint notatæ utræque perſonæ.

Ibid. Cap. x. De inceſtis, quid agendum? *Ex lib. 6. Cap.* 257. Ut inceſtum nullus ſibi unquàm ſociet conjugium. Quòd ſi contigerit, ab Epiſcopo loci illius ſeparentur, & publicam ſeptem annorum, juxtà canonicos gradus agant pœnitentiam. Qui autem hoc agere noluerint, anathema ab omnibus habeantur.

Ibid. Cap. xij. Ut inceſti à Sacerdotibus, & Deum timentibus hominibus perquirantur, & canonicè puniantur. *Ex eod. Cap.* 377. De inceſtis omni ſtudio perquirendum eſt Sacerdotibus per homines veraces, & timorem Dei antè oculos habentes: & ſi reperti fuerint, ſtatim aut per ſe emendare ſtudeant, aut cum adjutorio Archidiaconi ſui Epiſcopi hoc ipſum extirpare ſatagant, nè tanto flagitio & ſcelere & illi polluantur, & pereant, & alij in eorum vicinitate Omnipotentis Dei iram incurrant.

Ibid. Cap. xij. Ut inceſti, quamdiù in ſcelere manent, non fidelium chriſtianorum, ſed tantùm aut gentilium, aut cathecumenorum, vel energumenorum locum teneant. *Ex eod. lib. Cap.* 404. Inceſti, dum in ipſo deteſtando atque nefando ſcelere manent, non inter fideles chriſtianos, ſed inter gentiles, aut cathecumenos, vel energumenos habeantur, &c. *v. locum.*

Ibid. Cap. xv. Item de inceſtis. *Ex eod. lib. Cap.* 434. Inceſtos, nullo conjugij nomine prevalendos eſſe cenſemus.

Ibid. Titul. iv. Cap. xj. De his qui cum pecoribus coïtu mixti ſunt, aut more pecudum uſque ad affinitatis lineam cum conſanguineis inceſtum commiſerunt, ſive cum maſculis concubuerunt. *Ex eod. lib. Cap.* 356. In hoc Titulo græca verba poſita ſunt. Περὶ τῶν ἀλογευομένων, ἢ ἀλογευομένων. Quòd nos latinè poſſumus dicere, *de his qui irrationabiliter verſati ſunt, ſive verſantur.* In qua ſententia ſenſus duplex eſt, id eſt, de his qui cum pecoribus, aut more pecudum cum conſanguineis, uſque ad affinitatis lineam inceſtum commiſerint, aut cum maſculis concubuerint; quiſquis ex his unum egerit, aut capite puniatur, aut ſi ei vita conceſſa fuerit, juxtà Ancyrani Concilij ſententiam, quæ in capitulo 16. continetur, pœnitentiam veraciter agat.

Ibid. Titul. xj. Cap. xix. De conſervanda fide inter virum & uxorem. *Ex lib. 6. Cap.* 414. Scire omnes volumus, ſicut & ſæpius à Dominis Epiſcopis, & à reliquis Dei ſervis admoniti ſumus, quod viri uxoribus ſuis, & uxores ſimiliter viris ſuis veraciter fidem & dilectionem ſervare debent, & non in aliquo

ab his declinare: & quod non liceat conjugatis, neque pellicem, neque concubinam habere.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. xj. De his qui irrationabiliter peccant, aut cum conſanguineis, ut acriùs judicentur quatenùs hujuſmodi vita abſcindatur.

Ibid. xiv. Ut inceſta omnia juxtà modum culpæ, abſque acceptione perſonæ à Presbyteris judicentur.

Concil. Aquiſgran. III. anno 860. in cauſa Theutbergæ uxoris Lotharij Regis. In x. Titul. De inceſtis conjunctionibus. *v. locum, tom.* 22.

Concil. Wormat. anno 868. Can. xliv. De adulteris. Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem irruerit, ſeptem annos pœnitentiam agat.

Ibid. Can. lxiij. De concubitu vago & inceſtuoſo. *Ex Concil. Carthag.* Si quis cum matre & filia in adulterio manſit, neſciente matre, quod cum filia manſiſſet: ſimiliter & filia neſciente quod cum matre manſiſſet, &c. *v. locum, tom.* 23.

Ibid. Can. lxxix. De inceſtis conjunctionibus. Ut Epiſcopi inceſtuoſos punire & inveſtigare ſtudeant omninò decrevimus. Qui ſe pœnitere noluerint, de Eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur. Quòd ſi Sacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis perdurare criminibus, oportet eos per ſæcularis potentiæ diſciplinam à tam prava conſuetudine coërceri.

Epiſt. cxcviij Joann. Pap. VIII. ad Airardum Archiep. Auſcenſem, ejuſque Suffraganeos. Hortatur ad depravatos populi mores corrigendos, præcipuè inceſta matrimonia. Nè quis relictâ uxore aliam ducat, aut ſimul cum uxore concubinam habeat, &c. *v. locum, tom.* 24.

Concil. Duziacenſe II. anno 874. adversùs inceſta conjugia, & rerum eccleſiaſticarum pervaſiones. *v. locum, eod. tom.* 24

Concil. Mogunt. anno 888. Capitul. xxiij. De viris & fœminis, ſi adulterij reatu, ſive alicujus flagitij crimine accuſati fuerint, qualiter expurgari debeant? *v. eod. tom.* 24.

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. xl. De eo, quod quidam uxorem alterius, vivente eo, conſtupravit, & inſuper juramento confirmavit, eo morente, conjugem eam accipere. *Audivimus rem execrabilem, & Catholicis omnibus deteſtandam, &c.*

Ibid. Cap. xlj. De eo, ſi quis duxerit uxorem & concumbere non valens cum ea, frater ejus clam violaverit illam. *Si quis legitimam duxerit uxorem, &c.* v. locum, & capitul. 43. ſequent. eod. tom. 24.

Ibid. Cap. lj. De eo, ſi quis cum uxore alterius, vivente eo, fornicatus fuerit.. *v. locum.*

Concil. Mamnet. anno 897. Can. xij. De pœnitentia adulteri. *Si cujus uxor adulterium perpetravit, & hoc à viro deprehenſum fuerit, & publicatum, dimittat uxorem, ſi voluerit, propter fornicationem. Illa verò 7. annis publicè pœniteat: vir verò ejus illâ vivente, nullatenùs aliam accipiat.*

Ibid. Can. xiij. De pœnitentia fornicationis. *Si qua mulier non habens virum, aut vir non habens uxorem fuerint fornicati, tribus annis pœniteant.*

Ibid. Can. xiv. de eod. argum. *Quod ſi vir non habens uxorem, alterius uxorem adulteravit, &c.* v. locum.

Leges Eccleſiaſticæ Edoüardi Senioris Regis Angliæ. Titul. iv. De inceſtu. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Troſlejanum, anno 909. Capitul. viij. De inceſtis, raptis, & inceſtis nuptijs. *Et præterea quædam execrabilis ſpecies rapinæ, vel potiùs ſacrilegij, &c.* v. locum fusè, in fine tom. 24.

Leges Eccleſiaſticæ Edmundi Regis Angliæ, anno 944. Cap. iv. De adulterio. *Si quis Monialem ſtupraverit, aut inſtar homicidæ compenſato, &c.* Tom. 25.

Alia Tabula Legum Eccleſiaſticarum Canuti Regis, anno 1032. XIX. De adulteris. *Si quis jura violarit conjugalia, &c.*

Ibid. XX. de eod. argum. *Si quis ſtuprum inceſtum commiſerit, &c.* Item & 21. 22. 23. & 24. *v. locum, tom.* 25.

Concil. Lateran. II. anno 1139 Can. xvij. De inceſtis. *Sanè conjunctiones conſanguineorum omninò fieri prohibemus, &c.* v. tom. 27.

Concil. Colonienſe, anno 1225. Capitul. xiij. De committentibus inceſtum cum Sanctimonialibus & Canonicis, & de eiſdem Sacris Virginibus pollutis. *Licet contrà nefandos inſidiatores ſacrarum virginum, &c.* v. locum, tom. 28.

Concil. Ravennate II. anno 1313. Capitul. XXIX. De pœna adulterorum. *Cùm de matrimonio loquens dicat Apoſtolus, propter hoc relinquet homo, &c.* v. locum, eod. tom. ſub fin.

Concil. Palentinum, anno 1322. Cap. xxij. De adulteris. *Lex continentiæ & thori conjugalis fidelitas, &c.* v. locum, tom. 29.

Concil. Palentinum, anno 1388. Cap. vij. De adulteris. *In Paradiſo voluptatis, ubi primum parentem, &c.* v. locum, eod. tom. 29.

De hac materia, vide titul. ſequent.

DE INCESTU.

CONCIL. ANGYR. anno 314. Can. XXV. Μνηστευσάμενός τις κόρην, &c. *Eſt Can. xxiv. apud Dion. Exig.* De his qui virginum corruptionibus conſentiunt. *Quidam ſponſam habens, ſororem ejus violavit, & gravidam reddidit, poſtmodùm deſponſatam ſibi duxit uxorem; illa verò quæ corrupta eſt, laqueo ſe peremit, hi qui fuerunt conſcij poſt decemnem ſatisfactionem juſſi ſunt ſuſcipi, ſecundùm gradus pœnitentiæ conſtitutos.*

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. xj. De inceſtis. INCESTI dicuntur, qui propriè illicitam commixtionem perpetrant. Vocati inceſti, quaſi incaſti. Inceſti namque tales dicti ſunt, ſi filius cum matre, ſi frater cum ſorore, ſi quis novercam duxerit, aut cognatam, ſi quis conſobrinus conſobrinam, aut ſororis filiam, ſi quis relictę avunculi miſceatur, aut patrui, vel privignæ concubitu polluatur, vel qui duas ſorores, aut illa quæ duos fratres. Si quis filius cum matre tam funeſtum atque neceſſarium vitium perpetraverit, ſecundùm antiquam diffinitionem inermis quindecim annos cum fletu & luctu pœnitentiæ, & uxorem nunquàm accipiat, & ex his ſeptem annos extrà metas ipſius terræ exul fiat, & non communicer, niſi urgente mortis periculo. Si cum filia & ſorore, ſimili ſententiâ ſubjaceat. Si cum nepte, vel cum matre, vel quæ ſuperiùs nominatæ ſunt, ſecundùm paternam definitionem decem annos ſe pœnitentiæ ſubdat, & uxorem nunquàm accipiat, & ille vir arma relinquat, & exul fiat, nec communicet, niſi imminente diei mortis periculo. Si qua mulier duos fratres, aut ſi quis vir duas ſorores habuerit, à Communione abſtineantur uſque ad mortem, in mortem autem eis detur Communio pro miſericordia: ſi verò ſupervixerint Communione acceptâ, & de infirmitate convaluerint, agant plenam pœnitentiam tempore conſtituto in eodem Concilio. Si quis poſt obitum uxoris ſuę, ſororem duxerit, & ipſa fuerit fidelis, quinquennium à Communione placuit abſtineri, niſi fortè dari pacem velociùs neceſſitas coëgerit infirmitatis.

Vide copiosè de hac materia titul. ſuprà De adulteris & inceſtis, *& titul. ſequene.*

ΠΕΡΙ ΑΡΣΕΝΟΚΟΙΤΩΝ.

CONCIL. ELIBERIT. annò 305. Can. lxxj. De ſtupratoribus puerorum. *Stupratoribus puerorum nec in fine dandam eſſe Communionem.*

Concil. Ancyr. anno 314. Can. xvj. De his qui fornicantur irrationabiliter, id eſt, qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur. περὶ τῶν ἀλογευσαμένων. *Quotquot antè vicesimum annum tale crimen commiſerie, 15. annis exactis in pœnitentia, Communionem mereantur orationum, &c.* Tom. 2.

Ibid. Can. xvij. Τῶν ἀλογευσαμένων, καὶ λοιπὸν ὄντες, &c. *Eſt Can. xvj. apud. Dion. Exig.* Eos qui irrationabiliter vixerint, & leprâ inuſti criminis alios polluerint, præcepit Sancta Synodus inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo.

Capitula collecta à Martino Bracar. Epiſc. Cap. lxxxj. De his qui ſe animalibus commiſcuerunt.

Ibid. Cap. lxxxij. De his qui uſque ad finem in peccatis perdurant, & in exitu Communionem accipiunt. *v. locum, in fine tom.* 12.

Egica Rex in Concilio Toler. XVI. anno 693. *In med. 4. pag.* . . . . Inter cætera tamen obſcœnum crimen de concubitoribus maſculorum extirpandum decernite: quorum horrenda actio, & honeſtatæ vitæ gratiam maculat, & iram cælitùs ſuperni Judicis provocat.

Ibid. Capitul. iij. De ſtupris. *Sicut cordis corporiſque munditia homines Deo proximos facit, &c.* v. locum, tom. 17.

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. xxj. De ſodomitis. *Si quis ordinatus in ſcelere ſodomitico coinquinatus fuerie, quod intantùm coram Deo abominabile deſcribitur vitium, ut etiam igne & ſulphure eorumdem Civitates legantur ſubverſæ, decem annos, ſecundùm antiquam conſtitutionem pœniteat. Quidam humaniùs ſeptem annos diffinierunt. Illi autem qui neſciunt vim flagitij hujus, tres annos præfixerunt ut pœniteant. Pueri verò qui illud exercere ſciunt, oportet ut emendare feſtinent, videlicet quinquaginta dies pœniteant, inſuper & verberibus afficiantur; quia neceſſe eſt ut ſeges quæ malè pullulat reſecetur.*

Ibid. xxij. De his qui ſe animalibus commiſcuerunt. *Si quis autem poſt viceſimum annum habens uxorem in hoc fœdiſſimo vitio corruerie; ſi cum bucula, decem annos pœniteat. Et lat ejus nec caro manducetur, tradatur. Cum cæteris verò animalibus, ſecundùm humaniorem diffinitionem, juniores ætates, minuſque capaces, ſeptem annos pœniteant, aut tres aut unum.*

Ibid. xxx. de eod. argumento. *Si qua mulier cum altera coitum fecerit, quatuor quadrageſimas pœniteat. Molles unum annum pœniteant.*

Capitul. Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. Capitul. xlix. De his qui contrà naturam peccant. *In Concilio Ancyr. invectum eſt in eos, qui cum quadrupedibus, &c.* v. locum, tom. 20. *In titulo græca verba hæc ſunt:* περὶ τῶν, &c.

l. 1. c. 49. Concil. Ancyr. Can. 15

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. 1. cap. 34. Quòd patratores diverſarum pollutionum, quas cum maſculis & pecoribus admittunt, judicio canonico, quod in Ancyritano Concilio ſub titul. 16. continetur, plectendi ſunt. *Cùm miſeria humana multifariis fragilitatis ſuæ exceſſibus, &c.* v. locum.

v. titul. De pollutione, *& titul. ſequent.* De fornicatoribus.

DE BELLO ET PACE.

CONCIL. ARELAT. I. anno 314. Can. iij. Ut qui in * pace arma projiciunt, excommunicentur. *De his qui arma projiciunt in pace, placuit abſtineri eos à Communione.* * *bello.*

Concil. Nicæn. anno 325. Can. xij. Οἱ δὲ προσκλίνητες μὲν ὑπὸ τῆς χάριτος, &c. De his qui abrenuntiaverunt, & iterùm ad ſæculum ſunt reverſi. *Quicumque vocati per gratiam, primum quidem ardorem, fidemvè, &c.* v. locum, tom. 2.

Concil. Carthag. I. anno 327. Capitul. Ut pacta inter Epiſcopos inita cuſtodiantur. *v. tom. 3. pag. 101.*

Concil. Tolet. I. anno 400. Can. viij. De eo qui poſt Baptiſmum militaverit, ut ad Diaconum non promoveatur. *Si quis poſt Baptiſmum militaverit, & clamydem ſumpſerit, aut cingulum; etiamſi graviora non admiſerit, ſi ad Clericum admiſſus fuit, Diaconij non accipiat dignitatem.*

v. notas Severini Binij in Concil. Aurel. I. anno 511. Clodoveus quibus armis Alaricum * devicerit. *v. locum, tom. 10.* * *timore Dei.*

Concil. Turon. II. anno 567. Can. ij. De pace inter Epiſcopos conſervanda. *v. tom. 12. pag. 590.*

Gregor. Mag. lib. vj. Epiſt. iv. De cuſtodienda caritate & unitate Sanctæ Dei Eccleſiæ. De Paſtoralis muneris difficultatibus: & de univerſalis nomine rejiciendo.

Ejuſd. Epiſt. v. De conſervanda pace Sanctæ Eccleſiæ, &c. *v. locum.*

Id. lib. vij. Epiſt. xj. De Lege Imperatoris: & quòd ex militari habitu nullus, niſi antè triennium probatus ſuſcipiendus ſit.

Altera pars hujus lib. vij. Epiſt. ij. De pace facta cum Rege Longobardorum, & de meſſe die Dominicorum exarata.

Ibid. Epiſt. vj. De pacis Laudibus.

Ibid. Epiſt. xlij. Gratias refert Theodolindæ Reginæ Longobardorum, de pace facta. *v. locum, tom. 13. v. quoque* ibid. Epiſt. 103. De pace facta cum Longobardis, & Epiſt. 126.

Ejuſd. lib. ix. Epiſt. xlv. Ut in hoſtium invaſione Litaniæ fiant, & pravi hominum mores emendentur. *v. tom. 14.*

Ejuſd. lib. xj. Epiſt. xlviij. De pace & unitate Sanctæ Eccleſiæ, & de univerſalis vocabulo fugiendo. *v. locum, eod. tom. 14.*

Concil. Tolet. VI. anno 638. Capitul. xij. De confugientibus ad hoſtes. *v. tom 14.*

Concil. Tolet. VII. anno 646. Capitul. vj. De convicinis Epiſcopis in Urbe Regia commorandis. *v. locum, in fine tom. 14.*

Leges Eccleſiaſticæ Inæ Regis Occiduorum Saxonum, anno 693. vj. De pugna in Eccleſia (inter alia.) *Si quis in Regia pugnaverit, &c.* v. locum.

Ibid. ix. De pace violata in Oppido (inter alia.) *Pacis in Oppido Regis vel Archiepiſcopi violatæ, &c.* v. locum, tom. 17.

Concil. Cloveshoviæ, anno 747. Capitul. ij. De unitate pacis.

Capitul. Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. Capitul. lxj. De pace & concordia ſervanda. *Ut pax ſit & concordia, & unanimitas cum omni populo, &c.* v. locum, tom. 20.

Concil. Arelat. VI. anno 811. Can. xij. De pace atque concordia. *De pacis bono atque concordia, &c.* v. locum, eod. tom. 20.

Ibid. Can. xxxix. Ut Eccleſiæ pacem habeant.

Concil. Mogunt. anno 813. Can. v. De pace & concordia, & unanimitate. *Ut pax & concordia ſit atque unanimitas in populo chriſtiano, &c.* eod. tom.

Concil. Rhem. II. anno 813. Can. xliij. Ut lites & jurgia terminum habeant. *eod. tom.*

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xxxij. Ut omnes inter ſe pacem & concordiam habeant. *Omnes homines & maximè chriſtiani, &c.* v. locum, ibid.

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. xx. De pace & concordia inter Epiſcopos & Comites. *Si inter omnes fideles pax & concordia habenda eſt, &c.* ibid.

Capitulare Caroli Magni, anno 813. anno Imperij ejus 13. Cap. xxviij. De tumultibus quos faïdoſi homines excitabant. *Ut inquiratur diligenter de faïdoſis hominibus, &c.* v. locum, eod. tom. 20.

Concil. apud Celichyth. anno 816. Can. iij. Ut concordes omnes invicem diligant. *Tertio confirmavimus, ut, &c.* v. locum, in fine tom. 20.

Capitul. II. Ludovici Pij Imperat. anno 823. Cap. x. De admonitione ad Epiſcopos, vel omnes pro concordia ad invicem, vel cum cæteris fidelibus. *Epiſcopi verò vel Comites & ad invicem, &c.*

Ibid. Cap. xj. De admonitione ad omnes generaliter pro pace & caritate ad invicem. *Omnibus etiam generaliter dicimus, ut, &c.*

Ibid. Cap. xiv. De pace in itinere exercitali cuſtodienda. *De pace verò in exercitali itinere, &c.*

Ibid. Cap. xv. De denuntiatione, ut qui in hoſtem pergunt, ſive qui in obſequio ſunt unuſquiſque cognoſcant. *Deinceps tamen omnibus denuntiare volumus, &c.* v. locum, tom. 21.

Ludovici Pij Imperat. Capitulare III. anno 828. ij. Hæc Capitula ab Epiſcopis in eiſdem Concilijs tractanda ſunt. viz. *Volumus atque jubemus, ut, &c.* v. titul. *De Miſſis Dominicis.*

Ibid. vij. *De his qui diſcordijs & contentionibus, &c.*

Ibid. viij. *Volumus atque jubemus, ut, &c.*

Ibid. x. *Volumus atque jubemus, ut, &c.*

Addit. 4. Ibid. xiij. *Poſtquàm Comes & Pagenſes, &c.* v. locum, eod. tom. 21.

Item alia ejuſd. Capitula. xiij. De converſione Comitis in Pagenſium, de hoſtili expeditione, ut ex eo die 40. dies ſit bannus reciſus. *v. locum.*

Ibid. Capitula quæ pro Lege habenda ſunt. vij. Ut inquiratur de ijs qui in exercitalem ire poſſunt expeditionem, vel qui fidelitatem necdum promiſerunt.

Ibid. viij. De faïdis coërcendis. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. ij. cap. vj. Quòd ubi caritas non eſt, nulla bona ineſſe poſſunt.

Conventus in Villa Colonia, anno 843. Capitul. vj. De ijs qui initum concordiæ fœdus irruperint. *Tandem autem viſum eſt nobis annectere, &c.* eod. tom. 21.

Concil.

Concil. Vernenſe II. anno 844. Can. viij. Ut Epiſcopi qui ad bellum non eunt, homines ſuos alicui ex fidelibus Regis committant. *℣. locum, eod tom.*

Concil. Mogunt. I. anno 847. Cap. iv. De pace & concordia. *Sanè opus eſt ut pax & concordia ſit, &c.*

Ibid. Cap. v. De conſpiratione. *Si verò pax & concordia ſummum inter homines, &c.*

Concil. Valentin. III. anno 854. Can. xij. De ijs qui ſingulari certamine alios occidunt, vel occiduntur. *℣. locum, in fine tom. 21.*

Ibid. Can. xiij. Ut Epiſcopi mutuò ſe adjuvent contrà rebelles, & auctoritatis ſuæ contemptores.

Nicol. Pap. I. Epiſt. xxv. ad Carolum Calvum Regem. *Initium locutionis meæ quam ad vos, &c.*

Ejuſd. Epiſt. xxvj. ad Epiſcopos in Regno Caroli conſtitutos. ..... *Pacem evangelizate, haud talem, quod abſit, &c.*

Ejuſd. Epiſt. lxix. ad Ludovicum & Carolum Filios Caroli Calvi Regis. *℣. loc. tom. 22.*

Nicol. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. xxij. *Circà hos qui quando ad pugnam contrà hoſtes proceditis, fugam arripiunt, ſi non miſericorditer præveniat compaſſio, ſaltem legum temperetur ſeveritas.*

Ibid. xxiij. de eod. argumento: *De his quibus juſſum eſt contrà hoſtes progredi, & juſſioni parere contemnunt, eadem ſuademus.*

Ibid. xxv. De cuſtodibus finium. *Conſuetudinis eſſe patriæ veſtræ perhibetis, ſemper cuſtodes inter patriam veſtram & aliorum juxtà terminos invigilare, &c.* v. locum.

Ibid. xxix. De Cruce in ſigno militari ferenda. Item de diebus in quibus non eſt præliandum. *℣. locum.*

Ibid. xxxiij. Idem eſt argum. *Quando prælium inire ſoliti eratis indicatis, &c.* v. locum.

Ibid. xxxiv. De diebus in quibus non eſt præliandum. *Præterea conſulitis, ſi debeamus, quando nuntius venerit, &c.* v. locum.

Ibid. xxxv. De ſuperſtitionibus. *Referris quod ſoliti fueritis quando in prælium progrediebamini, &c.*

Ibid. xxxviij. De precibus in bello non omittendis. *Dicitis quod quando in caſtris eſtis, orationem perfectam, & congruam facere nequeatis, &c.* v. locum.

Ibid. xl. De his qui ad bellum præparati non ſunt. *Conſuetudinem patriæ veſtræ perhibetis ineſſe, ut, &c.*

Ibid. xlvj. De bello tempore Quadrageſimæ. *℣. locum.*

Ibid lxxiv. Omni loco orandum. *Sciſcitamini, ſi cœptâ oratione nuntius venerit de hoſtibus, ac ideò ipſam orationem conſummare nequiveritis, quid vobis agendum ſit, &c.*

Ibid. lxxx. De pace ineunda. *Cum generatione, quæ pacem vobiſcum habere quærit, quomodo, &c.*

Ibid. lxxxj. De pactis. *Percontati eſtis ſi cum generatione, quæ Chriſtiana eſt, fœdus interpoſito ex utraque parte jurejurando feceritis, &c.*

Ibid. lxxxij. Idem eſt argum. *Cum paganis autem quod ſit Chriſtiano pactum faciendum, &c.* v. locum, tom. 22.

Concil. Tullenſe I. anno 859. Cap. 1. De concordia inter Fratres Ludovicum & Carolum Reges reformanda.

Ibid. Cap. iij. De ſtabili unione Principum Caroli & Lotharij Regum. *eod tom.* 22.

Concil. Piſtenſe, anno 865. *v. ult. pag.* .... Sin autem aliquis quicumque inobediens extiterit, &c. *v. locum, eod. tom.* 22. *in fine.*

Concil. Trieaſſinum II. anno 978. Can. iv. Ut Epiſcopi mutuò ſe in vexationibus adjuvent. *v. locum, tom.* 24.

Epiſt. ij. Joannis Pap. VIII. ad Ludovicum Regem. Diſſentiones inter ipſum & Imperatorem, &c. Intereà monet ut paeem eum omnibus, & præcipuè eum Imperatore ſervet, & ſubjectos compeſcat. *v. tom.* 24.

Leges Eccleſiaſticæ Alvredi Regis Anglorum. Titul. xvj. De pace violata in Urbe Regia.

Ibid. Leges Eeeeſiaſticæ ab Alvredo Magno Rege Anglorum. Titul. 1. De dilectione Dei & paee Eceleſiæ. *v. locum, eod. tom.* 24.

Concil. Mogunt. anno 888. Capitul. xxiv. De pace fruenda.

Concil. Metenſe, anno 889. Can. 1. Quòd pax à paganis, & contumaeibus chriſtianis per emendationem morum à Deo imploranda ſit.

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. 1. Communis oratio pro concordia tàm Cleri quàm Populi. *eod. tom.*

Concil. Mamnetenſe, Can. 1. De alterius Paroehiano, & de diſcordantibus ad Miſſam non reeipiendis. *ibid.*

Leges Eccleſiaſtieæ Edoüardi Senioris Regis Angliæ. Titul. 1. De pace Eccleſiæ. *v. locum, eod. tom.* 24.

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. ſub finem. De diſciplina chriſtiana militum. *Chriſtianorum militum diſciplina his temporibus eò prolapſa eſt, &c.* v. locum, tom. 36.

Canones Synodi Romanorum, ad Gallos Epiſcopos. Can. iv. De eo qui militat jam fidelis. *De eo qui militaverit jam fidelis militiæ ſæculari, &c.* v. tom. 37.

v. de hac materia Titul. Epiſcoporum ſubordinatio & unanimitas.

DE POLLVTIONE.

GREGOR. MAGN. Lib. xij. Indict. vij. Reſponſ. ad Interrogationem xj. Auguſtini. *Quæro etiam ſi poſt illuſionem quæ per ſomnium ſolet accidere, vel Corpus Domini quilibet accipere valeat, vel ſi Sacerdos ſit Sacra Myſteria celebrare.* RESPONS. B. GREGORIJ PAPÆ. Hunc quidem Teſtamentum veteris Legis, ſicut & in ſuperiori Capitulo jam diximus, pollutum dicit, & niſi lotum aquâ ei uſque ad veſperam intrare Eccleſiam non concedit. Quòd tamen tunc ſpecialiter ad illum populum; ſpiritualiter autem intelligens ſub eodem intellectu accipiet, quo præfati ſumus: quia quaſi per ſomnium illuditur, qui tentatus immunditiâ vanis imaginationibus in cogitatione inquinatur. Sed lavandus eſt aquâ, ut culpas cogitationis lacrymis abluat. Et niſi priùs ignis tentationis receſſerit, reum ſe quaſi uſque ad veſperam cognoſcat. Sed eſt eâdem illuſione valdè neceſſaria diſcretio, quæ valdè ſubtiliter penſari debet, ex qua re accidit menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate evenerit, omninò hæc illuſio non eſt timenda: quia hanc animus neſciens pertuliſſe magis dolendus eſt, quàm feciſſe. Cùm verò ultrà modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur, atque idcircò humorum receptacula gravantur, habet exindè animus aliquem reatum, non tamen uſque ad prohibitionem percipiendi Sacri Myſterij, vel Miſſarum ſolemnia celebrandi, cùm fortaſſe aut feſtus dies exigit, aut exhiberi myſterium, pro eo quod Sacerdos alius in loco deeſt, ipſa neceſſitas compellit. Nam ſi adſunt alij qui implere Myſterium valeant, illuſio per crapulam facta, à perceptione Sacri Myſterij prohibere non debet, ſed ab immolatione Sacri Myſterij abſtineri, ut arbitror, humiliter debet, ſi tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concuſſerit. Nam ſunt quibus ita plerumque illuſio naſcitur, ut eorum animus etiam in ſomno corporis poſitus, turpibus imaginationibus fœdetur. Qua in re unum ibi oſtenditur, ipſa mens rea, non tamen vel ſuo judicio penitus libera, cum ſe eſſe dormienti corpore nihil meminit vidiſſe, tamen in vigilijs corporis meminit in ingluviem cecidiſſe. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio in mente dormientis, patet animo ſuus reatus: videt enim a qua radice inquinatio illa proceſſerit, quia quod cogitavit, ſciens, hoc pertulit neſciens; ſed pentandum eſt ipſa cogitatio utrùm ſuggeſtione, an delectatione, vel quòd majus eſt, peccati conſenſu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum; videlicet ſuggeſtione, delectatione, conſenſu: ſuggeſtio quippè fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum: quia cùm primam culpam ſerpens ſuggeſſit, Eva velut caro delectata eſt, Adam velut ſpiritus conſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio, ut inter ſuggeſtionem, delectationem, & conſenſum judex ſui animus præſideat: cùm enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omnimodò perpetratum non eſt: cùm verò caro delectari cœperit, tunc peccatum

Illuſio nocturna pollutum reddit.

Ejus genera.

Ex ſuperfluitate, ex infirmitate.

Ex turpi cogitatione.

Triplex in peccato gradus. Suggeſtio.

Delectatio consensus. incipit nasci: si autem ad consentionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati, semen est, in delectatione fit nutrimentum, in consensu perfectio. Et sæpè contingit, ut hoc quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi consentiat: & cum caro sine anima delectari nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur invitus, ut ei ex ratione contradicat, nec consentiat; & tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat: undè Rom. 2. & ille cælestis exercitus præcipuus Miles gemebat, dicens: *video aliam Legem in membris meis, repugnantem Legi mentis meæ, & captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis.* Si autem captivus non erat, minimè pugnabat: quapropter & captivus erat, & captivus non erat, sed pugnabat; igitur legi mentis, lex quæ in membris est repugnabat, pugnabat quapropter captivus non erat. Ecce itaque homo est, ut ita dixerim, & captivus & liber; liber ex justitia quam diligit, captivus ex delectatione quam portat invitus.

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. xxiv. De pollutione. SI QUIS per impugnationem mentis violenter coinquinatus est, septem dies pœniteat, vel quousque cogitatio vincatur. Qui in somnis voluntate pollutus est, surgat, cantetque, genua flectendo, septem psalmos pœnitentiales, id est, *Domine nè in furore*, & cæteros; & in manè triginta psalmos cantet: volens autem in somnis peccare, si pollutus sit sine voluntate, duodecim psalmos cantet: peccans non pollutus, tredecim psalmos cantet: in somno peccans, si ex cogitatione pollutus, viginti & duos psalmos cantet: si in somno peccans sine cogitatione, duodecim psalmos cantet. Si semen fuderit in Ecclesia dormiens, cantet Psalterium, vel tres dies pœniteat: si voluntariè semen fuderit in Ecclesia, malâ cogitatione, si Clericus est, quatuordecim dies, Diaconus 22. Presbyter 40. Episcopus 50. Sed est in eadem illusione valdè necessaria discretio, quæ subtiliter pensari debeat: ex qua re accidit menti dormientis, aliquando ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate, aliquando ex necessitate, aliquando ex infirmitate. Omnimodò hęc illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulit.

August. lib. iv. contrà Julianum Pelag. Cap. ij. De eodem argumento. *Quid cùm sopitos deludunt somnia sensus, nescio quomodo etiam castæ animæ in turpes labuntur assensus, quæ si imputaret Altissimus, quis viveret castus?*

vide titul. sequent. De fornicatoribus.

DE FORNICATORIBVS ET LENONIBUS, AC STVPRO.

CONCIL. ELIBERIT. anno 305. Capitul. xij. De mulieribus quæ lenocinium fecerunt. *Mater vel parens, vel quælibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit, eò quod alienum vendiderit corpus, vel potiùs ſuum, placuit eas nec in fine accipere Communionem.*

Ibid. Cap. xlvij. De eo qui uxorem habens, ſæpiùs mœchatur.

Ibib. Cap. lxxj. De ſtupratoribus puerorum. *v. locum, tom.* 1.

Concil. Neocæſar. anno 314. Can. iv. Ἐὰν περίδιτός τις ἐπιθυμήσας γυναικός, &c. *Si quis mulierem concupiſcens propoſuerit cum ea concubere, & cogitatio ejus non perveniat ad effectum, apparet quod gratiâ Dei liberatus eſt.*

Synodus S. Patricij, &c. anno 450. Can. xiv. De chriſtiano occiſore, fornicatore, vel aruſpices conſulente. *v. titul.* De homicidijs.

Decreta Cæleſtini Pap. I. Titul. iij Epiſcopi aut Presbyteri cum ſibi confeſſa fornicantis, pœna, ſeu pœnitentia, quæ? *v. locum, tom.* 4.

Concil. Venetic. anno 453. Can. ij. De ijs qui relictis uxoribus alias ducunt. *v. locum, & ejus notas, tom.* 9. Vinculum matrimonij non ſolvitur per adulterium. *Explicatur locus Matth.* 19. Qui dimiſerit. *Notæ.* Quid ſi adulteram ſontem dimiſerit, licebitnè innocenti marito impunè ad ſecundas nuptias tranſire? nequaquàm: ſed potiùs qui poſt dimiſſam adulteram, ipſâ adhuc vivente, aliam duxerit, mœchus eſt & adulter, non quod fornicariam dimiſerit, ſed quia aliam uxorem duxit. *Matth.* 19. *&c. Item. Tribus de cauſis Chriſtus ob ſolam fornicationem uxorem dimitti poſſe ait.* Tribus, ut opinor, de cauſis quod propter ſolam fornicationem abſolutè & in perpetuum uxor dimittatur; ita etiam ut ſi dimiſſa ſe ſe emendaverit, maritus eam reſumere non cogatur. Non enim dimittitur nè injuriam faciat, ſed quia injuriam intulit, ob quam toto vitæ tempore pœnam culpæ luere debeat. Nam poſt ſublatum periculum corporis, aut animæ, quod ex cohabitatione alteri conjungi imminet, dimittens dimiſſam recipere tenetur, niſi Eccleſia in pœnam criminis ſemel admiſſi aliud ſtatuerit.

Concil. Ilerd. anno 524. Can. vj. De eo qui Viduæ pœnitenti, vel Religioſæ Virgini ſtuprum intulerit. *v. locum, tom.* 11.

Deſumptum ex vetuſto Codice, &c. in fine Concilij Arvernenſis, anno 534. Cap. iij. De Presbyteris qui de crimine fornicationis, &c. *v. locum, eod. tom.* 11. *pag.* 198.

Capitula collecta à Martino Bracar. Epiſc. anno 572. in fine tom. 12. Capitul. xxvij. De fornicatoribus Clericis.

Ibid. Cap. xxviij. De his quorum uxores mœchantur. *v. locum.*

Ivo part. 8. cap. 28. Gregor. Magn. lib. ij. Epiſt. xl. ad Pantaleonem Notarium. Queſtus eſt nobis Evangelus Sipontinæ Eccleſiæ Diaconus filiam ſuam à Felice fuiſſe, quod dici nefas eſt, ſtupratam. Pro qua re hujus præcepti auctoritate ſuffultum ad Sipontinam Civitatem proficiſci neceſſe eſt, & adhibitis tibi ſapientibus illic viris, cum omni ſubtilitate veritatem cutabis addiſcere: & ſi ita reperieris quam ſtuptavit, aut uxorem, factis nuptialibus inſtrumentis accipiat, aut corporaliter caſtigatum, in Monaſterium eum privatum Communione, ubi pœnitentiam peragat, tradere feſtinabis; ita ut nulla exindè ei ſit quoquomodo egrediendi licentia, niſi hoc noſtra petmiſerit fortaſſè præceptio.

Ibid. Epiſt. xlij. ad Felicem Epiſcopum Sipont. Expectabamus Fraternitatem tuam, ſuâ aliquos ad Deum prædicatione convettere, & malè agentes ad rectitudinem revocare, &c. *v. locum, tom.* 13.

Ibid. Altera pars. Epiſt. xliv. De concubina Andreæ, & muliere de matriculis verberata.

Ibid. Epiſt. xlv. de eadem cauſâ. *v. locum, tom.* 13.

Ejuſd. lib. viij. Epiſt. xxxij. De uxore Leonis Chartarij, quæ ſuſpicione fornicationis à marito diſceſſerat. *Tom.* 14.

Concil. Tolet. XVI. anno 693. Capitul. iij. De ſtupris. (ſodomitis.)

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. v. De fornicatione. *Si quis Pontifex faciens fornicationem, ſecundùm humaniorem diffinitionem 7. annos pœniteat, Presbyter quinque, Diaconus quatuor, Subdiatonus 3. Clerici & Laïci duos. Si cum Sanctimoniali intelligant ſe adulterium perpetraſſe, ſecundùm antiquam conſtitutionem plus addatur jejunium, Epiſcopus 10. annos pœniteat, Presbyter 7. Diaconus quinque, Subdiatonus quatuor, Clerici & Laïci tres. Qui ſæpè faciunt fornicationem, ſive Clerici, ſive Laici, ſive Fœminæ, primus Canon indicavit, ut 7. annos pœniteant: ſed ſi paruerint, humaniùs definierunt, ut tres annos eorum pœnitentia ſit.*

Ibid. vj. De concupiſcentia non conſummata. *In Canone Neocæſarienſe ita habetur: placuit ut ſi quis concupiſcens mulierem, etiamſi ejus concupiſcentia deſiderium habeat, non autem ſubſequuntur effectus, manifeſtum hunc fuiſſe per Divinam Gratiam liberatum. Ridiculoſum eſt ut pro tactu vel oſculo, & amplexu mulierum, quis damnatus inveniatur.*

Ibid. xviij. De virginibus corruptis. *Si quis virginem corruperit, nec eam poſteà ſibi uxorem acceperit, aut in ſponſam alterius tale facinus attentaverit, ſecundùm antiquam diffinitionem 5. annos pœniteat; humaniùs autem tres annos diffinierunt. Si quis ſponſæ alterius hominis ſorori ejus forſitan intulerit, eique inhæſerit tamquàm ſuæ, & ſibi expetendam ſe copulaverit, hanc autem deceptam poſteà uxorem duxerit deſponſatam: illa verò quæ vitium paſſa eſt, ſi forſitan necem ſibi intulerit, omnes hi hujus facti conſcij, decem annos pœniteant, ſecundùm Canonum inſtitutionem: ſed nonulli 3. annos diffinierunt.*

Concil. Germanic. I. anno 742. Cap. vj. De pœna Clericorum vel Monachorum, aut Monialium, quæ in fornicationem inciderint. *v. locum, tom.* 17.

Concil. Vermerienſe, anno 752. Can. xx. Ut Chartularius, qui cum ancilla fornicatur, eam libertate donatâ uxorem habere cogatur. *eod. tom.*

Concil. Wormat. anno 868. Can. xj. De Sacerdotibus in fornicationem lapſis. *Sacerdotes igitur ſi in fornicationis laqueum ceciderint, & criminis manifeſtus ſive oſtenſus fuerit actus, Sacerdotij non poſſunt habere honorem, ſecundùm canonicæ inſtitutionis auctoritatem.*

Ibid. Can. xij. De Sacerdotibus, quibus crimen fornicationis impingitur. *Sacerdotes qui in crimine fornicationis fuerint accuſati, & crimen illis non fuerit comprobatum, aut ipſi non manifeſtaverint, quid aliud agendum eſt, niſi quod in nono Cæſarienſis Sancti Concilij Capitulo legitur ac demonſtratur? Tamen ſi ipſi juramento ſe voluerint purificare, licentiam habeant. Similiter & Diaconi fuerint accuſati peragant.* v. quoque ibid. Can. 33. 34. & 36. de hoc argumento. *Tom.* 23.

Leges Eccleſiaſticæ Alvredi Magni Regis Anglorum. Titul. vij. De fornicantibus. *Si quis uxorem viri* 1200. *ſolidis æſtimati pellexerit, dato ei nomine ejus viro* 120. *ſolidos. Si cum uxore hominis qui* 600. *cenſetur ſolidis fornicetur, pendito ſolidos* 100. *Si quis cum uxore hominis pagani rem habuerit,* 40. *ſolidos ſolvito. Atque ſolutio hæc tota pecude præſtanda eſt: homo tamen propter ea non venditor.*

Ibid. xiij. De ſtupro. *Qui per vim pagani hominis ancillam ſtupraverit, pagano ſolidos ſenos numerato, &* 60. *prætereà ſolidis mulctator. Servus ſi ſervulam ſtuprarit, virga virilis ei prætiditor. Qui teneræ ætatis virginem ſtuprarit, eâdem lege tenetor, quâ is qui adultam compreſſerit.*

Ibid. Antiqua verſio iſtarum ejuſdem Alvredi Magni Legum. viij. De ſponſa fornicata.

Concil. Mogunt. anno 888. Capitul. xix. De Presbyteris, qui crimine fornicationis, ſive aliquo capitali flagitio accuſantur, & non habent collegas cum quibus ſe excuſare poſſint; aut ſi fortè lapſi fuerint, quomodo ſatisfaciant? *v. locum, tom.* 24.

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. xl. xlj. & reliqua. *Vide titul.* De adulteris & inceſtis.

Concil. Romanum, anno 1059. Contrà Clericos fornicarios, in Epiſtola Alexandri Papæ IX. *pag* 611..... Presbyter, etiam Diaconus ac Subdiaconus fœminam ad fornicandum, &c. *v. locum, tom.* 25. *in fine.*

Concil. London. anno 1175. Can. ij. De fornicatoribus. *Si quis Sacerdos, vel Clericus in Sacris Ordinibus conſtitutus, &c.* v. locum, tom. 27.

Appendix ad Concil. Lateran. III. anno 1179. *Hæc ſunt quæ in eo non comprehenduntur.* De Clericis matrimonio copulatis, vel alijs fornicarijs. *v. locum, tom.* 27. *& titul.* De continentia Clericorum.

Ibid. *ubi non eſt titulus.* Cap. iv. Si mulier à conſanguineo viri ſui fuerit polluta, & veneficium periculum, & alias vitæ inſidias viro machinata, poteſt inter eos divortij ſententia promulgari; ita ut vir eâ mortuâ, licentiam habeat aliam ducendi in uxorem: ipſa verò ſine ſpe conjugij perpetuò remanebit. *v. locum, ibid. ſub finem.*

Ibid. *ubi titulus quoque deſideratur.* Cap. xxxix. A Clericis & Presbyteris, quamvis fornicarijs, quamdiù ab Eccleſia tolerantur, licitè divina officia audiuntur, & alia Eccleſiaſtica recipiuntur Sacramenta. *Ad Apoſtolicæ Sedis re-*

gimen, &. Intelleximus, &c. v. locum, eod. tom. 27. ſub finem, & titul. *Continentia Clericorum, Cælibatus.*

Concil. Turon. anno 1448. Cap. x. Prohibemus nè aliquis, cujuſcumque ſtatus, vel conditionis exiſtat, teneat concubinam: contrarium facientes, ſui ubi Superioris auctoritate canonicè moniti fuerint, excommunicentur. *Tom.* 34.

Edicta Synodi Diœceſanæ Treverenſis, anno 1548. Cap. iv. De concubinis ad parentes redire volentibus. *Si qua verò abjectarum, ſi res ita fert, in eadem Parochia, &c.* v. tom. 35.

Ibid. Cenſuræ & Decreta lata, &c. Cap. iij. De concubinarijs Monachis, vel Sacerdotibus. *In tertio genere verſantur Monachi apoſtatæ, qui, &c.* vide locum.

Concil. Mogunt. anno 1549. Capitul. cij. De Clericis concubinarijs. *Miniſtris Eccleſiarum, qui ſacris functionibus operam ſuam addixerunt, &c.* v. locum, eod. tom. 35

DE IVRAMENTO, AC PERJURIO.

EX DECRETIS PIJ PAPÆ I. De illis, qui per caput Dei, vel capillum jurant, vel blaſphemia contra Deum utuntur.

Ibid. De illis qui jubentibus Dominis ſuis perjurium fecerint. *v. locum, tom. 1. pag. 232.*

Decreta Eutychiani Pap. iij. Fidelium conſortio careat, qui pœnitentiam perjurij agere noluerit. *eod. tom. pag. 581.*

Decreta Damaſi Papæ I. Titul. iv. In Spiritum Sanctum blaſphemant, qui Sacros Canones violant. *v. locum, tom. 3. pag. 296.*

Alia Synodus Sancti Patritij, anno 450. Can. xxiij. De juramento. *v. locum, tom. 7. in fine.*

Concil. Matiſcon. I. anno 581. Can. xvij. De his qui alios ad perjurium, ſeu ad falſum teſtimonium ſollicitant, & ijs qui illis conſentiunt. *v. tom. 13.*

Concil. Tolet. VIII. anno 653. Titul. ij. De incauto juramento. *v. locum fusè, in medio 2. pag. Ad medium 6. pag. hujus Concilij.* ..... Temporibus non procul excurſis, cum quorumdam * refugarum, &c. *ad hæc verba:* * religione penitùs abſolutâ, &c. *v. cætera fusè tractata, tom. 15.* (Ils prouvent cété conduite par l'authorité de l'Ecriture, *Jerem. 18. Ezech. 33.* Et par celle des Peres, *Ambroſ. lib. 1. offic. c. 50. Auguſt. Gregor. moral. in Job. Iſidor. lib. 2. c. 31. & lib. 2. ſentent.*)

* refutatorum.

* religatione.

Concil. Tolet. XV. anno 688. *v. locum, in fine 12. pag. ad 14. in med. & poſt 16. ad fin.* .... His itaque ſuper Sanctæ Fidei profeſſionem, &c. *ad ea verba:* Sed quod multis ut ſalvi fiant. *poſt 16. lin. ſic incipit:* Secunda poſt hęc noſtro cœtui, &c. *ad fin.* v. locum, tom. 17.

1. Cor. 10.

Concil. Tolet. XVI. anno 693. Capitul. x. De his qui juramenti ſui profanatores extitiſſe noſcuntur. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Berghamſtedenſe, anno 697. Can. xvj. *Regis verbum.* Regis verbum & Epiſcopi, ſeu affirmatio, ſive juramentum, ſit irrefragabile.

Ibid. Can. xviij. Præpoſitus Monaſterio ſuam faciat profeſſionem ut Sacerdos. Sacerdos verò ſemet purgato juxtà ſimplicem veritatem in ſanctitate regulæ ſuæ coràm Altari dicendo in hunc modum: *veritatem dico in Chriſto, non mentior.* Sic Diaconus ſemet purget.

Depurgatio Archimandritæ Sacerdotis & Diaconi.

Ibid. Can. xix. Clericus adhibitis ſibi quatuor aliquibus compurgatoribus, ſe purgato; dimiſſo autem capite, & unâ manu ad Altare, alterâ ad juramentum paratâ.

Ibid. Can. xx. Advena ſui ſolius juramento ſuper Altare ſemet purgato. Similiter & Thanus Regis.

Ibid. Cap. xxj. Paganus cum quatuor compurgatoribus capite ſuo ad Altare inclinato, ſemet exinanio, & in hunc modum, rata ſint omnia juramenta.

Gregor. III. in Judicijs. vij. De perjurio. Si quis in Altare ubi Reliquiæ habentur, vel in Evangelio periurium incurrerit, ſecundùm antiquam diffinitionem ſeptem annos pœniteat. Qui alium in perjurium ignorantem inducit, & ipſe ſimiliter ſeptem annos pœniteat. Qui autem deductus eſt ignorans, & poſteà recognoſcit, duos annos pœniteat. Qui verò ſuſpicatur quod in perjurium deducatur, tamen jurat per conſenſum, & ipſe ſimiliter duos annos pœniteat. Si quis coactus pro qualibet culpa cauſâ neceſſitatis, tres annos pœniteat. Si quis verò in manu Epiſcopi vel Presbyteri, vel in eruce conſecrata, ſecundùm antiquam diffinitionem, tres annos pœniteat, humaniùs unum annum diffinierunt.

Capitulare Caroli Magni Regis, anno Regni ejus xj. Cap. x. De perjurijs. *De eo qui perjurium fecerit, ut nullam redemptionem det, &c.* v. locum, tom. 18.

Capitul. Aquiſgran. Caroli Magni Regis, anno 789. Capitul. lxiij. De perjurijs. *Habemus in Lege, Domino præcipiente*: Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui; neque aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. *Ideò omninò, &c.* v. locum, tom. 20.

l. 1. c. 63. *Levit. 19. Exod. 20.*

Concil. Francoford. anno 794. Can. xlv. Ut parvuli ad Sacramenta non trahantur. *De eorum teſtibus canonica ſit obſervatio; ut parvuli non trahantur ad Sacramentum, ſicut Cuntbadingi faciunt.*

Capitular. Theodulfi Aurel. Epiſc. anno 797. Can. xxvj. *Prædicandum eſt etiam, ut perjurium fidelis caveant, & ab hoc ſummoperè, &c.* v. locum, eod. tom. 20.

Ex Capitul. Caroli Magni, anno 3. edictis. De Lege Ripuarienſe. Cap. lvij. Omne Sacramentum in Eccleſia, aut ſuprà Reliquias juretur, & quod in Eccleſia jurandum eſt, & cum ſex electis, vel ſi duodecim eſſe debent, quales potuerit invenire? & ſic juret: *Sic illum Deus adjuvet, & illi Sancti, quorum iſtæ Reliquiæ ſunt, & veritatem dicat.*

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xliij. De cohibenda jurandi conſuetudine. *Omnes homines admonemus, nè per ſingula verba, quaſi ad confirmationem ſuæ aſſertionis nomen Domini in vanum aſſumant. Quod ipſe Dominus interdicit faciendum, ubi ait*: Nè aſſumes nomen Dei tui in vanum. *In vanum etenim nomen Dei aſſumitur, quando aliquis ad ſingula verba, quibus vult, ut ſibi ab alio credatur, Deum omnipotentem teſtem rei de qua ait, invocat, eumque ſibi ita eſſe adjutorem, ſicut ea vera ſunt quæ loquitur. Nam & ipſe Dominus in Evangelio hoc modo prohibens omne genus juramenti*: Nolite, *inquit*, omninò jurare, neque per cælum, neque per terram, neque per caput tuum.

Exod. 20. *Matth. 5.*

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. xxxviij. Ut nullus deinceps Epiſcopus ſuper Sacra juret. *Ut nullus deinceps veritatis Epiſcopus ſolito ſuper Sacra jurare præſumat, quod Myſterij cauſâ Sancti quæſierunt Patriarchæ fecerunt. Non enim in hæſitatione & malitia exigentis, ſed in caritate non ficta fides ſervatur. Quod qui tranſgredi auſu temerario præſumpſerit, quolibet modo illectus, cenſuræ eccleſiaſticæ ſine retractatione ſubjaceat.*

Ibid. Can. xxxix. Quòd deteſtanda ſint perjuria. *Ut multiplex juramentorum & perjuriorum confuſio per quam multæ fidelium animæ in toto hoc Regno perditæ eſſe noſcuntur, quàm ſit deteſtanda, & Deo odibilis attentiùs omnibus annuntietur, ſicut ipſe Dominus oſtendit, dicens*: Non perjurabis in nomine meo, nec

Ivo part. 12. c. 58.

pollues nomen Dei tui, ego Dominus. *Tantum namque hoc malum eſt, ut ad Sanctuaria Martyrum, ubi diverſorum ægritudines ſanantur, ibi perjuri, licet manifeſtè interdùm vexari non videantur, juſto Dei Judicio à dæmonibus arripiantur, ſicut S. dicit Gregorius.* Ad horum corpora ægri veniunt, & ſanantur, dæmoniaci veniunt, & curantur; perjuri veniunt, & à dæmonio vexantur. Levit. 19. Homil. 32. in Evang.

Concil. Valentin. II. anno 855. Can. xj. Ut in Judicio forenſi juramentum juramento legitimè facto, non apponatur. *Quia impia, & Deo inimica à Chriſtianæ Religioni nimis contraria, &c.* v. loc.

Ibid. Can. xij. De ijs qui ſingulari certamine alios occidunt vel occiduntur. *Et quia ex hujuſmodi juramentorum, imò perjuriorum contentione, &c.* v. locum, tom. 21.

Nicolai Pap. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. Cap. lxvij. Perhibetis vos conſuetudinem habuiſſe quotieſcumque aliquem jure jurando pro qualibet re diſponebatis obligare, ſpatham in medium afferre; & per eam juramentum agebatur, &c. *v. locum, tom.* 22.

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Titul. viij. De juramentis. Cap. 1. De Sacramentis leviter non jurandis. *Ex lib. 5. Cap.* 349. Volumus ut Sacramenta citò non fiant: ſed unuſquiſque Judex, priùs cauſam veraciter cognoſcat, ut cùm veritas latere non poſſit, nè facilè ad Sacramentum veniant.

Ibid. Cap. ij. Præcipimus, ut perjuria caveantur, nè admittantur teſtes ad juramentum antequàm diſcutiantur: & ſi aliter diſcuti non poſſint, ſeparentur ab invicem, & ſingulariter inquirantur. Et non licet ſoli accuſatori teſtes eligere abſente ſuo accuſatore. Et omninò nullus niſi jejunis ad juramentum, vel ad teſtimonium admittatur. Si verò aliquis refutatur, dicat ille qui eum refutat, & probet, quarè eum recipere nolit. Et de ipſo pago, non de altero teſtes eligantur; niſi fortè longiùs extrà comitatum cauſa ſit inquirenda. Et ſi quis convictus fuerit perjurij, perdat manum, aut redimat.

Walterij Aurelian. Capitula. xj. De juramentis vitandis. Ut plebibus ſuis denuntient, nè juramentis aſſueſcant.

Concil. Tullenſe II. anno 860. Can. iij. De perjuris, & falſis teſtibus. *De his quoque, qui jurant & perjurant in nomine Dei Omnipotentis mendaciter, quod genus mali nimis prævaluiſſe dolemus, & de falſis teſtibus, quorum execrabile malitia uſquequaque prævaluit, quòd à Sanctis Patribus noſtris ex eis definitum eſt ſervetur, atque duræ & diſtrictæ pœnitentiæ ſubdantur, quamdiù in crimine manent, foras ab Eccleſia projecti, neque oblatio eorum in Sacris, neque nomen eorum inter fideles recitatum habeatur.*

Concil. Treſlejanum, anno 909. Capitul. xj. De perjuris. *Inter cætera quoque admonitionis noſtræ officia videtur nobis illud ſatis neceſſarium eſſe, &c.* v. locum fusè, in fine tom. 24.

Concil. Grateleanum, anno 928. Cap. x. De juramento & perjurio. *Qui falſum juramentum jurabit, & convictus indè fuerit, &c.* v. tom. 25.

Capitula incerti Authoris, loci ac temporis. Cap. xxvj. De perjurio. *Prædicandum eſt etiam, ut perjurium fideles caveant, &c.* v. locum, eod. tom. 25.

Appendix ad Concil. Lateran. III. anno 1179. De juramentis ſervandis. Cap. 1. Non eſt contrà juramentum veniendum, niſi vertat ad interitum ſalutis. *Si verò aliquis quemquam gravissimo metu, &.*

Cap. ij. Contrà juramentum ex cauſa licitè poteſt veniri. *Inſinuatum eſt nobis ex parte, &c.*

Cap. iij. Qui jurant compellendi ſunt juramentum ſervare. *De reſcripto quod nobis eſt præſentatum, &c.*

Cap. iv. Clerici pro perjurio Eccleſijs perpetuò debent privari. *Tua nos Fraternitas duxit conſulendos, &c.*

Cap. v. Non debent Eccleſias regere, qui crimine perjurij ſunt irretiti. *Querelam R. Clerici Lincolnienſis Eccleſiæ, &c.*

Cap. vj. De eo quod ſuprà 4. Tua nos. *Si Stephanum contrà compoſitionem fidei interpoſitione, &c.*

Cap. vij. Compulſus jurare debet abſolvi. *Pervenit ad nos, Laodicenum Epiſcopum, &c.* v. locum, tom. 27.

Ibid. De juramento calumniæ. Cap. i. Clerici non debent præſtare juramentum de calumnia, nec aliud Prælato inconſulto. *Inhærentes veſtigijs Prædeceſſorum noſtrorum, &c.*

Cap. ij. In cauſis ſuper rebus ſpiritualibus, non eſt juramentum de calumnia præſtandum. *Litteras benignitatis tuæ benignè accepimus, &c.*

Cap. iij. Neque præſtatur juramentum de calumnia ab his qui cauſam ſciant. *In pertractandis cauſis juramentum de calumnia, &c.*

Cap. iv. Religioſi debent ſibi œconomum ſtatuere qui juramentum de calumnia valeat ſubire. *Imperatorum ſæcularium Leges, & Eccleſiæ Patrum Conſtitutiones, &c.*

Cap. v. Juramentum de calumnia à quocumque eſt præſtandum. *Pervenit ad nos de tranſmiſſa nobis conqueſtione, &c.*

Cap. vj. Qui debitum vel acceſſiones initiatur, juramentum de calumnia debet præſtare. *Conſtitutus in præſentia noſtra N. Stephanus, &c.* v. locum, eod. tom. 27.

Concil. Tolet. anno 1473. *v. in fine.* Conſtitutio ad removendos abuſus. Cap. xxix. De juramentis. *Ad tollendam execrabilem blaſphemiam Divini Nominis, ac Divorum, &c.* v. tom. 34.

Concil. Mogunt. anno 1549. Cap. lxxxviij. De juramentorum exactione reſtringenda. *Cùm Scriptura admoneat, virum crebrò jurantem, iniquitate impleri, &c.* Tom. 35

Concil. Mediolan. I. anno 1565. Conſtitutionum pars 1. in fine. De blaſphemia. *Blaſphemia impudentia & impietas eò prolata eſt, ut, &c.* v. locum, tom. 36.

DE SPECTA-

DE SPECTACVLIS,
HISTRIONIBUS, PANTOMIMIS, &c.

CONCIL. ELIBERITANUM, anno 305. Can. lvij. De his qui veſtimenta ad ornandam pompam dederint. *Matronæ, vel earum mariti, ut veſtimenta ſua ad ornandam ſæculariter pompam non dent; & ſi fecerint, triennio abſtineantur.*

Ibid. Can. lxij. De auguris & pantomimis ſi convertantur. *Si * auriga & pantomimus credere voluerint, placuit ut priùs actibus ſuis renuntient, & tunc demùm ſuſcipiantur; ita ut ulteriùs ad ea non revertantur. Qui ſi facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Eccleſia.* * augur, * artibus

Concil. Arelat. I. anno 314. Can iv. Ut aurigæ, dùm agitant, excommunicentur. *De agitatoribus qui fideles ſunt, placuit eos quamdiù agitant, a communione ſeparari.*

Ibid. Can. v. Ut theatrici quamdiù agunt à Communione ſeparentur.

Concil. Laodicenum, Can. liv. Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοῖς ἢ κληρικοῖς τίνας, &c Non licere Clericis ludicris ſpectaculis intereſſe. *Ex interpret. Dion. Exig.* Quòd non oporteat Sacerdotes & Clericos quibuſcumque ſpectaculis in ſcenis aut in nuptijs intereſſe, ſed antequam * Thymelici ingrediantur exurgere eos convenit, atque indè diſcedere. * id eſt Tibicines.

Concil. Carthag. III. anno 397. Capitul. xj. Ut filij Clericorum ad ſpectacula non accedant. *Ut filij Epiſcoporum vel Clericorum ſpectacula ſæcularia non exhibeant, ſed nec ſpectent, quandoquidem à ſpectaculo, & omnes Laïci prohibeantur. Semper enim Chriſtianis omnibus hoc interdictum eſt, ne ubi blaſphemi ſunt, non accedant.*

Ibid. Can. xxxv. Nè apoſtatis, vel hiſtrionibus converſis, Chriſma negetur. *Ut ſcenicis atque hiſtrionibus, cæteriſque hujuſmodi perſonis, vel apoſtaticis converſis vel reverſis ad Dominum, gratia vel reconciliatio non negetur.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Can. lxxxviij. De his qui Eccleſia prætermiſſâ ad ſpectacula pergunt. *Qui die ſolemni prætermiſſo ſolemni Eccleſiæ conventu ad ſpectacula vadit, excommunicetur.*

Concil. Africanum, anno 424. Can. xxviij. De ſpectaculis, ut die Dominico, vel cæteris Sanctorum feſtivitatibus, minimè celebrentur. *Nec non & illud petendum, ut ſpectacula theatrorum, cæterorumque ludorum, die Dominicâ, vel cæteris Religionis Chriſtianæ diebus celeberrimis amoveantur, maximè quia Sancti Paſchæ octavarum die populi ad circum magis, quàm ad Eccleſiam conveniunt; & debere transferri devotionis eorum dies, ſi quando occurrerint: nec oportere etiam quemquam Chriſtianorum cogi ad hæc ſpectacula; maximè quia in his exercendis quæ contrà præcepta Dei ſunt, nulla perſecutionis neceſſitas à quoquam adhibenda eſt: ſed (uti oportet) homo in libera voluntate ſubſiſtat ſibi divinitus conceſſâ. Cooperatorum enim maximè periculum conſiderandum eſt qui contrà præcepta Dei ma-*

gno terrore coguntur ad ſpectacula convenire. v. Can. 29. & 30. De Hiſtrionibus Chriſtianis factis. *v. locum, tom.* 4.

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. xx. De agitatoribus, ſive theatricis. *De agitatoribus, ſive theatricis, qui fideles ſunt, placuit eos, quamdiù agunt, à Communione ſeparari.*

Capitula collecta à Martino Epiſc. Bracar. anno 572. Cap. lx. De eò quod non liceat Sacerdotibus vel Clericis ſpectaculis intereſſe. *v. locum, tom. 12. in fine.*

Concil. Autiſiodor. anno 578. Can. xxxiij. Ut Presbyteri & Diaconi, reorum ſupplicia non ſpectent.

Ibid. Can. xxxiv. Ut Presbyter Judicio capitis non interſit. *v. tom.* 13.

Concil. Matiſcon. II. anno 585. Can. xix. De Clericis, nè forum criminale frequentent, nec reorum neci interſint. *eod. tom.* 13.

Concil. Aquiſgran. anno 816. lib. 1. cap. lxxxiij. Non licere Clericis ludicris intereſſe ſpectaculis. *v. tom.* 20.

Concil. Ravennate I. anno 1286. Capitul. 1. Nè Clerici joculatores vel hiſtriones à Laïcis tranſmiſſos recipiant. *Tom.* 28.

Concil. Mediolan. I. anno 1565. Conſtitutionum pars ſecunda, in fine. De hiſtrionibus, cingaris, tabernis, meritorijs, & aleatoribus. *v. locum, tom.* 36.

DE CHOREIS, ET SALTATIONIBUS.

CONCIL. LAODIC. Can. liij. Ut in Chriſtianorum non ſaltetur nuptijs. Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς εἰς γαμοὺς, &c. *Id. ex interpret. Dion. Exig.* Quòd non oporteat Chriſtianos euntes ad nuptias, plaudere, vel ſaltare, ſed venerabiliter cœnare, vel prandere, ſicut Chriſtianos decet.

Capitul. Herardi Archiepiſcopi Turon. cxij. Ut in Chriſtianorum non ſaltetur nuptijs.

vide titul. De vita & honeſtate Clericorum, & *titul.* Contrà Clericos aleatores, ebrioſos, &c.

DE EBRIETATE.

DECRETA Eutychiani Papæ, ex Gratiano & alijs deſumpta. viij. Malum ebrietatis omninò vitetur.

Ibid. ix. Quòd Epiſcopi & Dei Miniſtri ebrietate non debeant gravari.

Ibid. x. Quales perſonæ Sacerdotum epulis intereſſe debeant? *vide locum, tom. 1 pag. 581.*

Decreta Euſebij Pap. ex Gratiano, & aliundè deſumpta. iv. Quales perſonæ Sacerdotum epulis debeant intereſſe. *v. locum, in fine 1. tom.* *Epiſcopi menſæ, qualis.*

Concil. Veneticum, anno 463. Can. xiij. Ut Clerici ebrietatem vitent. *Antè omnia à Clericis vitetur ebrietas; quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt: nec quis poteſt liberum corporis ſui ac mentis habere judicium, cùm captus vino, à ſenſu probetur alienus, & proclivis ad vitium mente labefactâ ducatur, ac plerumque poſſit peccatum aut crimen, dum neſcit incurrere: ſed ignorantia talis non poteſt non ſubjacere pœnæ, quam ex voluntaria amentia manaſſe conſtiterit. Itaque eum quem ebrium fuiſſe conſtiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum ſpatio à Communione ſtatuimus ſubmovendum, aut corporali ſubdendum eſſe ſupplicio.*

Concil. Agath. anno 506. Can. xlj. Ut à Clericis vitetur ebrietas. *v. tom. 10.*

Concil. Cloveshoviæ II. anno 747. Capitul. xxj. De fugiendo ebrietatis malo. *v. tom. 17.*

Ex Capitul. Caroli Magni, de diverſis rebus, partim eccleſiaſticis, partim politicis. x. *Omninò prohibendum eſt omnibus, &c.* v. locum, tom. 20.

Ex ejuſd. Capitulis, anno 9. datis in Aquenſi Palatio. Cap. vj. De ebrietate. *De ebrietate, ut primùm omnium ſeniores exindè vitent; & eorum junioribus exemplum ſobrietatis oſtendant.*

Concil. Francofordienſe, anno 794. Can. xix. Nè Clerici, aut Monachi tabernas ingrediantur. *v. locum, eod. tom. 20.*

Capitulare Theodulfi, anno 797. Capitul. xiij. Ut Presbyteri ab ebrietate, & tabernis abſtineant, nec temerè cum quibuſlibet conviventur. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Mogunt. anno 813. Can. xlvj. Ut malum ebrietatis omninò vitetur. *Magnum malum ebrietatis, undè omnia vitia pullulant, modis omnibus præcipimus cavere; & qui hoc vitare noluerit, excommunicandum eſſe decrevimus uſque ad emendationem congruam.*

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xxj. Presbyteri tabernas, cibi potûſque cauſâ, non ingrediantur. *vide.*

Ibid. Can. xlviij. De vitanda crapula & ebrietate. *Ebrietatem & crapulam fideles ſectari non debere, Dominus in Evangelio auctor eſt, qui ſuis auditoribus ita præcipiens:* Attendite, *inquit*, nè graventur corda veſtra in crapula & ebrietate. *Quia vitia modò apud homines nullius momenti eſſe putantur; ſed quanta mala de illis generari ſoleant, facilè non poſſunt comprehendi. Generantur enim de* *Luc. 21.*

illis quique noxiores corporum morbi, ut Phyſici teſtantur. Ad ſtatum quoque mentis evertendum quantùm noceat ebrietas non facilè deprehendi poterit: quippè cùm penè omnium malorum quæ ab hominibus raptim perpetrantur, cauſa ſit & origo ebrietas.

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones, tit. xj. cap. vj. Ut malum ebrietatis vitetur.

Capitular. v 96. *Magnum malum ebrietatis undè omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eum eſſe decrevimus uſque ad emendationem congruam.*

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. xxiv. ..... Ut nullus cogat bibere vel inebriare.

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. viij. De ebrietate. *Placuit, ſecundùm antiquam diffinitionem, ſi quis Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus in conſuetudinem habuerit vitium ebrietatis; aut deſinat, aut deponatur, &c.* v. locum, tom. 17.

Capitula incerti Authoris, loci, ac temporis. Cap. xiij. Ut Sacerdos ebrietatem & tabernas fugiat. *Obſervandum vobis eſt, ut & vos ab ebrietate abſtineatis, &c.* v. locum, tom. 25.

Concil. Londonienſe, anno 1175. Can. iij. De ebrietate. *Clerici in Sacris*

Ex Concil. Cart. *Ordinibus conſtituti, edendi, vel bibendi cauſâ tabernas, &c.* v. loc. tom. 27.

Decreta Generalis Concilij Lateran. IV. anno 1215. Cap. xv. De arcenda ebrietate Clericorum. *A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant, &c.* v. locum, tom. 28.

Edicta Synodi Diœceſanæ Treverenſis, anno 1548. Cap. 1. De Clericorum tumulentia. *Porrò ebrietas, ut palam eſt inſignium flagitiorum incitatrix, &c.* v. locum, tom. 35.

De hac materia, vide titul. Contrà Clericos aleatores, ebrioſos, &c.

DE ODIO, ET CHARITATE.

CONCIL. CARTHAG. IV. anno 398. Capitul. cxiij. Ut oblationes diſcordantium non recipiantur. *Oblationes diſcordantium Fratrum neque in Sacrario, neque in Gazophilacio recipiantur.*

Epiſt xv. Innocent. Pap. I. De pace. *Tom. 4. pag. 33.*

Concil. Agath. anno 506. Can. xxxj. De his qui propter odium ad pacem non revertuntur. *Placuit etiam, ut ſicut plerumque ſie, &c.*

Decreta quædam ex Codice librorum. 16. lib. 5. c. 22. De illis qui contentiones & rixas amaverint. *De illis qui faciles ſunt ad detrahendum, &c.* v. locum, tom. 10.

Concil. Ilerdenſe, anno 524. Can. vij. De his qui ſacramento ſe obligant, nè ad pacem redeant. *Qui ſacramento ſe obligaverint, &c.* v. locum, tom. 11.

Ex Epiſt. Epiſcoporum Provinciæ Turon. poſt Concil. Turon. II. ad plebem ſcripta, anno 567. *Illud etiam repetitâ voce monentes hortamur, ut ſi quis alterius caritatis offenſam (quod abſit) incurrit, odium vicè mutuâ relaxantes in amplexu veræ concordiæ feſtinent jam celerrimè convenire. Quid enim in vacuum dimittit ſibi peccatum deſiderat, qui inimici delicta dimittere non exopeat; cùm prima ſit eleemoſyna non quærere de peccante vindictam, ſed contrà recedere beneficia pro querela?*

Gregor. Magn. lib. xj. Epiſt. xlviij. De ira. *Ira enim in vindictam malorum ſequi debet rationem animi, non præire, ut quaſi ancilla Juſtitiæ poſt tergum veniat, & non ſequimur, & exhibemus. Ira enim quæ animum perturbat, quantâ conſideratione cavenda eſt, monſtratur. De qua ſcriptum eſt:* Sit enim homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri Juſtitiam Dei non operatur. *Hinc rurſùm ſcriptum eſt:* Quis poteſt habitare cum homine cujus ſpiritus facilis eſt ad iraſcendum? *Hinc iterùm dicitur:* Noli eſſe cum homine iracundo, neque ambules cum viro furioſo, nè fortè diſcas ſemitas ejus, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. *Contrà hanc in laude patientiæ dictum eſt:* Melior eſt vir, qui vincit iram, quam qui capit civitatem magnam. *Hinc David perſonam in ſe infirmorum ſumens, ait:* Turbatus eſt præ ira oculus meus; *atque ex ipſa turbatione quid ſequatur adjunxit:* Inveteravi inter omnes inimicos meos. *Ex ira quippè, &c.* v. totam, tom. 14.

Jac. 1. *Prov 18.* *Prov. 22.* *Prov. 16.* *Pſal 6.*

Concil. Toletan. XVII. anno 694. Capitul. v. *v. locum, eom. 17.*

Capitulare Gregorij II. datum Martiniano Epiſcopo, & Gregorio Presbyt. in Bavariam ablegatis. Capitul. xj. *In omnibus ita Chriſti charitas teneatur, qua-*

tenùs ſecundùm ſtatuta Sacrorum Canonum oblationes diſſidentium, priuſquàm reconcilientur, nullo modo in Eccleſia recipiantur.

Gregor. III. in Judicijs pœnitentium. xv. *Odium pax pellit. Quicumque fratrem ſuum oderit, neceſſe eſt ei ut reconcilietur. Sciae ſe unuſquiſque quamdiù in corde tenuerit odium, tamdiù in pane & aqua pœnitentiæ ſubdi. Quia ſi homo homini ſervat iram, à Deo non poteſt quærere medelam, dicente Domino:* Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos.

Capitulare Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. Capitul. lxj. De pace & concordia ſervanda.

Ibid. Capitul. lxv. De odio & invidia. *v. locum, tom.* 20.

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xxxij. Ut omnes inter ſe pacem & concordiam habeant. *v. locum, ibid.*

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. xx. De pace & concordia inter Epiſcopos & Comites. *v. locum.*

v. Concil. Mogunt anno 813. Can. 3. & 5. *v. locum, eod. tom.*

Caroli Magni Imperat. Capitulare, anno Imperij ejus 13. anno 813. Capitul. ix. De pace & concordia. *v. locum, tom.* 20.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. lib. ij. cap. vj. Quòd ubi caritas non eſt, nulla bona ineſſe poſſint. *Magnum in utroque ordine Clericali, videlicet, & Laïci periculum eſſe cognoſcimus, quod caritas, quæ Deus eſt, ac decus Chriſtianitatis, & in qua ſumma totius fidei noſtræ conſiſtit, multis utriuſque ordinis, quod non ſine magno animi dolore dicimus, non regnare convincitur. Quæ virtus caritas eſt, & Evangelica & Apoſtolica tectio, & Sanctorum Patrum expoſitiones pleniſſimè docent: expreſſiſſimè namque Apoſtolus Joannes ait:* Quòd Deus caritas eſt, & qui manet in caritate in Deo manet, & Deus in eo. *Perpendat quiſque ſi in caritate manet, Deum manere in ſe: ſi caritatem non habet, non Deum, ſed hoſtem animæ ſuæ habitare in ſe; cum caritate quippè cuncta bona, ſine caritate verò nulla haberi poſſunt. Neque etenim dignum Angelicum Hymnum caritate carens Domino decantare valet. Sed quæritur quarè? Attendatur quarè: quia non eſt bonæ voluntatis, definitio quippè caritatis eſt, ut Doctores noſtri tradunt, bona voluntas. Ergò quicumque bonam voluntatem non habet, caritatem non habere comprobatur, & ideò pacem quæ Chriſtus eſt, quia bonæ voluntatis non eſt, habere non meretur.* Gloria, *inquit multitudo Cæleſtis Exercitus,* in excelſis Deo, & in terra pax * bonæ voluntatis. *Miſerabiliter planè decipiuntur plerique, qui ſine caritate aut Deo in hac mortalitate placere, aut ad illum ſine illa ſe pueant pervenire, &c.* v. totum in loc. tom. 21.

1. Joan. 4.

Luc. 2. * hominibus.

Conventus in Villa Colonia, Capitul. vj. De ijs qui initum concordiæ fœdus irruperint. *v. locum, eod. tom.* 21.

Concil. Meldenſe, anno 845. Cap. vj. id eſt ut ſuprà. *v.* Concil. Arelat. VI. anno 813. Can. xij.

Concil. Mogunt. I. anno 848. Capitul. iv. De pace & concordia. Item & Cap. v. De conſpiratione. *v. locum, eod. tom.* 21.

Nicol. Pap. I. Epiſt. xxv. ad Carolum Calvum Regem. Hortatur ad pacem cum Ludovico Imperatore Nepote ſuo retinendam. *vide locum, tom.* 22.

Capitulare Herardi Archiepiſc. Turon. cxviij. Ut lites & contentiones,

rixæ & jurgia, ſicut diſcordiæ, & odia prohibeantur; & pax & concordia prædicetur.

Concil. Wormat. anno 868. Can. xxvij. De eo, qui meditatione odij vel propter avaritiam occiderit.

Ibid. Can. xlj. De his qui odio ad pacem non revertuntur. *v. locum, tom.* 25.

Joann. Pap. VIII. Epiſt. cxxxvij. ad Hugon. Theodoric. & Bernardum Comites. Ut amicitiæ caritatiſque fœdus cum Boſone ictum ſervent. *v. locum, tom.* 24.

Concil. Moguntiac. anno 888. Capitul. xxiv. De pace fruenda. *eod. tom.*

Concil. Mamnet. anno incerto, Can. 1. De alterius Parochiano, & de diſcordantibus ad Miſſam non recipiendis. *v. ibid.*

Conſtitutiones Odonis Archiepiſc. Cantuariæ, Cap. viij. De pace & concordia in Eccleſia. *Octavo Capitulo obſervamus, ut, &c.* v. locum, tom. 25.

Epiſt. Germani Archiepiſc. Conſtantinopolitani ad Gregor. Papam. De unitate. *O Domine Jeſu-Chriſte, ſalvum me fac, ô Domine benè proſperare, &c.* v. locum, tom. 28. pag. 288.

Item ibid. Epiſt. vj. Gregorij Pap. IX. ad eumdem, de unitate Eccleſiæ. *Cùm juxtà teſtimonium veritatis, occaſio ſit, &c.* v. locum.

Concil. London. anno 1237. Capitul. xxj. Nè quid exigatur pro pace reformanda. *Ceterùm diſtrictiùs duximus inhibendum, nè, &c.* eod. tom.

Concil. Baſileenſe, ab anno 1431. ad 1442. Seſſ. xxxj. *Eccleſiaſticæ ſollicitudinis ſtudium jugiter invigilare convenit, ut fraterna caritas, &c.* Tom. 30.

v. de hac materia, titul. De Confraternitatibus.

DE IMPERATORIBVS, REGIBUS, REGINIS, EORUMQUE FILIJS AC MINISTRIS.

CÆLESTIN. PAP. I. Epiſt. ix. ad Theodoſium. ..... *Major nobis Fidei cauſa debet eſſe, quàm Regni; ampliùſque pro pace Eccleſiarum Clementia veſtra debet eſſe ſollicita, quàm pro ſecuritate Terrarum*, &c. v. locum, tom. 4.

Cyril. Alexandrin. de Fide, ad Theodoſium, in Concil. Epheſino, anno 431. *vide locum, tom. 5. pag. 50. & 51.*

Simplic. Pap. Epiſt. iv. ad Zenonem Imperat. *Reſpicite, quæſo, ad divina beneficia, & quæ ſint vobis collata perpendite*, &c. Tom. 9.

Ibid. Epiſt. viij. ad eumdem. *Lætare igitur, venerabilis Imperator, eos fuiſſe tuos hoſtes qui*, &c. v. quoque Epiſt. x. ejuſd.

Id. Epiſt. xiv. ad eumdem. *Exultantes vobis ineſſe animum fideliſſimi Sacerdotis, & Principis*, &c. v. locum.

Felic. III. Epiſt. ij. ad Zenonem Imperat. Vide, eſt elegantiſſima Epiſtola ad catholicam tuendam orthodoxam fidem excitandis animis. *v. tom. 10.*

Gelaſ. Pap. I. Epiſt. de anathematis vinculo. *In med. pag. 168.* ..... Fuerint hæc antè adventum Chriſti ut quidam figuraliter, adhuc tamen carnalibus actionibus conſtituti pariter Reges extiterent, pariter Sacerdotes; quod Sanctum Melchiſedec fuiſſe ſacra prodit hiſtoria, &c. *v. locum, eod. tom. 10.*

Gen. 14. Hebr. 7.

v. Epiſt. Aviti Epiſc. Vienn. ad Clodoveum Regem Francorum. De ſuſcepta Fide atque Baptiſmo. *v. locum.*

v. quoque Epiſt. Remigij Rhem. Epiſc. ad eumd. Clodoveum, in obitu Alboſledis Sororis ejus. *Angit me*, &c.

Symmach. Pap. Epiſt. vj. Apologetica adverſùs Anaſtaſij Imperat. libellum famoſum. *Ad Auguſtæ Majeſtatis Gratiani Imperatoris Epiſtolam 8. libris 6. reſpondit Ambroſius*, &c. v. locum, cod. tom. 10. pag. 258. *Item in ead.* Quid facies, Imperator, in divino Judicio? an quia Imperator es nullum Dei putas eſſe Judicium? taceo, quod Imperatorem accuſatorem eſſe non conveniat, &c.

Pontificis dignitas major quam Imperatoris.

Item in ead. Conferamus autem honorem Imperatoris cum honore Pontificis; inter quos tantùm diſtat, quantùm ille rerum humanarum curam gerit, ille divinarum. Tu Imperator à Pontifice Baptiſmum accipis, Sacramenta ſumis, orationem poſcis, benedictionem ſperas, pœnitentias rogas, &c. *v. locum, ad fin. Item in fin. pag. 262.* ..... Ubi te rerum humanarum Princeps qualiſcumque Sedis Apoſtolicæ. *Item in med. pag. 264.* ..... Omnes Catholici Principes, ſive cum Imperij, &c.

Not. ad iſtam Epiſt. Humanis poteſtatibus parendum, niſi ſit contrà Deum. Pontificis dignitas, major quàm Imperatoris.

Principum Catholicorum conſuetudo novos Romanos Pontifices ſalutandi.

Synodus Rom. III. anno 501. in cauſa Symmachi Papæ. *Ad hæc Sanctiſſimus Rex aliter (Deo aſpirante) reſpondit, &c.* v. locum.

Not. hujus Synodi. Inſigne dictum Regis de cauſis eccleſiaſticis. Papa judicio Dei ſubditus non hominum.

Ibid. Synod. Rom. IV. cujus primis tribus Capitulis ſtatuitur Laïcis, non licere ullas Leges ſancire de non alienandis Eccleſiæ bonis.

Item. Synod. Rom. VI. anno 504. ſub eodem. *Non licet ergò Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti, &c.* eod. tom. 10.

Epiſt. Remigij Epiſc. Rhemorum ad Clodoveum Regem hortatoria, cùm Rex ad Bellum Gothicum ſe accingeret. *Sacerdotibus tuis honorem * debetis deferre, & ad eorum conſilia ſemper recurrere. Quòd ſi tibi benè cum illis convenerit Provincia tua melius poteſt conſtare, &c.* v. locum, tom. 10. pag 397. * debebis.

Epiſt. Clodovei Regis ad Epiſcopos, poſt Bellum Gothicum ſcripta. De capitulis tum clericis tum laïcis Epiſcoporum arbitrio & teſtimonio relaxandis. *v. loc. pag.* 398. *ibid.*

Concil. Aurel. I. anno 511. Can. iv. De ordinatione clericorum, & ut filij clericorum in Epiſcopi ſint poteſtate. *De ordinationibus Clericorum, &c.* eod. tom. 10.

Epiſt. v. Hormiſdæ Pap. ad Anaſtaſ. Imperat. *Certi ſunt de tutela regnantes, &c.* v. locum.

Id. Epiſt. xj. ad eumdem. *Sed cogitandum eſt, Clementiſſime Imperator, &c.* v. loc. in med. 3. pag.

Ibid. Epiſt. xxvij. ad Juſtinum. *Pag.* 493. *in medio.....* Significaſtis nolentibus, & recuſantibus vobis Imperij pondus impoſitum, &c. *v. locum.*

Ejuſd. Epiſt. xxix. ad Joannem Epiſcopum Conſtantinopolit. *Hæc eſſe beneficia miſericordiæ ſuperna, quis dubitet? hæc quis dubitet venerabilis Princeps tropheis adjungi? Quis ambigat, quia major ei de hac pace, quàm de quibuſlibet prælijs triumphus acquiritur? Ipſius laboris gloria neſcit occaſum: quia ubi Deus recte colitur, nunquàm adverſariorum ereſcit iniquitas.*

Id. Epiſt. xliv. ad Juſtinum Auguſtum Imperatorem. *Neque enim te ita Deo placitum Principem ad Imperij verticem, &c.* v. locum, tom. 10.

Concil. Lugdun. I. anno 517. Can. iij. Si Rex ab Epiſcopotum Communione ſe ſuſpenderit. *ibid. in fine.*

Rem. Rhem. Epiſc. Epiſt. 1. ad tres Epiſcopos. Laudat Clodoveum Fidei Defenſorem, cujus teſtimonio Presbyterorum ordinaverat, ab Epiſcopis illis eo nomine vituperatus.

Agapet. Pap. Epiſt. iv. ad Juſtinianum. *Quòd enim majus fidei veſtræ poterit opus exiſtere, &c.* v. tom. 11.

Pelag. Pap. I. Epiſt. xvj. ad Childebertum Regem. *Humani generis Salvator ac Dominus Diſcipulos ſuos docens ait:* Non eſt voluntas Patris veſtri qui in Cæ- Matt. 18.
lis eſt, ut unus ſaltem pereat de puſillis, *&c.* v. locum, tom. 11.

Concil. Pariſ. III. anno 557. Can. vj. *Et quia utilium rerum cœpit cauſa tractari, hoc univerſitas præcavere quoque debet, tàm Sacerdotes, quàm Principes, omniſque populus, ut nullus res alienas competere à Regis audeat poteſtate.* ibid.

Conſtitutio Generalis Clotharij Regis. *Si quis auctoritatem noſtram ſubreptivè contrà Legem elicuerit fallendo Principem non valebit, &c. Nullus per au-*

ctoritatem noſtram matrimonium viduæ vel puellæ ſine ipſarum voluntate præſumat expetere; neque per ſuggeſtiones ſubreptias rapiantur injuſtè. vide.

Epiſt. S. Germani Epiſc. Pariſ. ad Brunichildem Reginam, ut Sigebertum Regem revocet à conſilio belli, quod Fratri ſuo inferebat. *v. locum, in fine tom.* 12.

Pelag. II. Epiſt. iv. ad Aunacharium Epiſc. Autiſiodorenſem. *Nec enim credimus otioſum, nec ſine magna Divinæ Providentiæ admiratione diſpoſitum, quòd veſtri Reges Romano Imperio in Orthodoxæ Fidei confeſſione ſunt ſimiles: niſi ut huic Urbi ex qua fuerat orunda, vel univerſæ Italiæ finitimos, adjutoreſque præſtaret.*

Guntramni Regis adloeutio. Quando in audientia publica, convocatis Epiſcopis & Optimatibus, diſcuſſi ſunt Duces qui rem bellicam malè adminiſtrarant, anno Chriſti 585. *v. apud Gregor. Turon. l.* 8 *c.* 30.

Conventus apud Andelaum. Quando inter Gumtramnum & Childebertum Reges, Epiſcoporum, Procerumque concilio pax firmata, anno Chriſti 587. *v. Gregor. Turon lib.* 9. *c.* 11.

Gregor. Magn. lib. v. indict. xiv Epiſt. v. ad Brunichildem Reginam Francor. *Excellentiæ veſtræ prædicandam, ac Deo placitam, &c.* v. tom. 13.

Ibid. Epiſt. vi. ad Childebertum Regem Francorum. *Quantò cæteros homines Regia dignitas antecedit, tantò cæterarum gentium Regna Regni veſtri profectò culmen excellit, &c.* v. locum.

Ibid. Epiſt. lviij. Theodorico & Theodeberto Francorum Regibus. *Poſtquàm Deus Omnipotens Regnum veſtrum Fidei rectitudine decoravit, & ingenuitate Chriſtianæ Religionis inter gentes alias fecit eſſe conſpicuum: magnam de vobis materiam præſumendi concepimus, quòd ſubjectos veſtros ad eam converti Fidem per omnia cupiatis, in qua eorum nempe Reges eſtis, & Domini, &c.*

Ibid. Brunichildæ Reginæ Francorum. *Excellentiæ veſtræ Chriſtianitatis ita nobis veraciter olim innotuit, ut de bonitate ejus nullatenùs dubitemus, ſed magis certum modis omnibus teneamus, quia in cauſa Fidei devota & ſtudioſa concurrat, & religioſæ ſinceritatis ſuæ ſolatia copioſiſſimè ſubminiſtret, &c.*

Ibid. Epiſt. lxiij. Mauritio Auguſto. *Inter armorum curas & innumeras ſollicitudines, quas indefeſſo ſtudio pro Chriſtianæ Reip. regimine ſuſtinetis, &c.*

Ibid. Epiſt. cxxj. Theodorico & Theodeberto Francorum Regibus. *Summum in Regibus bonum eſt Juſtitiam colere, ac ſua cuique ſervare, & ſubjectis non ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodire.*

Ibid. Epiſt. cxxvj. Recharedo Regi Viſigothorum. *Item. Anagnoſtico antè longum tempus dulciſſima mihi mentis excellentia, &c.*

Ibid. ſuperiùs..... *Ipſa quoque Regni gubernacula ergà ſubjectos magno ſunt moderamine temperanda, ne poteſtas mentem ſurripiat. Tunc enim Regnum benè geritur, cùm regnandi gloria animo non dominatur.*

Id. lib. viij. Epiſt. lj. ad Leontium Exconſulem. *Hoc enim inter Reges gentium, & Imperatores Romanorum diſtat, quia Reges gentium Domini ſervorum ſunt, Imperator verò Romanorum Dominus liberorum.* Tom. 14.

Id. lib. ix indict. lvij. ad Brunichildem Reginam Francorum. *Quanta in vobis bona Divino munere ſint collata, &c.* cod. tom. 14.

Id. lib. xj. Epiſt. viij. ad eamdem. *Inter alia bona hoc apud vos præ cæteris tenet principatum, &c.*

Ibid. Epiſt. ix. ad Theodoricum Regem Francorum. *Scripeorum veſtrorum eloquia ineolumitatem veſtram, &c.* eod. tom.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. Lib. I. Cap. lj. De æquo modio, juſtoque habendo ſextario. ILLUD quoque ex toto à divina auctoritate diſſentit, & afflictionem atque oppreſſionem ingentem pauperibus irrogat, quòd quidam non ſolùm Clerici, ſed & Laïci, Domini præcepti tranſgreſſores effecti, minorem modium atque ſextarium in vendendo atque commodendo, majoremque in recipiendo habent; ſimulque ſtateras minores atque doloſas in mutuando atque vendendo, majoreſque in recipiendo habentes: & ob hoc dum ſuæ intolerabili cupiditati ſatisfacere æſtuant, heu, proh dolor! miſeros quoſque paupertati addicunt, & mendicos efficiunt. Quoniam his inæqualibus menſuris, & diverſis fœnerationibus adeò eos obligantes coarctant, ut ex vineolis ſuis ob

mercedem laboris ſui nihil reſidui ſibi, ſuæque conjugi & liberis, nec cyathus, nec una quidem remaneat: ſed ut omnia in cellaria ſua ex aſſe deveniant ſagaciter elaborant. Quam crudelitatem quidam Dominorum, tàm per ſe, quàm per atroces miniſtros ſuos, in ſibi ſubjectis exercere comprobantur: ita ut nihil ſibi ſuæque conjugi ac liberis de fructu meſſium, vinearumque ſuarum uſurpare audeant, ſed omne quidquid illud eſt Dominis ſuis ex integro cuſtodire & reddere compellantur. Quod impietatis vitium B. Job multùm ſe cavere inſinuat,

Job. 31. cùm ait: *Si adverſùm me terra mea clamat, & cum ea ſulci ejus deflent: ſi fructus ejus comedi abſque pecunia, & animam agricolarum ejus afflixi; pro frumento*

Jacob. 6. *oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina: & clamor ipſorum in aures Domini Sabaoth introibit.* Quæ verba Beda ita exponit: Dominum Sabaoth, id eſt, Dominum Exercituum appellat, ad terrorem eorum qui pauperes conterunt & affligunt, eoſque nullum putant habere tutorem. Huic enim loco congruit illud

Pſal. 9. Pſalmiſtæ: *Tibi derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adjutor.* Et alibi Pſalmiſta in

Pſal. 11. perſona Domini loquitur: *Propter miſericordiam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* Et illud quod in libro B. Job ſcriptum eſt: *Neque*

Job. 35. *enim fruſtrà audiet Dominus, & Omnipotens ſingulorum cauſas intuebitur.* Et illud Salomonis: *Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam, ſi effundat loquelam gemi-*

Eccl. 35. *tûs. Nonnè lacryma viduæ à maxilla deſcendunt, & exclamatio ejus ſuper deducentem eas? A maxilla enim aſcendunt uſque ad Cælos, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* Multa quoque his ſimilia de hujuſcemodi oppreſſione teſtimonia perfacilè proferri poterant, ſed alibi proferenda reſervantur. De modio autem æquo juſtoque ſextario habendo Dominus in libro Levitici ita loquitur:

Levit. 19. *Nolite facere iniquum aliquid in Judicio, in regula, in pondere, in menſura: ſtatera juſta, & æqua ſint pondera, juſtus modius, æquumque ſit vobis ſextarius. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti, cuſtodite præcepta mea, & univerſa judicia, & facite ea, ego Dominus.* Salomon in Proverbijs: *Pondus*

Prov. 20. *& pondus, menſura & menſura, utrumque abominabile eſt apud Dominum.* Item in eodem: *Abominatio eſt apud Dominum pondus & pondus, ſtatera doloſa, non eſt bona.* In non faciendo quippè quæ Dominus jubet, delinquimus: in faciendo autem quæ vetuit, procul dubio peccamus. Ergò quando ea quæ vetat facimus, ejus procul dubio Sancti Præcepti tranſgreſſores exiſtimus. Quamquam ergò conſuetudines perverſę non facilè corrigantur, hæc tamen conſuetudo inæqualium modiorum, & injuſtorum ſextariorum, atque ponderum doloſorum, neceſſe eſt ut principali metu ociùs corrigatur, & ad Præceptum Divinum tanta fortitudo reflectatur; quia verendum eſt, nè inter cætera mala hoc quoque non ſolùm facientibus & conſentientibus, ſed etiam non corrigentibus, (quod abſit) proveniat in damnationem.

Ibid. Cap. lij. *De eod. argumento.* Non ſolùm rumore, ſed etiam venerabilium virorum relatu comperimus, quod in quibuſdam Occidentalibus Provincijs, ſuadente avaritiâ, Epiſcopi, & Comites, & cæteri Prælati, pauperibus ſibi ſubjectis ſoleant edictum imponere, ut nullus illorum tempore meſſis modium frumenti, nec tempore vindemię modium vini majori pretio, niſi quod ab eis conſtituitur, vendere præſumat. Quod ſi quiſque illorum facere præſumpſerit, & paupertati ſuæ magnam jacturam patitur, inſuper etiam acribus verberibus flagellatur. Undè fit ut cùm alijs modius frumenti 12. denarijs, & mo-

dius vini 20. denarijs venundari poſſit, hujuſcemodi ſeniores modium frumenti ad quatuor, & modium vini ad ſex ſibi extorqueant denarios. Quæ res quia impietatis, injuſtitiæque plena eſt, neceſſe eſt ut pijſſimi Principis auctoritate inhibeatur: quoniam verendum eſt, nè dum his, & his ſimilibus gravaminibus pauperes atteruntur, ira interim Judicis non ſolùm facientibus, ſed etiam conſentientibus, & corrigere nolentibus accumuletur; quatenùs pauperibus libertas tribuatur, ut redditis ſenioribus ſuis quæ juſtè reddenda ſunt, reliqua quæ ſibi ſuperſunt, liceat alijs, prout pactio vendentis & emientis grata fuerit, abſque prohibitione ſeniorum ſuorum diſtrahere.

Ibid. lib.iij. cap.iij. De injuſtis inæqualibuſque Menſuris atque Ponderibus. De Menſurarum namque inæqualitate, & modijs injuſtis & ſextarijs, quæ Domini lege haberi prohibentur, qualiter res ad certam correctionem perduci poſſit, non ſatis perſpicuè nobis patet, eò quòd in diverſis Provinciis diverſæ ab omnibus penè habeantur. Hoc tamen modis omnibus optamus & monemus, ut in unaquaque Provincia Imperij veſtri juſſu atque terrore Celſitudinis veſtræ, nullus duplices menſuras in ſua dominatione, aut habeat, aut haberi permittat. Quoniam hac occaſione multos pauperes affligi in pleriſque locis cognovimus, & ad paupertatem, miſeriamque deveniſſe.

Capitulare Caroli Magni Imperat. anno Imperij ejus 13. anno 813. Capitul. xiij. Ut juſta ſint Pondera & Menſuræ. *v. tom.* 20.

DE TRIBVTIS ET TELONIIS.

CONCIL. TOLET. XIII. anno 683. Cap. iij. De Tributorum principali relaxatione in plebe. *v. locum, tom.* 17.

Synodus Metenſis. Cap. iv. De Teloneis, undè exigi non debeant? *De Teloneis verò ſic ordinamus, ut nullus de victualia & carris, quæ abſque negotio ſunt, Telonium præhendat. De Saumis ſimiliter ubicumque vadunt, & de Peregrinis ſimiliter conſtituimus, qui propter Deum ad Romam, vel alicubi vadunt, ut ipſos per nullam occaſionem ad Pontes & ad Excluſas, aut navigio detineatis: nec propter ſcripta ſua ullo peregrino calumniam faciatis, nec ullum Telonium eis tollatis: & ſi aliquis hoc fecerit, qualiſcumque homo hoc comprobaverit nos de 60. ſolidis 30. illi concedimus, & illi alij in Sacellum Regis veniant.*

Concil. Vernenſe I. anno 755. Can. xxij. De Telonijs, ut à Peregrinis non exigantur, neque ab ijs locis ubi eſſe non debent. *De Peregrinis qui propter Deum vadunt, ut de eis Telonios non tollant: & de illis alys Telonys quos Domnus Rex anteà perdonavit, ſic fiat, ut ibi legitimè non debent eſſe, donati non ſint.*

Capitulare Caroli Magni, anno Regni ejus 11. Cap. xix. De Teloneis Forbannitis. *De Teloneis qui jam anteà Forbanniti fuerunt, nemo tollat, niſi ubi ab antiquo tempore fuerunt.*

Concil. Calchut. anno 787. Capitul. xiv. De cohibendis Tributis Eccleſiæ injuſtè impoſitis. *v. tom.* 18.

Ludovici Pij Imperat. Capitulare II. Cap. xix. De injuſtis Teloneis.
l. 2. c. 19. *Similiter quoque de injuſtis Teloneis, de quibus qualiter ab omnibus obſervandum eſſet, & Capitulis conſtituimus, & ſæpiſſimè admonitiones fecimus, prædicti Miſſi noſtri volumus ut inquiſitionem faciant, à quibus noſtra Juſſio in hoc adimpleta, à quibus quoque ſit neglecta: & eum qui implere neglexit, aut diſtulit, ad noſtram volumus ut veniat juſſus præſentiam, ut citò rationem de hu, ſicut ſuperiùs diximus, reddat: & ſi culpabilis inventus fuerit, dignam correctionem accipiat, ut cæteris negligentibus exemplum terroris præbeat.*

Ibid. Capitular. III. Titul. xv. Inferenda a Vicarijs, vel alijs Miſſis Co-
Addit. 4. c. 84. mitum exigenda. *Quicumque Vicarij, vel alij Miniſtri Comitum, Tributum quod inferenda vocatur majoris pretij à populo exigere præſumpſit, quàm à Miſſis bonæ memoriæ Genitoris noſtri conſtitutum fuit, hoc eſt, duos ſolidos pro una vacca, hoc quod injuſtè ſuperpoſuit atque abſtulit, ſibique retinuit, his quibus hoc tulit, cum ſua lege reſtituat, & inſuper fredum noſtrum componat, & miniſterium amittat.*

Decreta Generalis Concilij Lateran. IV. Capitul. xlvj. De Tallijs à Clericis non exigendis. *Adversùs Conſules ac Rectores Civitatum, & alios, qui Eccleſias & viros Eccleſiaſticos Tallijs, &c.* v. locum, tom. 28.

DE MAGISTRATIBVS, ET JUDICIBUS.

Vide Titul. De Judicijs, Accuſatoribus, &c. *plura reperies de hac materia.*

CONCIL. ELIBERIT. anno 305. Capitul. lvj. De Magiſtratibus & * Duumviratis. *v. locum, tom.* 1.

* Dominantibus.

Innocent. Pap. I. Epiſt. iij. ad Exuper. Toloſan. Cap. iij. Quòd fidelibus adminiſtrationes & judicia exercere liceat. *Quæſitum eſt etiam ſuper his, &c.*

Ibid. Cap. v. Quòd qui præces vel criminales dictant, habeantur immunes. *Illud etiam ſciſcitari voluiſti, &c.* v. locum, tom. 4.

Concil. Turon. II. Can. xxvj. De Judicibus aut Potentibus qui pauperes opprimunt. *Ut Judices aut Potentes qui pauperes opprimunt, ſi commoniti à Pontifice ſuo ſe non emendaverint, excommunicentur.*

Concil. Autiſiodor. anno 578. Can. xliij. De pœna Judicis, qui Clericum ſine Epiſcopi voluntate diſtrinxerit. *Quicumque Judex, aut ſæcularis, &c.* v. locum, tom. 13.

Concil. Matiſcon. I. anno 581. Can. vij. Nè Judex ſæcularis Clericum extrà cauſam criminalem diſtringat. *Ut nullus Clericus de qualibet cauſa, &c.* eod. tom.

Ex Præceptione Guntramni Regis, ad Epiſcopos & Judices Regni ſui, poſt II. Synodum Matiſconenſem, anno 585. *In med.* 2. *pag.*.... Enimverò quicumque Sacerdotum, &c. *ad ea verba*: Reos eſſe vel noxios non ignorant.

Gregor. Magn. lib. iv. indict. xiij. Epiſt. xxxv. ad Sebaſtianum Epiſc. Rhizimin. *Quæ, Frater cariſſime, de amici veſtri Domni, &c.* v. locum, eod. tom. 13.

Id. ejuſd. lib. viij. Epiſt. lj. ad Leontium Exconſulem, de Libertino. *In med.* 1. *pag.*.... Nam licet in iſta cauſa cautionis culpabilis invenitur, &c. *Ibid. in eadem.* Ita age, Glorioſe Fili, ut in actione commiſſa, &c. *v. locum, tom.* 14.

Edictum Clotarij II. Regis, in Concil. Pariſ. V. *In med.* 2. *pag.*.... Ut nullus Judex de alijs Provincijs, &c. *Ibid. in eodem.* Epiſcopi verò vel potentes, qui, &c. *v. locum, eod. tom.*

Concil. Rhemenſe, anno 630. Can. xxiv. De obſervando Edicto quod Pariſijs factum eſt. *Judices qui ſuper auctoritate & Edicto Dominico Canonum ſtatuta contemnunt, vel Edictum illud Dominicum quod Pariſijs factum eſt, violaverint, aut contempſerint, placuit eos Communione privari.*

Concil. Tolet. XIII. anno 683. Capitul. ij. De accuſatis Sacerdotibus, ſeu etiam Optimatibus Palatij, atque Gardingis, ſub qua eos juſtitiæ cautela examinari oporteat. *Secundæ collationis objectu res noſtro Cœtui lacrymanda occurrit, &c.* v. locum fusè, tom. 17.

Synodus Metenſis, anno 753. Capitul. vij. De Juſtitia facienda. *Ut omnes Juſtitias faciant, tàm Publici, quàm Eccleſiaſtici, &c.* v. locum.

Concil. Vernense, anno 755. Can. xxiij. Ut Judices viduarum, atque orphanorum, & Ecclesiæ causas primo audiant loco. *Ut Comites, vel Judices, ad eorum placita, primò viduarum, orphanorum, vel Ecclesiarum causas audiant & definiant, in eleemosyna Domni Regis, & postea alias causas cum justitia rationabiliter judicent.*

Ibid. Can. xxv. Ut Episcopi & alij Judices pro justitia facienda, sportulas non accipiant. *Ut nec Episcopus, nec Abbas, nec ullus Laïcus pro justitia facienda sportulas contradictas accipiat; quia ubi dona intercurrunt, justitia evacuatur.*

Ex Capitular. Caroli Magni, anno Regni ejus 11. Cap. ix. Qualiter de
Lib. 5. c. 124. Latronibus faciendum sit? *Ut Latrones de infrà emunitatem illis Judices ad Comitum placita præsentent; & quæ hoc non fecerit, beneficium & honorem perdat: similiter & vassi nostri, si hoc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant; & qui non habuerit, bannum solvat.*

Ibid. Cap xj. De Latronibus in custodiam missis. *De Latronibus, qui in custodiam missi sunt, ut nullus Judex publicus pretium pendat; & si hoc fecerit, honorem suum perdat: & qui Ecclesiam infregerit, moriatur.*

Ibid. Cap xij. De Latronibus justè peremptis, & de hominibus injustè pu-
Lib. 5. c. 126. nitis. *De vindicta & judicio justo in Latrones facto testimonio Episcoporum, absque peccato Comites esse dicuntur; ita tamen ut absque invidia, aut occasione mala, nihil aliud ibi interponatur, nisi vera justitia adperficiendum. Ille verò qui per odium aut per malum ingenium, nisi pro justitia faciendâ hominem deffecerit, honorem suum perdat, & legibus contrà quem injustè fecerit, secundùm pœnam quam intulit emendet.*

Ibid. Cap. xxij. Qualiter de Comitibus vel Vassis Dominicis justitias non facientibus agendum sit? *Si Comes in suo ministerio justitias non fecerit, Missos*
Lib. 5. c. 333. *nostros in sua casa sonare faciat, usque dum justitiæ ibidem factæ fuerint. Et si Vassus justitias non fecerit, tunc & Comes & Missus ad ipsius casam sedeant, & de suo vivant quousque justitias faciant.*

Concil. Calchut. anno 787. Capitul. xiij. De Judicijs justè ferendis. *Decima tertia admonitio fuit, ut potentes & divites justa Judicia statuant, nec personam divitis accipiant, nec pauperes contemnant, neque à rectitudine Judiciorum devient, nec munera super innocentes accipiant, sed in veritate & justitia, dicente*
Psal. 57. *Propheta*: Justè judicate filij hominum. *Ieem, &c.* v. reliqua testimonia Sacrarum Scripturarum, tom. 18.

Capitulare Aquisgran. Caroli Magni, anno 789. Cap. lxij. Ut quibus da-
l. 1. c. 62. ta est potestas judicandi, justè judicent, &c. *v. locum, eom.* 20.

Ex ejusd. Capitul. de diversis rebus, partim Ecclesiasticis, partim Politicis. 1. Ut Comites pupillorum & orphanorum causas primùm audiant; & in venationem non vadant, in illo die quando placitum debent custodire, nec ad pastum.

Ex Capitul. ejusd. quæ Missis 2. anno data fuit. Cap. xx. De concordia Episcoporum atque Abbatum & Comitum seu Vassorum Dominicorum, & de Justitijs. vj. Ut diligenter inquirant inter Episcopos, Abbates, sive Comites, vel Abbatissas, &c. *v. loc.*

Ex ejusd. Capitulis, anno 6. datis. xix. lib. 1. c. 122. Ut prædicti Missi

per ſingulas Civitates & Monaſteria. &c. *v. locum, eod. tom.* 20.

Concil. Arelat. VI. anno 811. Can. xiij. Ut Comites & Judices cum Epiſcopis conſentiant, & Juſtitias faciant. *Ut Comites, Judices, ſeu reliquus populus. &c.* eod. tom. Addit. 3. c. 64.

Concil. Rhem. II. anno 813. Can. xliij. Ut lites & jurgia terminum habeant. *Ut ejus magnificum cuncto Imperio ejus, &c.* eod. tom.

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xxxiij. Quomodo Comites & Judices ergà Epiſcopos agere ſe debeant, & Epiſcopi ergà illos? *Comitibus, Judicibus, reliquoque populo expedit, &c.* Addit. 3. c. 54.

Ibid Can. xxxiv. Ut Comites & Judices viles perſonas ad teſtimonium non admittant. *vide titul.* De falſis Teſtibus.

Ibid. Can. xxxv. Nullus pro Judicio munus exigat, vel accipiat. *Nullus Chriſtianus pro quolibet placito, vel judicio, &c.* eod. tom. Ibid. c. 57.

Concil. Cabilon. II. anno 813. Can. xxj. Ut Comites & Judices recta Judicia judicent. *Comitibus verò & Judicibus, hoc ſummoperè obſervandum eſt, &c.* eod. tom. 20.

Capitulare II. Ludovici Pij Imperat. anno 823. Cap. vj. De admonitione ad Comites, pro utilitate Sanctæ Dei Eccleſiæ. *Vobis verò Comitibus dicimus, veſque commonemus, &c.* vide locum, tom. 21. lib. 2. c. 6.

Ibid. Cap. ix. & x. De admonitione ad Epiſcopos, Abbates, & ad omnes Fideles pro Comitum adjutorijs. *Epiſcopi verò, vel Comites, & ad invicem, & cum cæteris fidelibus concorditer vivant, & ad ſua miniſteria peragenda viciſſim ſibi adjutorium ferant.* l. 2. c. 10.

Capitulare III. Ludovici Pij Imperat. anno 828. iv. Hæc ſunt Capitula ad inſtructionem Miſſorum. III. In primis hoc maximè inquirant, quomodo hi qui populum regere debent, &c.

Ibid. vij. II. Ut Miſſi noſtri ubicumque malos Scabinos inveniunt, ejiciant, & totius populi conſenſu in loco eorum bonos eligant, & eum electi fuerint, jurare faciant, ut ſcienter injuſtè judicare non debeant. *Addit.* 4. c. 74.

Ibid. viij. V. De Vicarijs & Centenarijs, qui magis propter cupiditatem, &c. *eod. tom.* 21.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. Lib. ij. Cap. iij. De periculo Regis, & quòd benè agentes remunerare, malè verò agentes ſuâ auctoritate comprimere, cauſamque pauperum ad ſe ingredi debeat facere. *Ad peccatum Regis pertinet, quando Judicibus Miniſtriſque iniquis miniſterium ſuum adimplendum committit, &c.* v. locum fusè, eod. tom. 21.

Ibid. Cap. iv. Quòd æquitas Judicij ſtabilimentum Regni, & injuſtitia ſit ejus everſio. *Quòd per Juſtitiam ſtet Regnum, Salomon in Proverbijs adſtruit, ita inquiens:* Juſtitia elevat gentem, & miſeros facit populos peccatum; *&c.* v. locum. *Prov.* 14. & 20. 21.

Ibid. Cap. v. Quòd Regnum non ab hominibus, ſed à Deo in cujus manu omnia Regna conſiſtunt, detur. *v. titul.* De Imperat. Regibus & Reginis.

Ibid. Lib. iij. Cap. xxiij. *Poſt 3. lin.* . . . . Sed & hoc obſecramus ut in eligendis adjutoribus veſtris, &c. *v. locum, ibid.*

Ibid. Cap. xxiv. Ut Conciliarij, cæterique Domûs Sacræ Miniſtri, con-

cordiam inter ſe habeant, & famâ ſanctæ opinionis omnibus imitabiles exiſtant. *Rogamus etiam veſtram pietatem propter divinam miſericordiam, &c.*

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. lxxvj. Ut Comites aut Judices placitum aut mallum non teneant poſt 4. Feriam in Capite Jejunij. *Ut Regia Majeſtas obſervare præcipiat omnibus Reipublicæ, &c.* eod. tom. 21.

Concil. Mogunt. I. anno 847. Capitul. xix. De his qui ad ſubvertendam Juſtitiam munera accipiunt. *Qui verò ad ſubvertendam Juſtitiam à duobus munera accipiunt, &c.* ibid.

Concil. Ticinenſe, anno 855. Epiſtola Epiſcoporum, Ludovico Imperatori. *Sub med. 5. pag.....* Quoſdam Miniſtros Comitum propter frequentia, &c. De Comitibus verò de quorum vita & actibus, &c. *ad ea verba:* Regiâ ſunt auctoritate reprimendi.

Ibid. Epiſt. Ludovici Auguſt. *In ſeq. pag.* Sancimus nihilominùs, ut ſinguli Conventus, *ad ea verba:* perfrui prohibeant. Porrò cùm ad noſtrum quiſlibet, &c. Igitur qui hactenus in Regno noſtro, &c. Hæc olim ſæpè inculcata, &c.

Nicolai I. Reſponſ. ad Conſulta Bulgarorum. lxxxiij. De cauſis criminalibus. *Si liceat vobis de criminalibus peccatis aliquem judicare.* Tom. 22.

Ibid. Cap. lxxxiv. Qui falsò aliquem accuſat. *Requirendum à nobis ducitis, quid de eo judicandum ſit, &c.* ibid.

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. De mallis, vel placitis ſecularibus, quibus temporibus obſervari non debeant. *Volumus omnibus Comitibus, omnibuſque Reip. Miniſtris, &c.* ibid.

Id. Ut in immunitatibus Eccleſiarum, mallum vel placitum publicum nemo Comes præſumat. *Placuit ut nullus Comes, neque aliquis ex Judiciaria poteſtate, &c.*

Ibid. Tit. xj. Cap. viij. De non judicando quemquam abſque legitimo accuſatore. *Ex eod Cap.* 298. Judicis non eſt quemlibet judicare vel condemnare abſque legitimo accuſatore, quoniam & Dominus Judam furem eſſe ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus, adeò non eſt ejectus.

Synodus Cariliaca, anno 858. Cap. xij. *In medio.....* Conſtituite Miniſtros Palatij qui Deum cognoſcant, ament, & metuant, &c. *v. locum, ex Sacra Scriptura probatum.*

Ibid. Cap. xiv. *De eodem argumento.* Judices denique Villarum Regiarum conſtituite, qui non ſint cupidi, &c. *v. locum, eod. tom.* 22.

Concil. Lingon. vel Tullenſe I. anno 859. Can. xv. Ut miſeris per idoneos Judices Juſtitia reddatur. *Ut Juſtitia miſerorum ad aures pietatis veſtræ clamantium, in omni Regno ditionis veſtræ ſubjecto per Miniſtros, &c.* v. locum, eod. tom. 22.

Ibid. Can. xvj. De raptoribus & adulteris, & rapacibus coërcendis. *Ut*
Gal. 5. *raptores & adulteri, vel rapaces, qui ſicut ait Apoſtolus, &c.* v. loc.

Item. De Judicibus, in Synodo II. Nicæna. Statutum eſt quod Judices alij non Synodo deberent eſſe, niſi quos ipſe qui impetitur, elegerit, aut quos conſenſu ſuo ejus Primates auctoritate hujus Sacræ Sedis conſtituerint; quia indignum eſt ut ab extraneis judicetur, qui Provinciales, & à ſe electos debet habere Judices.

Capitula Hadriani Papę. Cap. lvij. De Judicibus. Judex criminoſum diſcutiens, non antè ſententiam proferat capitalem, quàm aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes teſtes convincatur.

Ibid. Cap. xxxiv. Ut qui ſuſpectos Judices habuerint, vocem appellationis exhibeant. *Si quis Judicem adverſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat: & cùm ei conceſſum fuerit, integro negotio apud eumdem Judicem amotis dilationibus poſſit audiri.*

Concil. Wormat. anno 868. Can. xlij. Dignum eſt ut vita innocentis non maculetur pernicie accuſantium. Qui igitur à quolibet criminatur, non antè accuſatus ſupplicio deputetur quàm accuſator præſentetur, atque Legum & Canonum ſententiâ exquiratur, ut ſi indigna ad accuſandum perſona invenitur, ad ejus accuſationem non judicetur.

Epiſt. clij. Joannis Pap. VIII. ad omnes Epiſcopos. *Ecce Sanctiſſimi Sacerdotes, præmiſſu precibus Fraternitatem veſtram cum pia exhortatione*, &c. vide locum, tom. 24.

Concil. Pontigon. anno 876. Cap. xij. Ut Epiſcopi, Comites, & Vaſſos noſtros, &c. *eod. tom.* 24.

Leges Eccleſiaſticæ Alvredi Magni Regis Anglorum. Titul. xv. Si quis coram Senatore Regio in frequenti plebis concione dimicaverit, tùm capitis æſtimationem, tùm mulctam, prout æquum fuerit, præſtato: & Senatori 120. ſolidos numerato. Qui coactam populi concionem armorum extractione commoverit, dato Senatori 120. ſolidos. Hoc ipſum ſi præſente alio quocumque in locum ejus ſubſtituito, aut coram Sacerdote Regio evenerit, 30. ſolidis culpa penſator.

Leges Eccleſiaſticæ Canuti Regis. Ibid. alia tabula Legum Eccleſiaſticarum. Cap. 1. De Judicibus, & Juſtitia efferenda. *In primis juſtæ Leges ut efferantur, injuſtæ deprimantur volo*, &c. Tom. 25.

Ibid. Cap. ij. De miſericordia in Judicio exhibenda. *Edocemus autem, ut ſi quis in re deliquerit aliqua*, &c. v. locum.

Concil. Coyacenſe, anno 1050. Cap. vij. Ut Populus à Potentibus cum Juſtitia regatur. *Septimo quoque titulo admonemus, ut omnes Comites*, &c. eod. tom. ſub finem.

Concil. Rhemenſe, anno 1148. Can. v. De Judicijs. *Decernimus etiam ut Laïci Eccleſiaſtica terminare negotia non præſumant*, &c. v. tom. 27.

Appendix ad Concil. Lateran. III. De poteſtate Judicum. *v. titul.* De Judicijs. *Tom.* 27.

Concil. Oxonienſe, anno 1222. Capitul. xxx. Quòd Judices non impediant bonum pacis inter partes, ubi cauſa recipiat compoſitionem ad ſuggeſtionem Præconis. *Cæterùm diſtrictiùs duximus inhibendum, nè*, &c.

Ibid. Cap. xxxj. Quòd Judex non judicet aliquem ad purgationem ad ſuggeſtionem Præconis, tantùm ut ſit Judex & Actor. *Nec in cauſa ſua præſumant pariter eſſe Judices*, &c. Tom. 28.

Concil. London. anno 1237. Can. xxiij. Contrà Judices imperitos. *Cùm non ſolùm poteſtas, ſed diſcretio & ſcientia in diſtringendo*, &c. eod. tom. 28.

Oratio ij. Ægidij Carleſij Decani Eccleſiæ Cameracenſis, quâ per dies qua-

tuor in Concilio Baſileenſi reſpondit ad articulum ſecundum, de corrigendis peccatis publicis. *v. locum, tom. 31. pag. 230.*

Concil. Friſing. anno 1440. Cap. xxiij. De pœnis. *Volumus & mandamus ſtatutum, &c.* Tom. 33. in fine.

Concil. Mediolanenſe I. anno 1565. Conſtitutionum pars ij. *In medio.* De Cauſidicis & Advocatis Fiſcalibus. *Cauſidici & Advocati Fiſcales, ad cauſas in foro Epiſcopi, &c.* v. tom. 36.

Concil. Mediolan. III. anno 1575. ſub finem. De ijs quæ ad forum Epiſcopale pertinent. *Epiſcopus anni ſpatio ad ſummum fori ſui, Judicijs, Cauſis, & Judicibus, Procuratoribus, Notarijs, & Miniſtris quibuſcumque etiam infirmis, quibus in rebus opus fuerit, certas conſtituat Leges, &c.* v. locum, eod. tom. 36.

Concil. Mediolan. IV. anno 1576. Conſtitutionum pars iij. *In medio.* Monitiones. *Pervetus illud inſtitutum eſt, tùm Sanctorum Patrum uſu, &c.* v. locum fusè, à pag. 427. ad 447. tomi 36.

Ibid. De foro Epiſcopali & Eccleſiaſtico. *Excommunicationum quæ certis monitionibus primùm adhibitis, &c.* v. ibid. fusè.

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. *Sub fin.* Quæ ad forum pertinent? *v. locum, eod. tom. 36. in fine.*

De hac materia, vide titul. De Judicijs, Accuſatoribus, &c.

DE JURE

DE IVRE PATRONATVS.

CONCIL. TOLET. IX. anno 655. Capitul. ij. Ut fundatores Eccleſiarum quoadulque vixerint, earum habeant curam, ipſique illic Miniſtros eligant ſervituros. CUM SÆPE ſit ſolatium, etiam illa quæ non debentur prece ſupplicationis, & vi quodammodo extorqueri doloris, quantò * magis ſine obſtaculo concedi debent exquiſita ſimul, & ordine juris, & dolore compaſſionis? Quia ergò fieri plerumque cognoſcitur, ut Eccleſiæ Parochiales vel ſacra Monaſteria, ita quorumdam Epiſcoporum, vel inſolentiâ vel incuriâ horrendam decidant in ruinam, ut gravior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quàm in conſtruendo gaudij extiterat labor: ideò piâ compaſſione decernimus, ut quamdiù earumdem ſundatores Eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro eiſdem locis * curam permittantur habere ſollicitam, & ſollicitudinem ferre præcipuam, atque Rectores idoneos in ijſdem Baſilicis, ijſdem ipſi offerant Epiſcopis ordinandos. Quòd ſi tales forſan non inveniantur ab eis, tunc quos Epiſcopus loci probaverit Deo placitos, ſacris cultibus inſtituat, cum eorum conniventia ſervituros. Quòd ſi * ſpretis eiſdem fundatoribus, Rectores ibidem præſumpſerit Epiſcopus ordinare, & ordinationem ſuam irritam noverit eſſe, & ad verecundiam ſui alios in eorum loco, quos ibidem ipſi fundatores condignos elegerint, ordinari.

* *jam.*

12. qu 7. *Decernimus ut quamdiù.* * *habeant fol idem Concil. Tolet. novissimè decretum est §. 14. cap. 12. & 13.* * *superstitibus.*

Concil. Francoford. anno 794. Can. liv. Quatenùs Eccleſiæ ab ingenuis conſtructæ, tradi, aut vendi queant; *v. locum, tom.* 20.

Capitulare Caroli Magni, anno Imperij ejus 13. Cap. ij. Ut Laïci Presbyteros de Eccleſijs non projiciant. *Ut Laïci Presbyteros non ejiciant de Eccleſijs, nec alios mittere præſumant.*

Arelat. VI. Can. 4.

Ibid. Cap. iij. Ut Laïci pro datis Eccleſijs munera non exigant. *Ut Laïci omninò non audeant munera exigere à Presbyteris propter commendationem Eccleſiæ cuique Presbytero.*

Arelat. VI. Can. 5.

Hincmar. Archiepiſc. Rhem. Capitul. ad Presbyteros Parochiæ ſuæ, anno 852. xvij. Ut defuncto Presbytero, nullus ſine conſultu Epiſcopi Eccleſiam illius aut Capellam appetat. *Ut ſi quilibet Presbyterorum defunctus fuerit, vicinus Presbyter apud ſeniorem ſæcularem nullâ præcatione, vel aliquo exenio Eccleſiam illam obtineat, quæ titulus per ſe conſtans anteà extitit, ſed neque Capellam ſine conſultu noſtro.*

Ejuſdem Capitular. in Synodo Rhemis data, anno 894. v. Quòd pro Eccleſijs viduatis præmia Patronis dari non debeant. SÆPE vos admonui de exenijs ſuperfluis contrà ſacras regulas pro Eccleſijs viduatis non dandis: ſed ſicut audivi vos non indè caſtigaſtis, ſed voſmetipſos & veſtros nutritos in maledictionem ſimoniacæ hæreſeos traditis; quam hæreſim S. Petrus Princeps Apoſtolorum primam damnavit, dicens ad Simonem: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Si de omnibus dico, potuiſtis attendere, quia ſi vos benè viveretis, & veſtros nutritos in bona vita, & in bona conſcientia nutriretis, non vobis eſſet neceſſe & veſtra perdere, & vos ipſos in damnationem mittere. Ipſi enim ſcitis, quia nemo fidelis in Parochia noſtra in ſua Eccleſia ſine Presbytero eſſe cupit, &

Act. 8.

ſine ordinatione Epiſcopali Presbyterum ibi habere non poteſt. Quapropter quiſque defuncto Presbytero in ſua Eccleſia Presbyterum petit. Apud quem cum Clericum bonum quæſiere, & illi Presbyterum ordinem, ipſe Clericum bonum quæret: & ſi eum bonum mihi adduxerit, ordinabo illum; ſin autem alium requiram: & ipſe tamdiù Clericum bonum quæret, uſquedùm convenientem ordini ſacro inveniat. Et non neceſſe eſſet vobis petere Eccleſias cum ſuperfluo exenio: quia quique fideles, ſi veſtra culpa non eſſet, plus quærerent bonos Clericos, quàm veſtros denarios. Et hoc non ſuffertis: ſed vos & veſtros nutritos in maledictionem mittitis, cùm dato Patronis præmio, vobis & illis peccatum emitis.

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Titul. vij. De ſacrilegis. Cap. iij. Ut ſi quis dignitatem præſumpſerit, quam non meruit, à Principe vel juſto ſeniore ſacrilegus habeatur. *Ex eod. lib. Cap.* 387. Si quis præſumpſerit quam non meruit à Principe, vel ſeniore juſto, dignitatem, ſacrilegus habeatur. Homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſacrilegos, magoſque cucurrerint, nullatenùs erunt ad accuſationem vel ad teſtimonium admittendi.

Concil. Lateran. Generale III. anno 1179. Cap. xvij. De Jure Patronatus. *Quoniam in quibuſdam locis Eccleſiarum fundatores aut hæredes eorum poteſtate in qua eos Eccleſia huc uſque ſuſtinuit abutuntur, &c.* v locum, tom. 27.

Appendix ad hoc Concil. Lateran. III. De Jure Patronatus, & Clericorum inſtitutionibus. *v. locum, eod tom. 27. ſunt Cap. 26.*

Ibid. De Jure Patronatus. Cap. 1. Quòd Jus Patronatûs non poteſt vendi. *vide reliqua, ſunt Capita decem, eod. tom. ſub finem.*

Ibid. *ubi Titulus in Archetypo deſideratur.* Cap. xxiij. Clerici obtentu Patronatûs ab Eccleſijs canonicè acquiſitis, non ſunt amovendi. *Noſtris eſt auribus intimatum quòd nonulli, &c.*

Ibid. Cap. xxxiv. Non eſt Jus Patronatûs, vel Eccleſiaſticum Beneficium, niſi requiſitâ Epiſcopi licentiâ, in foro ſæculari ab aliquo vendicandum. *Ad hoc quoniam quidam Laici Eccleſias terris, &c.* v. locum, ibid ſub finem.

Videatur ipſe locus.

Decreta Generalis Concilij Lateran. IV. Cap. xlv. Patronus qui Clericum Eccleſiæ occiderit, vel mutilaverit, Jus Patronatûs amittit. *In quibuſdam Provincijs Eccleſiarum Patroni, ſeu vicedomini, &c.* v. tom. 28.

Concil. Colon. anno 1225. Capitul. ix. De Patronis Laïcis Clericos ad Eccleſias ſimoniacè præſentantibus. *Quoniam in quibuſdam locis Alemaniæ fundatores Eccleſiarum, &c.* eod. tom. 28.

Epiſt. xiij. Gregor. Pap. IX. ad Nobiles Angliæ. Angliæ Magnates Jure Patronatus Eccleſiæ privantur. *Cùm ex operibus noſtris, &c.* ibid.

Concil. Palentin. anno 1322. Cap. xiv. De Jure Patronatûs. *Ambitionis improbæ, & cupiditatis perverſæ ſtudium, &c.* v. tom. 29.

Concil. Saltzburg. anno 1420. Cap. xxvj. De Jure Patronatûs. *Ad extirpandam illam deteſtabilem corruptelam, &c.* eod. tom. 29.

Alia Capitula à Joanne Præpoſito Eccleſiæ Saltzburgenſis. Cap. I. De Jure Patronatus. *Patroni Eccleſiarum ad Eccleſias vacantes, &c.* v. in fin. tom. 29.

Concil. Friſingenſe, anno 1440. Cap. xiij. De Jure Patronatus, & Advocatis Eccleſiarum. *Quamvis Patroni & Advocati ſint in ſubſidium Eccleſiarum admiſſi, &c.* v. locum, tom. 33.

Digitized by Google

DE LAÏCIS.

CONCIL. CHARTHAG. IV. anno 398. Capitul. xcviij. Vt Laïcus præſentibus Clericis non doceat. *v. locum, tom.* 3.

Ibid. Capitul. xcix. Vt mulieres publicè docere non præſumant. *ibid.*

Ibid. Capitul. cj. Vt mulieres baptizare non præſumant. *v. locum, ibid.*

Epiſt. iv. Innocent. Pap. I. ad Felicem Nucerianum Epiſcopum. Titul. iij. Qui de Laïcis ad Clerum non debeant promoveri?

Ibid. Titul. iv. Qui de Laïcis poſſunt Clerici fieri? Hîc apertè Concubina prohibetur. *v. locum, tom.* 4. *pag.* 23.

Concil. Autiſiodor. anno 578. Can. xliv. De pœna Laïci, qui Archipreſbyteri admonitionem contemnit. *v. locum, tom* 13.

Gregor. Magn. lib. ij. pars altera, Epiſt. v. De violentijs Laïcorum reprimendis. *v. locum, eod. tom.* 13.

Concil. Sueſſion. anno 744. Capitul. iv. Vt Laïci fornicationem omnem, perjuria, falſa teſtimonia devitent, Eccleſiamque tueantur. *Similiter decrevimus, ut laïci homines legitimè vivant, & diverſas fornicationes non faciant, & perjuria in Eccleſia non conſentiant, & falſa teſtimonia non dicant, & Eccleſiam Dei in omni neceſſitate conſervent.*

Concil. Cloveshoviæ, anno 747. Capitul. xxx. De modo cohibendi ſimultatem inter Clericos & Laïcos, & de orando pro Regibus, &c. *Triceſimo Capitulo, ſermo diutiùs inter Sacerdotes Dei, atque minores gradus dignitates in medium prolatus eſt, &c.* v. locum fusè, tom. 17.

Concil. Calchut. anno 787. Capitul. xj. Sit concordia ubique & unanimitas inter Reges & Epiſcopos, Eccleſiaſticos & Laïcos, omnemque Populum Chriſtianum: ut ſit unitas ubique Eccleſiarum Dei, & pax in una Eccleſia, in una fide, ſpe, & caritate permanens, mutuâque caritate diligere debeant, ſicut ipſe dixit: *In hoc cognoſcant omnes quia mei Diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* Joan. 13.

Capitulare II. Ludovici Pij Imperat. anno 822. Cap. vij. De admonitione ad Laïcos pro honore Eccleſiaſtico conſervando. *Omnes verò Laïcos monemus ut honorem Eccleſiaſticum conſervent, & dignam venerationem Epiſcopis, & Dei Sacerdotibus exhibeant, & ad eorum prædicationem cum ſuis devotè occurrant, & jejunia ab illis communiter indicta reverenter obſervent, & ſuos obſervare doceant, & compellant: & ut etiam dies Dominicus, ſicut decet, & honoretur & colatur omnes ſtudeant; & ut liberiùs fieri poſſit, mercata & placita à Comitibus, ſicut ſæpè admonitum fuit, illo die prohibeantur.* Lib. 2. Capitul. Cap. 7.

Capitulare III. Ludovici Pij Imperat. anno 828. viij. VI. De laïcis hominibus qui proprium non habent, ſed in terra dominica reſident, ut oportet res alterius ad teſtimonium non recipiantur. Conjuratores tamen aliorum liberorum hominum ideò eſſe poſſunt, quia liberi ſunt: illi verò qui proprium habent & tamen in terra dominica reſident, propter hoc non abjiciantur, quia in terra *Lib.* 5. *cap.* 150.

dominica reſident, ſed propter hoc ad teſtimonium recipiantur, quia proprium habent. VII. Volumus atque jubemus, ut Miſſi noſtri diligenter inquirant quanti liberi homines in ſingulis Comitatibus maneant, &c.

Ibid. Cap. x. Volumus ut Miſſi noſtri per totam legationem ſuam primò omnium inquirant, qui ſint de liberis hominibus, qui fidelitatem nobis nondum promiſſam habeant, & faciant illos eam promittere, ſicut conſuetudo ſemper fuit; & poſteà incipiant legationem ſuam per cætera Capitula peragere.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. Lib. 1. Cap. xxij. De Laïcorum Clericis, eorumque examinatione & promotione. *De Clericis verò Laïcorum, undè nonnulli eorum conqueri videntur, &c.* v. locum, tom. 21.

Ibid. Lib. iij. Cap. xxvj. Quòd nec Principes in cauſas Eccleſiaſticas proſilire, nec Sacerdotes in ſæcularibus negotijs occupari debeant. *His omnibus præhabitis, noteſcimus vobis quod, &c.* v. locum fusè.

Concil. Aquiſgran. anno 836. Cap. iij. De Perſona Regis, Filiorumque ejus, & Miniſtrorum. Can. xv. Quòd contrà divinam auctoritatem Principes in cauſas Eccleſiaſticas proſilierint, & Sacerdotes ſæcularibus negotijs ſe occuparint. *Nam & illud quod in eiſdem Capitulis continetur, ut manifeſtum fieret, quæ cauſæ id effecerint, &c.* Concil. Pariſ. VI. l. 3. c. 26. ut ſupra.

Ibid. Can. xx. Ut Laïci Sacerdotes contemptui non habeant. *Laïci ſanè monendi ſunt nè Sacerdotes contemptui habeant, nevè eorum monita deſpiciant; & eam turpiter tractent, uti hactenùs: nè ſuperveniat quod dicit Propheta:* Populus tuus ſicut hi qui contradicunt Sacerdoti, & corrues hodiè; corruet autem & Propheta tecum.

Concil. in Villa Colonia, anno 84;. Capitul. iij. De Juſtitijs unicuique ſecundùm legem faciendis. *Quia verò debitum eſſe cognoſcimus, ut à quibus honorem ſuſcipimus, eos juxtà dictum Dominicum honoremus; volumus ut omnes Fideles noſtri certiſſimum teneant, neminem cujuſlibet ordinis aut dignitatis deinceps noſtro inconvenienti libitu, aut alterius calliditate, vel injuſta cupiditate, promerito honore debere privare, niſi juſtitiæ judicio, & ratione atque æquitate dictante. Legem verò unicuique competentem, ſicut antè ceſſare ſui tempore meorum Prædeceſſorum habuerunt, in omni dignitate & ordine, favente Deo, me obſervaturum perdono.*

Concil. Meldenſe, anno 845. Cap. iij. De Juſtitijs unicuique ſecundùm legem ſuam faciendis. *Ex Conventu in Villa Colonia.* Quia verò, &c.

Ibid. Can. lxxiv. Ut potentes viri ac fœminæ provideant nè in ſuis domibus vigeant adulteria ac libidines. *Provideant viri potentes, & maximè potentes fœminæ, ut in ſuis domibus adulteria, luxuria concubinatica, & inceſta adulteria non vigeant. Et eos Presbyteros, qui cum eis in Capellam vadunt, hujuſmodi virtutem habere factant, quatenùs omnia vitia in domibus ſuis reſecant, ut Orationem Dominicam ac Symbolum cunctos tenere & frequentare compellant; quia Parochiani, Presbyteri, & Epiſcoporum Miniſtri, de minoribus & vilioribus perſonis hoc providere ſtudeant.*

Homilia Leonis Papæ IV. Nullus Presbyter ſub poteſtate Laïcorum Miniſter aut Caſtaldio fiat.

Synodus Regiaticina, anno 850. Capitul. v. Sæculare à Ludovico Pio Edictum, à Lothario confirmatum. *Hoc etiam multorum querelis ad nos delatum*

eſt, quod potentes & honorati viri, locis quibus converſantur minorem populum depopulentur & opprimant, eorum prata depaſcant, manſiones etiam contrà voluntatem privatorum hominum, ſive pauperum domibus ſuis, &c. cætera diſcant.

Concil. Ticinenſe, anno 855. Sanè removenda quorumdam Laïcorum procacitas, qui hoc ſolo obtentu, quòd ad electionis conſortium admittuntur, Archipresbyteris ſuis dominari præſumunt: & quos tamquam patres venerari debuerunt, velut ſubditos contemnunt. Hi igitur intrà juris proprij terminos ſunt redigendi: & ſi extraordinariam dominationem in Eccleſijs exercere præſumpſerint, Regiâ ſunt diſciplinâ coërcendi. Ipſi verò qui ad gubernandas plebes legitimè provecti ſunt, &c.

Nicolai I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. xx. Quid de homine libero judicandum ſit? qui de patria ſua lapſus fuerit, ſi comprehendatur nihil utique, ſi quod leges decernunt. Verumtamen multos Sanctorum de patria ſua extitiſſe, & in alia celebriùs veneratos fuiſſe, ſacræ produnt hiſtoriæ; ſed alijs non exiſtentibus cauſis extitiſſe, ni fallor, inveni, præſertim cùm Abrahæ Patre noſtro dicatur: *Egredere de terra*, & noſtrorum exules per plurimos annos in terra non ſua habitaverint; alioquin liber non eſt, ſi de patria ſua quis non audet egredi: porrò ſi liber eſt, & jure nullius conditionis nexibus obſtrictus non fugit, ſed exit de patria ſua; quemadmodum Abrahæ, non fuge, ſed exi de terra tua, dicitur; quod quia fecit obediens, nemine judicante pœnam quamlibet protulit.

Ibid. lix. Quòd de femoralibus ſciſcitamini ſupervacuum eſſe putamus, &c.

Ibid. lxj. De cæterò ſcire vos velle ſignificaſtis, quot vicibus laïcalis perſona per unumquemque diem orationem facere debeat? In quo ſcire vos convenit, neminem exceptum eſſe ab eo quòd in Evangelio dicit: oportet ſemper orare, & non deficere. Et Apoſtolus ſine intermiſſione orare. Quòd ſanctiſſimè præfato S. Auguſtino docente, ſic accipitur; ut nullo die prætermitti debeant, quærite & invenietis.

Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Tit. xj. Cap. ix. Quòd Laïcis non ſit de Religione præſumendum. *Laïcis quamvis Religioſis, nulla tamen de Eccleſiaſticis facultatibus, vel de Deo ſacratis hominibus, aliquid diſponendi attribuatur facultas.* VI. 249.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. lxxxij. Ut Laïci intrà cancellos non ſtent; & ut oblatio populi foris ſepta recipiatur.

Ibid. cxxxvj. Laïcus non debet in Eccleſia publicè Lectionem recitare, nec *Alleluya*, ſed Pſalmos & Reſponſoria.

Concil. Wormatienſe, anno 868. Can. xxiv. Ut nullus ſæcularium Eccleſiam aut Clericum fatigare præſumat. *Si quis verò ſæcularium per calumniam Eccleſiam aut Clericum fatigare tentaverit, & * victus fuerit, ab Eccleſiæ liminibus, & à Catholicorum Communione, niſi dignè pœnituerit, arceatur.* * convictus.

Ibid. Can. xliij. De refugis & perfugis. *Nobis igitur ratio perſuadet Synodalis decernere, ut quicumque Laïcorum in adverſitate propriæ gentis, aut patriæ, vel Regiæ poteſtatis ad externas partes ſe conferendo, noxius fuerit ultrà repertus, non ſolùm omni rerum ſuarum proprietate privetur, ſed & perpetuâ excommunicatione damnato nunquàm illis, præterquàm in ultimo mortis ſuæ, Communio tribuatur.*

DE VIDUIS.

CONCIL. ELIBERIT. anno 305. Cap. lxxij. De Viduis mœchis, ſi eumdem poſteà maritum duxerint. *v. tom.* 1.

Concil. Carthag. IV. anno 398. Capitul. cj. De Viduis adoleſcentibus, & infirmis. *Viduæ adoleſcentes, quæ corpore debiles ſunt, ſumptu Eccleſiæ cujus viduæ ſunt ſuſtinentur.*

De conſecrat. diſt. 3. in decret.

Ibid. Can. cij. Nè Clerici Viduarum familiaritati aſſocientur. *Ad reatum Epiſcopi pertinet vel Presbyteri, qui Parochiæ præeſt, ſi ſuſtentandæ vitæ præſentis Clericorum familiaritatibus ſocientur.*

Ivon. l. 1. Diſtinct. 81. Ad reatum.

Ibid. Can. ciij. De Viduis quæ Eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentantur. *Viduæ quæ ſtipendio Eccleſiæ ſuſtentantur, tam aſſiduæ in Dei opere eſſe debent, ut & meritis & orationibus ſuis Eccleſiam adjuvent.*

Idem Viduæ quæ.

Ibid. Can. civ. De Viduis, quæ profeſſæ continentiam prævaricatæ ſunt. *Sicut bonum eſt caſtitatis præmium, ita & majoris obſervantiæ, &c.* v. locum, tom. 3.

Concil. Arauſic. I. anno 441. Can. xxvij. De Viduis profeſſis ſi nupſerint aut raptæ fuerint. *Viduitatis ſervandæ profeſſionem, coràm Epiſcopo in ſecretario habitam impoſitâ ab Epiſcopo veſte viduali indicandam: Raptorem verò talium, vel ipſam talis profeſſionis deſertricem meritò eſſe damnandam.* v. quoque Can. xxviij.

17. qu. 1. Viduitatis ſervandæ.

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. xlvj. Ut profeſſæ Viduæ, ſi raptoribus conſenſerint. *Profeſſas Viduas, ſi conniventiam conſtiterint cum Raptoribus eſſe damnandas.*

Gelaſ. I. Pap. Epiſt. ix. ad Epiſcopos Lucaniæ. Viduas etiam velare Pontificum nullus attentet, quod nec auctoritas Divina delegat ac Canonum forma præſtituit. Non eſt ergò penitùs uſurpandum, eiſque ſic Eccleſiaſtica ſunt ferenda præſidia, ut nihil committatur illicitum.

Ibid. *aliquantò poſt.* Nam de Viduis ſub nulla benedictione velandis, ſuperius latè ſufficienterque prædiximus. *v. locum, eom.* 10.

Symmach. Epiſt. v. ad Cæſar. Epiſc. Arelat. Cap. iv. Ut Raptores Viduarum vel Virginum ab Eccleſiæ Communione pellantur. *Rapeores igitur viduarum, vel virginum, pro immanitate tanti facinoris deteſtantur..*

36. qu. raptores.

Ibid. Cap. v. Ut Viduæ vel Virgines continentiam profeſſæ non nubant. *Neque viduas ad nuptias tranſire patimur, quæ in religioſo propoſito diuturnâ obſervatione permanſerunt.*

27. qu. 1.

Concil. Epaon. anno 517. Can. xxj. De Viduis in Diaconas non conſecrandis. *Tom.* 10.

Concil. Ilerd. anno 524. Can. vj. De eo qui Viduæ pœnitenti, vel Religioſæ Virgini ſtuprum intulerit. *Qui pœnitenti viduæ, vel virgini Religioſæ vim ſtupri intulerie, ſi ſe ab eo ſequeſtrari noluerit, pariter à Communione, & à Chriſtianorum conſortio ſegregetur: ſi verò illa quæ vim pertulit ad Sanctam Religionem redierit, in illo ſolo quoadusque publicè pœniteat, datâ ſententiâ perſeveret.*

Capitula collecta à Martino Episcopo Bracar. anno 572. Capitul. xxix. De Viduis Clericorum. *v. locum, in fine tom.* 12.

Concil. Autisiodor. anno 578. Can. xxij. Relictæ Clerici, post ejus mortem alteri nubere licet. *v. tom.* 13.

Concil. Matisconi. II. anno 585. Can. xij. De Viduis & Pupillis, nonnisi coràm Episcopis judicandis. *Qui autem Scriptura Divina de viduis & pupillis præcipiat, &c.* v. locum, eod. tom. 15.

Ibid. Can. xvj. De Uxoribus Clericorum, nè post eorum mortem ineant secunda matrimonia. *v. locum*

Concil. Tolet. III. anno 589. Can. x. De Viduis quæquæ voverint continentiam teneant, & quęquæ nubere elegerint quibus voluerint nubant: æquè & de Virginibus. *Pro consulto castitatis, quod maximè hortamento Concilij proficere debet, annuente Domino nostro Gloriosissimo Reccaredo Rege, hoc Sanctum affirmat Concilium, ut viduæ, quibus placuerit temerè * castitatem nullâ vi ad nuptias iterandas venire cogantur. Quòd, &c.* v. locum. 32. qu. 2. hoc sanctum.

Gregor. Magn. Pap. lib. ij. indict. xj. Epist. v. ad Petrum Subdiaconum Campaniæ. *Sicut in Judicijs Laïcorum privilegia turbare non cupimus, &c.* v. locum, eod. tom. 15.

Id. ejusd. lib. v. Epist. xxxvij. ad Anthemium Subdiaconum. *Quantò viduæ benè viventes virorum sunt solatio destitutæ, &c.* v. ibid. eod. tom.

Concil. Paris. V. anno 815. Can. xiij. De Viduis & Puellis, quæ rejecto religionis habitu nuptias incunt, excommunicandis. *v. locum, tom.* 14.

Concil. Rhemense II. anno 630. Can. xxiij. *vide titul.* De Virginibus.

Concil. Tolet. IV. anno 633. Can. lvj. De discretione sæcularium & sanctimonialium Viduarum. *Duo sunt genera Viduarum, sæculares & sanctimoniales: sæculares viduæ sunt, quæ adhuc disponentes nubere, laïcalem habitum non deposuerunt: sanctimoniales sunt, quæ jam mutato habitu sæculari, sub religioso cultu in conspectu Sacerdotis vel Ecclesiæ apparuerint, non sine damnatione erunt: quia si primùm Deo voventes, postèà castitatis propositum abjecerunt.* 1. Tim. 3.

Concil. Tolet. X. anno 656. Can. iv. De professione & veste Religiosarum Viduarum. *Benè per spiritum Dei possumus, cum S. Apostolo dicere non ignorare, &c.* v. locum, tom. 15.

Ibid. Cap. v. De remotis excusationibus Viduarum trangressionem Religionis sequentium. *Omnes Fœminæ, quæ jam in præteritum Religionis veste, &c.* v. locum.

Zachar. Pap. Epist. viij. ad Pippinum, Episcopos, &c. vj. De Viduis non velandis. *De Viduis, si possint in propriis habitaculis suis salvare animas. Item in eodem libro Capitulo ita continetur; ut Viduæ, &c.*

Respons. viij. Stephani Pap. II. De Vidua quæ suscepto velo, postèà nubit. *De Muliere quæ post mortem viri sui velatæ fuerit aliquantùm temporis, & postèà virum accipit, in Epistola Siricij Papæ ad Episcopum Himerium Tarraconensem directa, Cap. 5. ita continetur. De his verò, &c.*

Capitular. Aquisgran. Caroli Magni Regis, anno 789. Capitul. lix. *In decretis Gelasij Papæ, ut nullus Episcopus Viduas velare præsumat. Viduas autem, &c.* v. locum, tom. 20. Lib. 1. Cap. 18. Gelas. c. 13.

Concil. Rhemense II. anno 813. Can. xxxiv. Ut Viduæ sub potestate E-

piſcopi vivant. *Ut Viduæ non ſine in delicijs, ſed ſecundùm Apoſtolum, ſub poteſtate Epiſcopi vivant, ſicut decet.*

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xxvij. Ut juvenes Viduæ citò non velentur. *Ut juvenes Viduæ citò nequaquàm velentur, uſquedùm probetur illarum Religio, & bona ab eis nota ſit converſatio: nè fortè de ijſdem dici poſſit ab Apoſtolo*; Quæ autem in delicijs ſunt viventes mortuæ ſunt.

Addit. 3. c. 33. 1. Tim. 5.

Capitulare I. Ludovici Pij Imperat. anno Imperij ejus 3. Cap. xxj. De fœminis viros amittentibus. *De fœminis quæ viros amittunt, placet, nè ſe ſicut hactenùs indiſcretè velent, ſed ut 30. dies poſt deceſſum viri ſui expectant, & poſt triceſimum diem, per conſilium Epiſcopi ſui, vel ſi Epiſcopus abſens fuerit, conſilio aliorum Religioſorum Sacerdotum, ſuorumque Parentum atque Amicorum, id quod eligere debent, eligant. Et quia à Sacro Conventu cogati, ut qui publicam pœnitentiam gerebant, & fœminæ quæ viros amittebant, noſtrâ auctoritate, donec deliberent, quid agant tuerentur, ſpecialiter pro his Capitula fieri, & legis mundanæ Capitulis inſerenda decrevimus.*

Lib. 1. c. 102.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. Lib. j. Cap. xl. Ut Viduæ inconſultis Epiſcopis non velentur. *Comperimus quòd quidam Presbyterorum incautè & extraordinariè velum Viduarum inconſultis Epiſcopis ſuis conſecrarent, & ob id eidem Religioni macula ingerebatur, quia eiſdem velatis per diverſa vagandi occaſio præbetur. Ut autem nullus Pontificum Viduas velare attentet, canonica auctoritas inhibet. Quod verò Presbyteri inconſultis Epiſcopis ſuis velum Viduarum conſecrare non præſumant, prorsùs interdicimus. Quod ſi quiſpiam Presbyterorum hujus conſtitutionis contemnaciter tranſgreſſor exciterit, canonicæ correptionis pœnas luet.*

Addit. 1. c. 11.

Ibid. Cap. xlj. De puellis virginibus à Presbyteris non velandis.

Ibid. Cap. xlij. De fœminis quæ ſine conſenſu Sacerdotum velum ſibi indiſcretè imponunt.

Ibid. Cap. xliij. Ut Abbatiſſæ & cæteræ Sanctimoniales neque viduas neque puellas velare præſumant.

Ibid. Cap. xliv. De nobilibus fœminis, quæ amiſſis viris velantur, & in proprijs domibus reſidere delectantur. *Nobiles fœminæ, quæ amiſſis viris velantur, & non in Monaſterijs, &c.* v. locum, tom. 21.

Addit 2. can. 15.

Ibid. Lib. iij. Cap. vij. De his quæ amiſſis viris indiſcretè ſibi velum imponunt. *De nobilibus porro fœminis quæ amiſſis viris repentè velantur, &c.* v. locum.

Synodus Regiaticina, anno 850. Capitul. xxij. Comperimus quòd ab his, qui ſecundùm mundanas leges viduarum & orphanorum tutelam ſibi vindicant, non ſolùm nec regantur, verùm etiam aliquoties opprimantur, * qui ſibi eccleſiaſticâ ſollicitudine ſuccurrendum cenſemus. Et ſi hujuſmodi ſuppreſſores ad Epiſcopalem admonitionem dirigi voluerint, gratulandum his eſt: ſi autem in obſtinationis impietate duraverunt, ſuggerendum clementiſſimo Imperatori, quatenùs ipſe efficacem tutorem ipſis tribuat, ut & illi remuneratio reddetur à Deo, & de inutili ſilentio Sacerdotalis Ordo non damnetur.

Nicol. Pap. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. lxxxvii. Utrùm ſi mulierem viduam, nolentem vitam Monaſticam ſuſcipere, quis Monacham fecerit, peccatum committat, inquiritis? Sed in hoc ſciendum eſt, quoniam aliæ ſunt virtutes, ſine quibus ad vitam ingredi non poſſumus, aliæ verò ſunt,

quæ nonniſi à ſponſore requiruntur. Sine humilitate quippè, caritate, & eleëmoſynis, & orationibus nullus ad vitam ingredi valet; & iſta ſunt cum his ſimilibus quæ requiruntur ab homine. Monachum autem habitum induere, ad vitam remotam ducere, nonniſi à ſpondente divinitùs exiguntur: undè quiſque vim intulerit alteri ut monaſticum habitum, & vitam remotiorem quam non optavit, nec elegit, aſſumat, nec tamquàm violentus peccatum evadere non valet. Et quoniam quod agitur, ex accipientis voto non venit, nec accipiens religioſum habitum indè mercedem habet, nec inferens crudelitatis ſuæ judicio carebit.

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. xlj. Quicumque viduarum intrà triginta dies viduitatis invitam vel volentem acceperit, ultrà eam non attingat, ad adulterij pœnas luat.

Concil. Wormatienſe, anno 868. Can. xxj. De Viduis, qui ſacrum velamen capiti impoſuerunt. *Vidua quidem quæ ſacrum capiti velamen impoſuerit, & inter cæteras velatas fœminas in Eccleſia oraverit, & oblationem cum illis obtulerit: ſi Profeſſa eſt, in eodem habitu permanere, ſpondens nunquàm Religionis deponere velamen à Religionis obſervantia diſcedere non præſumat. Quod ſi præſumpſerit, & ad id quod ſponderat revocari non poteſt, à liminibus Sanctæ Eccleſiæ ſegregetur, donec ad emendationis remedia confugiat.*

Concil. Mogunt. anno 888. Capitul. xxvj. De Viduis velandis. *v. locum, tom. 24.*

Concil. Tribur. anno 895. Capitul. xxv. De Viduis velatis. *Viduas autem velare Pontificum nullus attentet, prout conſtitutum eſt in Decretis Papæ Celaſij, Cap. 13. quod nec auctoritas Divina, nec Canonum forma præſtituit, &c.* v. totum, eod. tom. 24.

DE VIRGINIBUS.

CONCIL. ELIBERITANUM, anno 305. Capitul. xiij. De Virginibus Deo ſacratis, ſi adulteraverint. *Virgines quæ ſe Deo dicaverint, &c.*

Ibid. Capitul. xiv. De Virginibus ſæcularibus, ſi mœchaverint. *Virgines, quæ virginitatem ſuam non cuſtodierint, &c.* v. locum, tom. 1. pag. 644.

Concil. Ancyr. anno 314. Can. xviij. De his qui virginitatem profeſſi ſunt, & quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur. Οσοὶ παρθενίας, &c. *Eſt Can. xviij. apud Dion. Exig.* Quotquot virginitatem promittentes irritam faciunt ſponſionem, inter bigamos cenſeantur. Virgines autem quæ conveniunt cum aliquibus, tanquàm ſorores, habitare prohibeamus.

Concil. Gangrenſe, anno 325. Can. ix. Virginitati ſtudentem non debere nuptias execrari. Εἴτις παρθενευτὴν, &c. *Interpret. Dion. Exig.* Quicumque virginitatem cuſtodiens, aut continentiæ ſtudens, velut horreſcens nuptias temerat, nec propter hoc, quod bonum & ſanctum eſt, nomen virginitatis aſſumat, anathema ſit.

Ibid. Can. x. De his qui pro virginitate ſuperbiunt. *Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum ſervant, extollitur adverſùm conjugatos, anathema ſit.*

Concil. Valentinum I. anno 375. Can. ij. De puellis Deo devotis, ſi ad terrenas nuptias tranſierint. *De Puellis verò quæ ſe Deo voverunt, ſi ad terrenas nuptias ſponte tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decrevimus, ut pœnitentia hu, nec ſtatim detur; & cùm data fuerit, niſi plene ſatisfecerint Deo in quantum ratio popoſcerit, earumdem Communio differatur.* Vide Epiſt. ij. Siric. Pap. adverſùs Jovinianum hæreticum.

Concil. Carthag III. anno 397. Can. iv. Ut Levitæ & Virgines antè 25. annos non conſecrentur. *Item placuit, ut antè 25. annos ætatis, nec Diaconi ordinentur, nec Virgines conſecrentur. Et ut Lectores populum non ſalutent.*

Ibid. Can xxxiij. De cuſtodia Sacrarum Virginum. *Ut Virgines Sacræ cùm à Parentibus, à quibus cuſtodiebantur, privatæ fuerint, Epiſcopi providentiâ, vel Presbyteri, ubi Epiſcopus abſens eſt, in Monaſterio Virginum, vel gravioribus fœminis commendentur, ut ſimul habitantes invicem ſe cuſtodiant, nè paſſim vagantes, Eccleſiæ lædent exiſtimationem.*

26 qu. 6. Ibid. Can. xxxvj. Ut Presbyter Chriſma non conficiat. *Presbyter inconſulto Epiſcopo Virgines non conſecret, Chriſma verò nunquàm conficiat.*

Concil. Tolet. I. anno 400. Can. vj. Ut Religioſa Puella virorum familiaritatem non habeat. *Item neque Puella Dei, aut familiaritatem habeat cum Confeſſore, aut cum quolibet Laïco, ſibi ſanguinis alieni: aut convivium ſola adeat, niſi ubi ſit ſeniorum frequentia, aut honeſtorum, viduarum honeſtarumque teſtimonio, convivio intereſſe poterit. Cum Lectoribus autem in ipſorum domibus, non admittendas penitus, nec videndas; niſi fortè conſanguinea ſoror ſit, vel uterina.*

Ibid. Can. ix. Ut nulla profeſſa vel vidua, abſente Sacerdote, in domo ſua Sacerdotale officium, vel lucernale impleat. *Nulla Profeſſa vel Vidua, abſente Epiſcopo, vel Presbytero, in domo ſua Antiphonias cum Confeſſore, vel ſervo ſuo faciat: lucernarium verò, niſi in Eccleſia non legatur; aut ſi legitur in Villa, præſence Epiſcopo vel Presbytero, vel Diacono legatur.*

Ibid. Can. xvj. Devota ſi adulteraverit, decem annos pœniteat; ſi maritum duxerit, non permittendam pœnitentiam, niſi maritus deceſſerit. *Devotam peccancem non recipiendam, &c.* v. locum, tom. 3. in fine.

Innocent. Pap. I. Epiſt. ij. ad Victric. Rothomag. Can. xij. De Virginibus ſacris, ſi nupſerint aut lapſæ fuerint. *Item, quæ Chriſto ſpiritaliter nupſerunt* 27. qu. 1. *& velari, &c.* v. tom. 4.

Ibid. Can. xiij. De Virginibus non velatis, ſi relicto propoſito nubant. *Hæc verò quæ nondum ſacro velamine tactæ, &c.* v. locum.

Concil. Milevitan. II. anno 416. Can. xxvj. De Virginibus quæ infrà 25. annos neceſſitate cogente velantur. *Item placuit ut quicumque Epiſcoporum, &c.* v. loc. eod. tom. 4.

Concil. Afric. anno 424. Can. xj. De Virginibus.

Ibid. Can. xciij. De Virginibus etiam minoribus velandis. *v. locum, eod. tom. 4. in fine.*

Leon. I. Epiſt. lxxxvij. ad Epiſcopos per Mauritaniam Cæſarienſem conſtitutos. Cap. ij. De ſtatutis canonum conſervandis. *Cùm itaque, &c. De his autem quæ in ſacro virginitatis propoſito, &c.* v. locum, tom. 7.

Ibid. Cap. v. De Virginibus ſacris quæ vim barbaricam pertulerunt. *Illæ autem famulæ Dei quæ incegritatem pudoris oppreſſione barbaricâ, &c.*

Id. Epiſt. xcij. ad Rufticum Narbon. Epiſc. Inquiſitio xv. De puellis quæ aliquandiù in habitu religioſo fuerunt, non tamen conſecratæ, ſi poſteà nupſerunt. *Puellæ quæ non coactæ Parentum imperio, ſed ſpontaneo judicio, &c.* v. locum, ibid.

Concil. Arauſic. I. anno 441. Can. xxviij. Profeſſæ caſtitatis prævaricatoribus pœnitentiâ conſulendum. *In utroque ſexu deſertores profeſſæ caſtitatis, prævaricatores habendi, & hi omnibus per pœnitentiam legitimam conſulendam.*

Synodus S. Patricij, Auxilij & Iſſernini Epiſcoporum in Hibernia. Can. xvij. De Virgine Deo devota, poſteà nubente. *Virgo quæ voverit Deo, permanet caſta, & poſteà nupſerit carnalem ſponſum, excommunicationis ſit donec convertatur: ſi converſa fuerit, & dimiſerit adulterum, pœnitentiam agat, & poſteà non in una domo, nec in ulla Villa habitent.*

Concil. Calchedon. anno 451. Can. xvj. Παρθένον ἁγίαν καθιέρωσε, &c. *Apud Dion. Exig.* Virginem, quæ ſe à Domino conſecravit, ſimiliter & Monachum non licere nuptialia jura contrahere: quòd ſi inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus ut habeat auctoritatem ejuſdem loci Epiſcopus miſericordiam, humanitatemque largiri.

Concil. Arelat. II. anno 452. Can lij. De puellis converſis, ſi ad terrenas nuptias tranſierint. *De Puellis quæ ſe voverunt Deo, & præclari decore nominis floruerunt, ſi poſt viginti & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias ſponte tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decrevimus, ut cum his, cum quibus ſe alligaverint, Communione priventur; ita ut eis poſtulantibus pœnitentia non negetur, cujus pœnitentiæ Communio multo tempore differatur.*

Concil. Andegav. anno 453. Can. xv. Ut Sanctimoniales quæ decidunt, Communione priventur. *Quæ forma etiam circà eas quæ de virginitate ſanctimoniali crimine proprio decederunt, ſtatuto rigore permaneat.*

Concil. Turon. I. anno 461. Can. vj. De ijs qui Virginibus ſacris matrimonio junguntur, vel religionem profeſſam deſerunt. *Qui verò ſe ſacratis Virginibus per conjunctionem nefandam miſcuerunt, vel propoſitum profeſſa Religionis derelinquerint, utrique à Communione habeantur alieni; quia ſi quis Templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus; donec reſipiſcentes à laqueo diaboli, à quo capti tenentur, ad ipſius voluntatem ad auxilium pœnitentiæ revertantur.*

Concil. Venetic. anno 453. Can. iv. De Virginibus profeſſis, quæ mœchantur. *Eas etiam, quæ virginitatem profeſſæ, & benedictionem fuerint per manus impoſitionem ſub conteſtatione hujus propoſiti conſecutæ, ſi fuerint in adulterio deprehenſæ, cum adulteris ipſarum arcendos à Communione cenſemus.*

Gelaſ. Pap. I. Epiſt. ix. ad Epiſcopos Lucaniæ. Devotis quoque Deo Virginibus, niſi aut in Epiphaniarum die, aut in Albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum Natalijs, ſacrum minimè velamen imponant, niſi forſitan (ſicut de Baptiſmate dictum eſt) gravi languore correptis, nè ſine hoc munere de ſæculo exeant, implorantibus non negetur.

Ibid. *aliquantò poſt.* Virginibus autem ſacris temerè ſe quoſdam ſociare cognovimus, ut poſt dicatum Deo propoſitum, inceſta fœdera ſacrilegaque miſcere. Quos protinùs æquum eſt à ſacra communione detrudi, & niſi per publicam pœnitentiam omninò non recipi: ſed tamen his Viaticum de ſæculo tranſeuntibus, ſi tamen pœnituerint, non negetur.

Symmach. Pap. Epiſt. v. ad Cæſarium Arelat. Epiſcopum. Cap. iv. Ut
36. qu. 2. Raptores Viduarum vel Virginum ab Eccleſiæ communione pellantur. *Rapto-*
raptores. *res igitur Viduarum vel Virginum pro immanitate tanti facinoris deteſtamur, illos vehementiùs perſequendo, qui Deo ſacratas Virgines, vel petentes vel invitas matrimonio ſuo ſociare tentaverint; quos pro tam nefandi criminis atrocitate à Communione ſuſpendi præcipimus.*

Ibid. Cap. v. Ut Viduæ vel Virgines continentiam profeſſæ non nubant.
27. qu. 1. Neque Viduas. *Similiter Virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in Monaſterijs ætatem egiſſe contigerit.*

Concil. Ilerd. anno 524. Can. vj. De eo qui Viduæ pœnitenti, vel Religioſæ Virgini ſtuprum intulerit. *Qui Pœnitenti Viduæ vel Virgini Religioſæ vim ſtupri intulerit, ſe ſe ab eo ſequeſtrari noluerit, pariter à Communione, & à Chriſtianorum conſortio ſegregetur. Si verò illa quæ vim pertulit ad ſanctam Religionem redierit, in illo ſolo, quoadùſque publicè pœniteat, datâ ſententiâ perſeveret.*

Concil. Aurel. III. anno 538. Can. xvj. De raptu Virginum ſacrarum pœnitentium, aut Viduarum. *De Raptoribus Virginum conſecratarum, ſeu à propoſito ſub devotione viventium, &c.* v. locum, tom. 11.

Concil. Pariſ. III. anno 557. Can. v. Nè quis Sacras Virgines, aut Religionem profeſſas rapiat, vel competat. *Sacratarum etiam Virginum, neque per Raptum, neque per competitiones aliquas quiſquam conjugia ſortiatur, &c.* v. locum, tom. 12.

Concil. Turon. II. anno 567. Can. xx. De Virginibus, & Religuis caſtitatem

tatem profeſſis, vel Viduis, quæ poſt mutatam veſtem conjugio copulatæ ſunt. *Ee quia in ſententia Papæ Innocentij ad Victric. Rothomag. lata, &c.* v. locum ſuſè.

Concil. Matiſcon. I. anno 581. Can. xij. Ut Puellæ Deo devotæ quæ poſteà nupſerint, uſque ad exitum vitæ cum adulteris ſuis excommunicentur. *De Puellis verò quæ ſe Deo voverint, &c.* Tom. 13.

Concil. Barcinon. anno 599 Can. iij. Pari etiam conſideratione ſentientes, aut ſi qua Virgo propriâ voluntate, abjectâ Laïcali veſte, Devotarum more induta, caſtitatem ſervare promiſerit; vel ſi qui hominum utriuſque ſexus pœnitentiæ benedictionem expetendo à Sacerdote perceperint, & ad terrena connubia ſpontè tranſierint, aut violenter abſtractæ fœminæ pudicitiæ violatore ſe ſequeſtrare noluerint, utrique ab Eccleſiarum liminibus expulſi, ita ab hominum catholicorum communione ſint ſeparati, ut nulla prorſus eis vel colloquij conſolatio ſit relicta.

Concil. Pariſ. V. anno 615. Can. xiij. De Viduis & Puellis, quæ rejecto Religionis habitu nuptias ineunt, excommunicandis. *De Viduis & Puellis, quæ ſibi veſtes, &c.* Tom. 14.

Edictum Clotharij II. Regis, in Concil. Pariſ. V. Puellas & Viduas Religioſas, aut Sanctimoniales, &c. *v. locum, ibid. ut ſuprà.*

Concil. Rhemenſe II. anno 630. Can. xxiij. Ut Viduas & Puellas conſecratas nullus quâcumque auctoritate rapere audeat. *Viduas quæ ſe Domino conſecrari petierunt, vel Puellas Domino conſecratas, nullus neque per auctoritatem Regiam, neque qualicumque poteſtate ſuffultus, aut propriâ temeritate rapere aut trahere audeat. Quòd ſi utrique conſenſerint, communione priventur.*

Zachar. Pap. Epiſt. vij. ad Pippinum, Epiſcopos, & Abbates. xx. De Virginibus velatis, ſi deviaverint. *De Virginibus velatis ſi deviaverint, quid de illis agendum ſit? in libro decretorum B. Innocentij Papæ Capitulo xix. aſſertum eſt: Quæ Chriſto ſpecialiter nubunt, &c.*

Ibid. xxj. De Virginibus non velatis, ſi deviaverint. *Item de non velatis Virginibus, ſi deviaverint, in eod. lib. xx. cap. continetur.*

Ibid. xxvj. De Monachis & Virginibus propoſitum non ſervantibus. *De Monachis & Virginibus propoſitum non ſervantibus, in lib. decret. B. Siricii Pap. cap. vj. continetur. Præterea Monachorum quoſdam, &c.*

Ibid. xxvij. De his quæ ſuſcepto virginitatis propoſito nubunt. *De his quæ non coactæ, ſed propriâ voluntate virginitatis propoſitum ſuſceperunt quòd delinquant cùm nupſerint; etſi nondum fuerint conſecratæ, in libro decretor. B. Leonis Pap. cap. xxvij continetur. Puellæ, &c.*

Concil. Germanic. I. anno 742. Can. vj. De pœna Clericorum vel Monachorum, aut Monialium, quæ in fornicationem inciderint. *Si autem Clericus, vel Monachus in hoc peccatum (fornicationis) inciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vertente anno ibi pœnitentiam agat: ſimiliter & Nonnæ velatæ eadem pœnitentiâ contineantur; & radantur omnes capilli capitis ejus.*

Reſponſ. vj. Stephani Papæ II. anno 754. De Virginibus non velatis. *De his qui promiſſam virginitatem tranſgredientes, matrimonium inierunt, in Epiſt. B. Innocentij Papæ directa Victricio Rothomag. Epiſc. cap. xv. ita continetur: Ea verò, &c.*

Ibid. Reſponſ. vij. De Monachis & Nonnis ſi nuptias ineant. *De Monachis & Nonnis de Monaſterio fugientibus, in Concil. Calchedon. Cap. xvj. ita continetur: Virginem quæ ſe Deo conſecraverit, &c.*

Lib. 1. *Cap.* 40. Capitul. Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. Cap. xl. In Concil. Afric. præcipitur, ut Virgines Deo ſacratæ à gravioribus perſonis diligenti cuſtodiâ ſerventur. *Ut Virgines Sacræ, &c.* Concil. Afric. Can. xj.

Ibid. Cap. xlvj. Item in eodem, ut Virgines non velentur antè 25. annos, niſi rationabili neceſſitate cogente. *Item placuit, quicumque, &c.* Concil. Afric. c. 93.

Ibid. Cap. lij. Item ejuſdem, ut Monachi & Virgines ſuum propoſitum omnimodis obſervent. *Præterea Monachorum quoſdam, &c.* Siril. c. 6.

Concil. Forojul. anno 791. Capitul. xj. *Item placuit de fœminis cujuſcumque conditionis, &c.* v. loc. tom. 20.

Concil. Francoford. anno 794. Can. xlvj. Ut in velandis Virginibus Canones obſerventur. *De Virginibus quo eempore velandæ ſint, vel quibus occupationibus antè 25. annos detinendæ; ſi neceſſitas compellit, ea quærantur quæ in Canone ſcripta ſunt.*

Concil. Turon. III. anno 813. Can. xxviij. Ut Virgines ſacrum velamen antè 20. annos ſine neceſſitate accipiant. *Virginibus quoque ſacrum velamen accipiendum decreta Patrum interdicunt antè 25. annos, niſi fortè aliquâ togente neceſſitate, pro qua licitum eſt hæc ſtatuta mutare, ut in Canonibus, ſi requiratur inveniri poterit.*

Concil. Aquiſgran. anno 816. Cap. lxvij. De his qui pro virginitate ſuperbiunt. *Concil. Gangren. Can. x.* Si quis ex his qui virginitatem, &c.

Capitulare I. Ludovici Pij Imperat. anno Imperij ejus 3. Cap. xx. De Pueris tondendis & Puellis velandis. *Nè Pueri verò ſine voluntate Parentum tonſurentur, vel Puellæ velentur, modis omnibus inhibitum eſt; & qui hoc facere tentaverit, mulctam quæ in capitulis legis mundanæ à nobis conſtituris continetur, perſolvere cogatur.*

Ibid. Cap. xxv. De his qui Virginibus Deo dicatis ſe ſociant. *De his verò qui ſacris Virginibus ſe ſociant, ita in decreeis Papæ Gelaſij Capitulo xx. continetur:* Virginibus ſacris, &c. ut ſuprà.

Ibid. Cap. xxvj. De Puellis, quo tempore velentur. *Nè verò Puellæ indiſcretè velentur, &c.* v. locum, in fin. tom. 20.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. Lib. 1. Cap. xlj. De Puellis Virginibus à Presbyteris non conſeerandis. *Quorumdam relatu didiſcimus quoſdam Presbyteros, &c.* v. tom. 21.

Ibid. xlij. De fœminis quæ ſine conſenſu Sacerdotum velum ſibi indiſcretè
Addit. 2. imponunt. *Invenimus quòd quædam fœminæ, &c.* v. locum.

Cap. 13. Iſaac. Epiſc. Lingon. Canones. Titul. iij. De adulteris. Cap. ij. De his qui Virginibus Deo ſacratis ſe ſociant. *Ex lib. 6. cap.* 302. De his qui ſacris Virginibus ſe ſociant, &c *v. locum, tom.* 21.

Ibid. Cap. iij. Quòd blaſphemiam Deo inferat, qui ſe cum Deo ſacrata
VI. 309. miſcuerit. *Ex eod. lib. c.* 303. Scire vos convenit quia blaſphemiam Deo irrogat, qui cum Deo ſacrata, vel cum velata fœmina ſe commaculaverit.

Ibid. Cap. iv. Si Clericus cum Deo ſacrata ſe commiſcuerit. *Ex eod. lib.*

404. Si Clericus cum velata fœmina, vel cum Deo ſacrata ſe maculaverit, pro- V 310.
prio honore privetur.

Ibid. Cap. v. Quòd ſacrilegi & violatores, juxtà Apoſtolum ſunt, qui violant ſacrarum fœminarum corpora. *Ex eod. cap.* 405. Sciendum eſt omnibus, VI. 312.
quia Deo ſacratarum fœminarum corpora per votum propriæ ſponſionis, & verba Sacerdotis, Deo ſacrata templa eſſe Scripturarum teſtimoniis comprobantur: & ideò violatores earum ſacrilegi, ac juxtà Apoſtolum filij perditionis eſſe notantur.

Idem. Titul. iv. De inceſtis. Cap. ix. Ut devotam Deo Virginem, vel Viduam nullus accipiat. *Ex eod. cap.* 302. Ut deinceps, ſicut Canones Eccle- VI. 308.
ſiaſtici prohibent, &c. *v. locum, tom.* 22.

Idem. Titul. vij. De ſacrilegis. Cap. viij. Ut omnes agnoſcant quantum malum ſit Deo ſacratas vel reliquas inceſtare. *Ex eod. lib. c.* 415. Jubemus omnes ſcire, &c. *ibid.*

Capitul. Herardi Archiepiſc. Turon. Cap. xxiij. Ut nulla fœmina veletur ſine licentia Epiſcopi, & ut antè 30. dies non veletur, & hoc cum conſilio parentum & vicinorum.

Ibid. xxxvij. Quòd non liceat mulieri velum aut ſpontè aut coactè ſemel ſuſceptum, quacumque ratione rejicere, licet in domibus proprijs vestris mutarit.

Concil. Tullenſe II. anno 860. apud Tuſiacum Villam. Can. ij. De velatis Deoque ſacratis Virginibus ac Viduis incontinenter viventibus. *De velatis & Deo ſacris tàm Viduis quàm Virginibus, &c.* v. locum, eod. tom. 22.

Concil. Tribur. anno 895. Cap. xxiv. De Virgine antè 12. annos velata non conſentiente Patrono, ſub cujus erat patrocinio. *Quæcumque Virgo ſub patrocinio antè 12. annos non coacta, ſed propriâ voluntate ſacrum velamen ſibi impoſuerit, annumque & diem, nullo repetente, velata permanſerit, &c.* v. locum, tom. 24.

Canones Synodi Romanorum ad Gallos Epiſcopos, juxtà queſtiones ab illis præpoſitas. Can. 1. De Virginibus velatis propoſitum non ſervantibus. *Quæritur de Virginibus velatis, & mutato propoſito, &c.*

Ibid. Can. ij. De Puellis nondùm velatis, ſi contrà propoſitum ſuum nupſerint. *Puella quæ nondùm velata eſt, ſed propoſuerat ſic manere, &c.* v. locum, tom. 37.

Nota. Quo anno editi fuerint non conſtat, quia tamen antiquitatem ſapiunt, eos admittere viſum non eſt, licet valdè corrupti ſint.

DE OFFICIJS PARENTVM IN LIBEROS, ET LIBERORUM IN PARENTES.

CONCIL. GANGRENSE, Can. xv. Εἴ τις καταλιμπανει, &c. Non debere quemquam continentiæ cauſâ filios ſuos negligere. *Si quis filios ſuos, &c.* v. locum, tom. 2.

Ibid. Can. xvj. Εἴ τινα τέκνα, &c. Nè filij occaſione Religionis parentes ſuos deſpiciant. *Quicumque filij à parentibus, &c.* v. locum.

Concil. Tolet. III. anno 589. Can. xvij. Quòd qui filios ſuos necaverit, à Sacerdotibus, vel à Judicibus diſtringatur. CUM multæ quærelæ ad aures S. Concilij deferrentur, inter cætera tantæ crudelitatis eſt opus nuntiatum, quantum ferre conſedentium aures Sacerdotum non poſſent; ut in quibuſdam Hiſpaniæ partibus filios ſuos parentes interimant, fornicationis avidi, neſcij pietatis. Quibus ſi tædium eſt filios numeroſos agere, priùs ſeipſos debent caſtigare à fornicatione: nam dùm cauſâ propagandæ prolis ſortiuntur conjugia, his parricidio & fornicationi tenentur obnoxij, qui * fœtus necando proprios docent ſe non pro filijs, ſed pro libidine * ſociari. Proindè tantum nefas ad cognitionem Glorioſiſſimi Domini noſtri Reccaredi Regis perlatum eſt; cujus gloria digna eſt Judicibus earumdem partium imperare, ut * hoc horrendum facinus diligenter cum Sacerdote * perquirant, & adhibitâ ſeveritate prohibeant. Ergò & Sacerdotes locorum hæc Sancta Synodus dolentiùs convenit, ut idem ſcelus cum Judice curioſiùs quærant, & ſine capitali vindicta acriori diſciplinâ prohibeant.

* *filios.* * *uxores ducere.*

* *amovendum tantum facinus.* * *procurent, al. requirant.*

Gregor. Magn. lib. xij. Reſponſ. x. S. Auguſtini. Prava autem conſuetudo in conjugatorum moribus ſurrexit, ut mulieres filios quos gignunt nutrire contemnant, eoſque alijs mulieribus ad nutriendum tradant. Quòd videlicet ex ſola cauſa incontinentiæ videtur inventum; quia dùm ſe continere nolunt, deſpiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaque quæ filios ſuos ex prava conſuetudine alijs ad nutriendum tradunt, niſi purgationis tempus tranſierit, viris ſuis non debent admiſceri.

Lactentibus prohibetur concubitus.

Capitular. Theodulfi Epiſc. Aurel. anno 797. Cap. xxxiij. De officio filiorum ergà parentes, & parentum in liberos. ADMONENDI ſunt Fideles Sanctæ Dei Eccleſiæ, ut filios ſuos & filias ſuas doceant parentibus obedientiam exhibere, dicente Domino: *Fili honorifica Patrem tuum.* Nam & ipſi

Eccleſ 3.

parentes ergà filios ſuos ac filias ſuas modeſtè debent agere, dicente Apoſtolo: *Et vos Patres nolite ad iracundiam provocare Filios veſtros.* Nam & hoc dicendum eſt eis, ut ſi illi genitali affectu parcere velint, injurijs filiorum, non has impunè Dominus ſinit, niſi fortè dignâ pœnitentiâ exhibeatur, & quia leviùs eſt filijs parentum quælibet flagella ſuſcipere, quàm Dei iram incurrere. Epheſ. 6.

Concil. Arelat. VI. anno 811. Can. xix. Ut parentes filios, & patrini filiolos erudire ſtudeant. *Ut parentes filios ſuos, & patrini eos quos de fonte lavacri ſuſcipiunt, erudire ſummoperè ſtudeant: illi quia illos genuerunt, & eis, à Domino dati ſunt; iſti quia pro eis fidejuſſores exiſtunt.*

Capitulare Caroli Magni, anno Imperij ejus 13. Capitul. xviij. Ut parentes & patrini filios ſuos doceant. *v. locum, tom.* 20.

Synodus Regiaticina, anno 850. Cap. ix. *Ex diverſis partibus perventum eſt, &c.* v. locum, tom. 21.

Capitula incerti Authoris, loci, ac temporis. Cap. xxxiij. De mutuis parentum & liberorum officijs. *Admonendi ſunt Fideles Sanctæ Dei Eccleſiæ, &c.* v. locum, tom. 25.

DE PAVPERIBVS, ET ELEEMOSYNIS.

DE DISTRIBUTIONE, XENODOXIJS, NOSOCOMIJS, PTOCHOTROPHIS, &c. DEFENDENDIS OPPRESSIS.

CONCIL. NICÆN. anno 325. Titul. lxix. De hoſpitali faciendo in omni Civitate, & de electione Præfecti, & de officio ejus. *v. locum, tom.* 2.

Item Titul. lxxix. De lectione Procuratoris pauperum, & de officio ejus. *v. locum.*

Concil. Gangrenſe, Can. vj. Εἴ τις δίδοι, &c. De his quæ in uſus pauperum conferuntur. *Si quis dederit, &c.* eod. tom. 2.

Ibid. Can. xj. De his qui agapas, id eſt, paſtiones pauperum riſui deputant. *v. locum.*

Concil. Carthag. IV. anno 398. Can. xliij. De his qui pro fide ab infidelibus tentationes paſſi ſunt. *Chriſtianum Catholicum, qui pro Catholica Fide, & pro Eccleſiaſtica re, & Chriſtiana Religione tribulationes patitur, honore omni à Sacerdotibus honorandum. Etiam & per Diaconum ei victus adminiſtretur.*

Ibid. Can. lxxxiij. De Senibus honorandis. *Pauperes & Senes Eccleſiæ, plus cæteris honorandi ſunt.*

Ibid. Can. xciv. Ut oppreſſorum pauperum oblationes non ſuſcipiantur. *Eorum qui pauperes opprimunt, dona à Sacerdotibus refutanda.*

Ibid. Can. xcv. De his qui oblationes defunctorum Eccleſijs fraudant. *Qui oblationes defunctorum, aut negant Eccleſijs, aut cum difficultate reddunt, tamquàm egentium negatores excommunicentur.*

Concil. Vaſenſe II. anno 442. Can. iv. Ut qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur. *v. titul.* Oblationes, Primitiæ, Decimæ.

Synodus S. Patricij, Auxilij & Iſſernini Epiſcoporum. Can. iv. De collectis. *Si quis permiſſionem acceperit, & collectum ſit pretium, non plus exigat quàm quòd neceſſitas poſcit.*

Ibid. Can. v. De eodem. *Si quid ſuprà manſerit, ponat ſuper Altare Pontificis, ut detur alij indigenti.*

Concil. Aurel. I. anno 511. Can. xvj. Ut Epiſcopus pauperes & infirmos tueatur. *Epiſcopus pauperibus vel infirmis, &c.* v. locum.

Concil. Arvern. anno 535. Deſumptum ex vetuſto Codice 5. lib. partialium Capitulum Concilij Arvernenſis, quod in decreto Gratiani non habentur. Ut Presbyteri plebes ſuas admoneant quod hoſpitales ſint. *v. loc. tom.* 11. *pag.* 198.

Concil. Aurel. V. anno 549. Can. xv. *De Xenio verò, quod Piſſimus Rex Childebertus, vel Jugalis ſua Ultrogotho Regina in Lugdunenſi Urbe, inſpirante Domino, condiderunt, &c.* v. locum, tom. 10.

Ibid. Can. xx. Ut incarcerati diebus Dominicis ab Eccleſiæ Præpoſitis viſitentur. *Id etiam miſerationis intuitu æquum duximus cuſtodiri, &c.*

Ibid. Can. xxj. De ſuſtentandis leproſis. *Et licet, propitio Deo omnium Domini Sacerdotum, &c.* v. locum.

Epiſt. xj. Pelag. Pap. I. ad Sapaudum Epiſcopum Ardatenſem. *In med. pag.*. Præterea hortamur ut Viro magnificentiſſimo Filio noſtro Patricio, &c. *ad hæc verba*: Caritatis tuæ relevari contigerit.

Id. ejuſd. Epiſt. xv. ad eumdem. Sed & illud ad commemorationem tuæ Fraternitatis adducimus, &c. *v. locum, tom.* 12.

Concil. Turon. II. anno 567. Can. v. Ut unaquæque Civitas pauperes ſuos alat. *Ut unaquæque Civitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat, ſecundùm vires, ut tàm Presbyteri, quàm Cives omnes ſuum pauperem paſcant, quod fiet ut ipſi pauperes per Civitates alias non vagentur.*

Ibid. Can. xxvj. De Judicibus aut Potentibus, qui pauperes opprimunt. *Ut Judices aut Potentes qui pauperes opprimunt, ſi commoniti à Pontifice ſuo ſe non emendaverint, excommunicentur.*

Concil. Lugdun. III. anno 583. Can. vj. De Leproſis cujuſque Civitatis & Territorij, ut Epiſcopi eorum curam gerant. *Placuit etiam univerſo Concilio, ut uniuſcujuſque Civitatis Leproſi, qui intrà territorium Civitatis ipſius aut naſcuntur, aut videntur conſiſtere, ab Epiſcopo Eccleſiæ ipſius ſufficientia alimenta, & neceſſaria veſtimenta accipiant, ut illis per alias Civitates vagandi licentia denegetur.*

Concil. Matiſcon. II. anno 585. Can. xj. *Sectatores nobis hoſpitalitatis eſſe non ſolùm Dominus Jeſus admonet, &c.*

Ibid. Can. xiv. De violentia potentum in miſeros coërcenda. *Ex interpellatione quorumdam cognovimus quod calcatis canonibus & legibus, &c.* v. locum, tom. 13.

Gregor. Mag. lib. j. Epiſt. xviij. ad Petrum Subdiaconum. *In med. 3. pag.*. Inſinuatum nobis eſt, &c. *ad hæc verba*: Participari mercede. *v. loc. tom.* 13.

Idem, Epiſt. xxvij. ad Anthemium Subdiaconum. *Diſcedenti tibi mandavimus, &c.* ad ea verba: *Domino auxiliante occurrito.*

Id. eod. lib. Epiſt. lxv. ad Anthemium Subdiaconum. Paſtorem quemdam infirmum oculis commendat. *Si proximorum neceſſitatibus, habitâ compaſſione benignâ mente concurrimus, &c.*

Ejuſd. lib. ij. indict. xj. Epiſt. lviij. ad Italiam Patriciam. De rebus pauperum cum manſuetudine diſponendis. *In med. Epiſt.*..... Illud verò quod Epiſtolis prædictis revocate in memoriam, &c. *continet* 10. *lin.*

Ejuſd. lib. iij. indict. xij. Epiſt. xvij. ad Felicem Epiſcopum Siponti num. *Qualiter ſuccurrendum ſit redemptionibus Captivorum, &c.*

Ibid. Epiſt. xxiv. ad Januarium Epiſcopum Calaritanum. *Oportebat ſiquidem Fraternitatem tuam, &c.*

Ejuſd. lib. v. indict. xiv. Epiſt. iv. ad Cyprianum Diaconum. *vide.*

Ibid. Epiſt. xxix. ad Secundinum. (Combien les Evêques doivent être aumôniers.) ..... Fratrem noſtrum Marinianum Epiſcopum, verbis quibus vales excita, quia obdormiſſe eum ſuſpicor, &c. *v. locum.*

Id. lib. vj. Epiſt. xiij. indict. xiv. Fortunato Epiſcopo Fanenſi. Scripſit Sacra Vaſa pro redemptione Captivorum venundanda. *Sicut reprehenſibile & ultione dignum eſt, &c.*

Ibid. Epiſt. xxiij. Theotiſtæ pariter & Andreæ. *In med.* 2. *pag.*..... Præterea triginta auri libras, dilectus Filius meus Sabinianus, &c.

Id. lib. vij. indict. j. Epiſt. xxiij. *Sub fin.* 1. *pag.* Decem verò auri libras, quas in Captivorum redemptionem, &c. *continet 6. lin.*

Ibid. Epiſt. xiv. indict. ij. De pecunia expenſa ab Eccleſia pro redemptione
Grat. 12. q. 2. c. 15. Captivorum. *Et ſacrorum Canonum ſtatuta, &c.* v. locum, eod. tom. 13.

Id. eod. lib. Epiſt. xxxviij. Romano Defenſori Siciliæ. De Gaudioſi pecunia ſuſtentanda. *Divinorum nos admonet eloquia præceptorum neceſſitatem patientibus, &c.* v. locum, eod. tom. 13.

Id. lib. viij. indict. iij. Epiſt. ij. Mauritio Auguſto. De Denarijs S. Petro tranſmiſſis. *Divinorum pietas quæ ſuos conſuevit miſericorditer famulos continere, &c.* Tom. 14.

Id. lib. ix. indict. iv. Epiſt. xxiv. ad Joannem Religioſum. Joannem menſis pauperum præponit. *Licet eos qui piâ intentione ſollicitudinis curam debilibus ac egenis, &c.*

Ibid. Epiſt. xxix. Paſchaſio Epiſcopo Neapolitano. Diſponit de pecunia Eccleſiaſtica in pauperes diſtribuenda. *v. locum, eod. tom.* 14.

Id. lib. x. indict. v. Epiſt. viij. Sabinellę, Columbæ, & Gallæ, à paribus. *vide locum.*

Id. Epiſt. xj. Fautino Defenſori. De Xenodochio conſtruendo. *v. locum, eod. tom.*

Id. eod. lib. x. Epiſt. l. ad Anthemium Subdiaconum. De Uxore Stephani redimenda. *v. locum.*

Ibid. Epiſt. lj. ad Eugenium Diaconum. De ſervis Dei Bleranæ Civitatis. *v. locum.*

Ibid. Epiſt. liij. ad Adventium Epiſcopum Peruſinum. De Eccleſio Epiſcopo frigore laborante. *v. locum.*

Id. lib. xj. Epiſt. xxiij. ad Julianum. De Beneficio ejus Monaſterio collato. *v. locum.*

Ibid. Epiſt. lix. ad Vitalem Defenſorem. De Xenodochio neglecto. *Experienti â tuâ indicante comperimus Xenodochia, &c.* v. locum.

Id. lib. xij. Epiſt. xvj. ad Joannem Abbatem de Monte Sina. *Filio noſtro Simplicio renunciante, &c.* v. ſext. ultim. lin. hujus Epiſtolę, eod. tom.

Concil. Tolet. IV. anno 633. Capitul. xxxij. De cura populorum & pauperum, quam Epiſcopi ſibi impoſitam noverint. *vide.*

Ibid. Cap. xxxviij. De ſuffragio Fundatoribus Eccleſiarum, vel Filijs eorum ex rebus ab ipſis collatis impertiendo. *Præbendum eſt à Sacerdotibus vitæ ſolatium indigentibus, &c.* v. locum, eod. tom. tom. 14.

Zachar. Pap. Epiſt. xij. ad Bonifac. Archiepiſcopum. *In med.* 3. *pag.*..... De his qui regio morbo vexantur inquiſiſti, ſive homines, ſive equi ſint, &c.

ad hæc verba: Nè per furentes & mordentes cætera coinquinentur. *v. tom.* 17.

Concil. Cloveshoviæ II. anno 747. Capitul. xxvj. De Eleëmoſynis. *Viceſimo-ſexto loco de utilitate Eleëmoſynæ, Patrum ſententiæ prolatæ ſunt, &c.* v. locum fusè, eod. tom. Eleëmoſyna quare erogandæ: l. 1. c. 47.

Capitulare Aquiſgran. Caroli Magni, anno 789. Cap. xlvij. In Concilio Gangrenſi, ut nulli liceat oblata, quæ ad pauperes pertinent, rapere vel fraudare *Si quis oblationes fructuum Eccleſiæ debitas voluerit extrà Eccleſiam accipere vel dare, præter conſcientiam Epiſcopi, & non magis eum conſilio ejus, cui hæc credita ſunt, de his agendum putaverit, anathema ſit.* Concil. Gangr. c. 7.

Ibid. lxxv. De ſuſceptione Hoſpitum. *Et hoc nobis competens & venerabile videtur, &c.* v. locum, tom. 20. l. 1. c. 75.

Ex alijs Capitulis Caroli Magni, de diverſis rebus, partim Eccleſiaſticis, partim Politicis. Cap. xvj. De Pauperibus in plateis vel quadruvijs jacentibus, ut ad Eccleſiam veniant, & illorum confeſſiones donentur.

Concil. Francoford. anno 794. Can. xl. De ſuſcipienda cura Puellarum, quæ Parentibus privatæ ſunt. *De Puellis quæ à Parentibus privatæ fuerint, ut ſub Epiſcoporum providentia gravioribus fœminis commendentur, ſicut canonica docet auctoritas.*

Ibid. Can. xlviij. Ut oblationes quæ in Eccleſia fiunt, diſpenſet Epiſcopus. *v. locum, eod. tom.* 20.

Capitul. Theodulfi Epiſc. Aurel. anno 797. Capitul. xxv. Ut hoſpitalitatem omnes diligant & gratis exhibeant. *Admonendi ſunt ut hoſpitalitatem diligant, &c.* v. eod. tom.

Ibid. Cap. xxxij. Quòd unuſquiſque opera miſericordiæ, quæ in alios corporaliter exercet, in ſeipſo ſpiritualiter agere debeat. *Eſurientes ſatiandi ſunt, ſitientes potandi, nudi operiendi, infirmi & qui, &c.*

Caroli Magni Capitula Eccleſiaſtica, Cap. xvj. De hoc quod ſi evenerit fames, clades, aut inæqualitas aëris, &c. *v. ibid.* l. 1. c. 118.

Ex ejuſd. Capitulis, anno 9. datis in Aquenſi Palatio, Cap. xvij. De Eleëmoſyna mittenda Hieroſolymam.

Ibid. Cap. xxviij. De Eleëmoſyna mittenda ad Jeruſalem propter Eccleſias Dei reſtaurandas. *Append. 1. cap. 31.*

Ibid. xxix. Ut nullus hominibus malignis conſentiat, ſed magis in quantum poteſt, reſiſtat: ut Pauperes Orphani, Viduæ & Eccleſiæ Dei pacem habeant. *Ibid. c. 32.*

Ibid. xxxiij. Ut Eccleſiæ, Viduæ & Pupilli, per bannum Regis pacem habeant; ſin aliter, in præſentia noſtra hoc veniat, ſi fieri poteſt: ſin autem Miſſi noſtri inveſtigent illud quomodo geſtum ſit, & nobis renuntient.

Concil. Arelat. VI. anno 811. Can. xiv. Ut famis tempore unuſquiſque ſuos alere ſtudeat. *Ut unuſquiſque tempore famis, &c.* eod. tom.

Ibid. Can. xxiij. Nè res Pauperum malis actibus ementur, aut quodammodo ſurripiantur. *Nè Comites vel Vicarij, &c.*

Concil. Mogunt. anno 813. Can. vj. De Orphanis & Exhæredatis ſubveniendis. *Propter iſtius itaque pacis concordiam conſervandam placuit, &c.* ibid. Capitular. lib. 1. c. 31.

Ibid. Can. vij. Ut res pauperum vel minùs potentum malâ occaſione non emantur. *Propter proviſiones pauperum pro quibus curam habere debemus, &c.* lb. c. 32.

Concil. Turon III. anno 813. Can. xxxvj. Ut unuſquiſque pauperes ſuos alere ſtudeat. *Omnibus communiter intimetur, &c.*

Ibid. Can. xliv. De ſublevandis pauperibus, qui à potentioribus opprimuntur. *Propter diverſas occaſiones res pauperum, &c.* v. locum, eod. tom.

Capitulare Caroli Magni, anno Imperij ejus 13. Capitul. xj. Ut tempore famis unuſquiſque ſuos alere ſtudeat. *Ut unuſquiſque propter inopiam famis ſuos familiares, & ad ſe pertinentes gubernare ſtudeat.*

Arelat. 6. Can. 14.

Ibid. Cap. xxij. Vt Comites & Vicarij, ſeu Judices, aut Centenarij, ſub mala occaſione vel ingenio res pauperum non emant, nec cui tollant: ſed quiſquis hoc comparare voluerit, in publico placito coràm Epiſcopo hoc faciat.

ibid. c. 23.

Concil. Aquiſgran. anno 816. Lib. j. Cap. lxvj. De his quæ in uſum pauperum conferuntur. *Si quis dederit vel acceperit oblata præter Epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus; & qui dat, & qui accipit, anathema ſit.*

Ex Concil. Gangr. c. 8.

Ibid. Cap cxlj. Cui committi debeant ſtipendia pauperum. *Evangelicis atque Apoſtolicis inſtruimur documentis, &c.*

Ibid. Lib. ij. Cap. xxviij. Vt Hoſpitale pauperum extrà Monaſterium ſit Puellarum. *Quia Sanctarum Scripturarum auctoritatibus, &c.* v. locum, eod. tom. 20.

Concil. Pariſ. VI. anno 829. Lib. j. Cap. xiv. Vt hoſpitalitatem, maximè ab his qui alijs præſunt, ſectari oporteat.

Ibid. Cap. xv. Qualiter tractandæ res Eccleſiæ? *v. locum, tom. 21.*

Ibid. Cap. lij. De interdicto quodam quo apud pleraſque Provincias pauperes aggravantur, ab Imperiali Clementia prohibendo. *v. locum.*

Concil. Meldenſe, anno 845. Can. xl. De hoſpitalitatibus Scotorum, & alijs ad nihilum redactis. *Admonenda eſt Regia magnitudo de hoſpitalitatibus, &c.* eod. tom. 21.

Leon. Pap. IV. Homilia. *In 3. pag.*..... Curam pauperum, peregrinorum & orphanorum habete, & ad prandiola veſtra eos invitate. Eſtote hoſpitales, ut à vobis alij bonum ſumant exemplum.

Concil. Mogunt. I. anno 847. Cap. xvij. De pauperibus non opprimendis. *Monemus Regiam poteſtatem de oppreſſione pauperum, &c.*

Ibid. Cap. xviij. *Propter proviſiones pauperum, &c.* v. locum, eod. tom. 21.

* Xenodochijs.

Synodus Regiaticina, anno 850. Cap. xv. *Similiter & de * Senodochijs ſtatuimus, &c.* eod. tom.

Nicol. I. Reſponſ. ad conſulta Bulgarorum. Cap. cj. De Eleëmoſyna eroganda. *Quibus Eleëmoſyna eroganda inveſtigatis, &c.* v. locum, tom. 22.

Hincmar. Archiepiſc. Rhem. Capitula ad Presbyteros Parochiæ ſuæ, anno 852. De cura hoſpitum & peregrinorum. *Ut curam hoſpitum, maximè pauperum, &c.*

Ibid. Capitula, quibus de rebus Magiſtri & Decani per ſingulas Eccleſias inquirere, & Epiſcopo renuntiare debeant. *v. titul.* De viſitatione Provinciarum.

Ibid. ij. Quod pro loco matriculæ nihil à quoquam requiri vel accipi debeat. *Sæpè vos admonui de matricularijs, &c.* v. locum, eod. tom. 22.

Ibid. Cap. cviij. Vt hoſpitalitatem antè omnia diligant (Presbyteri) & ut

viduarum, peregrinorum, orphanorum, atque infirmorum curam & ſollicitudinem habeant.

Ibid. Cap. cxv. Moneantur omnes Fideles de caritate & hoſpitalitate, quia eſt vera caritas, Deum diligere pluſquàm ſe, & proximum tamquàm ſe, & qui nihil vult facere alij, quod ſibi non vult fieri. Qui enim in cibo & potu, & dandis & accipiendis rebus, caritatem putat, errat, dicente Apoſtolo: *Regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed juſtitia & pax.* Sed & ſi ipſa cum ſtudio caritatis bona ſunt, & inter virtutes computanda: aliter ſæculi actus ſunt. Rom. 14.

Ibid. Cap. cxvj. De orationibus & eleëmoſynis, & Miſſarum celebrationibus pro fidelibus defunctis agendis, quibus impij carere debent, quoniam nec eorum eleëmoſyna à Sacerdotibus, vel reliquis Fidelibus accipienda eſt, nec ſepultura Fidelium tribuenda.

Synodus Cariſiaca, anno 856. Capitul. vj. Vt Hoſpitalia peregrinorum ad hoc quod deputata ſunt, Epiſcoporum conſilio à Rectoribus ſuis adminiſtrentur. *Hoſpitalia peregrinorum, ſicut ſunt Scotorum, &c.* v. locum, eod. tom. 22.

Concil. Lingon. vel Tullenſe I. apud Saponarias, Cap. xiv. in decret. Synodi Lingon. Vt Hoſpitalia, uſibus ad quos ſunt inſtituta, reſtituantur. *Vt Hoſpitalia, peregrinorum videlicet, & aliorum, pro remedio animarum, &c.* v. locum, eod. tom. ſub finem.

Capitula quæ Domnus Carolus Ludovici Auguſti piæ memoriæ Filius, &c. anno 876. Capitul. xiij. Ut Epiſcopi & Comites in pauperum domibus, niſi rogati non diverſentur. *v. locum, tom.* 24.

Concil. Viennenſe, anno 892. Can. iij. Vt qui ęgrotantis ſeu defuncti Epiſcopi vel Presbyteri Eleëmoſynam fraudat, excommunicetur. *Vt Eleëmoſynam Epiſcopi vel Presbyteri ægrotantis vel defuncti, nemo qualibet fraude violare præſumat. Quòd ſi quis fecerit, niſi emendaverit, ſimili ſententiâ feriatur.*

Conſtitutiones Odonis Archiep. Cantuariæ. Cap. ix. De Eleëmoſynis & Jejunijs. *Nono Capitulo admonemus Jejunium cum Eleemoſynis cautè, &c.* v. tom. 25.

Capitula incerti Authoris, loci ac temporis. Cap. xxxiv. De vera caritate. *Admonendus eſt Populus quòd hæc ſit vera caritas, &c.*

Ibid. Cap. xxxviij. & xxxix. de eod. argum. *Diebus verò Jejunij Eleëmoſyna facienda eſt, &c.* v. titul. *De Jejunio Quadrageſimæ.*

Concil. Lateran. III. anno 1179. Cap. xxiij. De Leproſis non excludendis. *Cùm dicat Apoſtolus, abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum: Eccleſiaſtici quidam, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu-Chriſti quærentes, &c.* v. locum, tom. 27.

Appendix ad hoc Concil. Lateran. III. De Leproſis. *v. locum, eod. tom.*

Concil. London. anno 1200. Capitul. xiij. Vt Leproſi Cœmeterium, & propriam habeant Capellam. *Affectu pietatis inducti, Concilij Lateranenſis etiam inſtitutione ſuffulti, &c.* v. loc. tom. 28.

Concil. Ravennate I. anno 1286. Capitul. ij. De pauperibus alendis & veſtiendis. *Doctoris illius præcipui Prædicatorii egregij inſtitutione freti, &c.* eod. tom.

Concil. Ravennate II. anno 1311. Cap. xxv. De Rectoribus Hoſpitalium.

Item cùm Hoſpitalium bona conſummantur, &c. v. locum, ibid.

Ibid. Cap. xxx. De Eleëmoſynarum largitione. *Cùm juxtà Prophetam:* Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, *&c.* v. eod. tom. 28.

Concil. Colonienſe I. Provinciale, anno 1536. Pars xj. De Xenodochijs. Cap. j. De Hoſpitalibus & Orphanotrophijs, alijſque id genus pijs locis.

Cap. ij. In Hoſpitalibus, in primis animæ curandæ, deinceps corpus.

Cap. iij. In Hoſpitalia, qui recipiendi?

Cap. iv. In Hoſpitalia pauperes ejus loci, ubi conſtituta ſunt, potiſſimùm recipiendos, maximè contagioſis morbis implicitos.

Cap. v. Mendicantibus validis Hoſpitalia clauſa, & mendicacitatem interdictam eſſe oportere.

Cap. vj. Magiſtrorum Hoſpitalium pravi affectus damnantur.

Cap. vij. Quam graviter peccent, qui ex pauperum victu ſe ditant. *v. locum, tom. 35.*

Concil. Trident. Decretum ſecundum de Reformatione publicatum, anno 1547. Seſſ. ſeptima ſub Julio III. Can. xv. De hoſpitalitate. *Curent Ordinarij ut hoſpitalia quæcumque à ſuis adminiſtratoribus (quocumque illi nomine cenſeantur, etiam quomodolibet exemptis) fideliter & diligenter gubernentur, conſtitutionis Concilij Viennenſis, quæ incipit:* Quia contingit, &c.

Ibid. in eod. Concil. Decretum, ſuper reformatione generali, ſub Pio IV. Pontifice Maximo. Seſſ. j. & ult. Can. viij. *Admonet Sancta Synodus quoſcumque Eccleſiaſtica Beneficia Sæcularia, ſeu Regularia obtinentes, ut hoſpitalitatis officium, à Sanctis Patribus frequenter commendatum, &c.* v. locum, tom. 36.

Statuta Synodi Diœceſanæ Auguſtenſis, anno 1548. Titul. xxvij. De Hoſpitalibus pauperum, infirmorum, & peregrinorum. *Hoſpitalia noſtræ Diœceſis conſervari, reditus ad ea deſtinatos, &c.* eod. tom.

Concil. Mediolan. IV. anno 1576. Conſtitutionum pars tertia, in fine. Formula denuntiandi formulas Eleëmoſynarum. *Ventura Dominica dies, vel Feria 4. quatuor temporum, dilectiſſimi Collectarum futura eſt, &c.* v. locum, tom. 36

Concil. Mediolan. VI. anno 1582. ſub med. De viſitatione infirmorum. *Sanctiſſimus Pontifex Gregorius XIII. ut ſalutarem, &c.* v. locum, eod. tom. 36.

DE SERVIS,

DE SERVIS ET LIBERTIS, DOMINIS, AC SUBDITIS.

CONCIL. ELIBERITANUM, anno 305. Capitul. LXXX. De Libertis. *v. tom. 1. pag. 639.*

Concil. Nicæn. anno 325. Titul. ij. De Servis non ordinandis. *v. locum, tom. 2.*

Concil. Gangr. Can. iij. Εἴ τις δοῦλον, &c. Non debere Servum occasione Religionis Dominum contemnere. *Si quis Servum, &c.* eod. tom. 2.

Decreta Julij Papæ I. Titul. x. Libertam Domino legitimè nubere posse. *v. eod. tom.*

Concil. Tolet. I. anno 400. Can. x. Ut nullus obligatum, cuique absque consensu Domini vel Patroni, Libertum faciat. *v. titul.* Quinam in Clerum assumendi.

Concil. Africanum, anno 424. Can. XXXJ. De manumissionibus, ut in Ecclesia celebrentur, ab Imperatore poscendum. *De manumissionibus sanè, &c.* Tom. 4.

Ibid. Can. xlix. De manumissionibus. *Item placuit, ut de manumissionibus in Ecclesia celebrandis, ab Imperatore petatur.* Cod. can. c. 82.

Ibid. Can. cxvj. Quòd servi & liberti, omnesque infames personæ non debeant accusare. *v. locum.*

Concil. Arausic. I. anno 441. Can. vj. De ijs qui Ecclesiæ mancipia occupant pro suis. *Si quis autem mancipia Clericorum pro suis mancipijs ad Ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes Ecclesias districtissimâ damnatione feriatur.*

Ibid. Can. vii. De manumissis in Ecclesia, vel Ecclesiæ per testamentum commendatis. *In Ecclesia manumissos, vel per testamentum, &c.* eod. tom. 4.

Concil. Arelat. II. anno 452. Can. XXXIJ. Si quis pro eò quòd mancipia sua in Ecclesia perdidit, mancipia Clericorum pervaserit. *Si quis autem, &c.*

Ibid. Can. XXXIIJ. Si quis manumissum servitute oppresserit. *Si quis per testamentum, &c.*

Ibid. Can. XXXIV. Si quis manumissum in servitutem revocandum putarit. *Si quis in Ecclesia manumissum, &c.* v. locum, tom. 9.

Ibid. Can. liij. Si servus furore actus seipsum percusserit. *Si quis famulorum, &c.*

Gelas. Pap. I. Epist. ix. ad Episcopos Lucaniæ. *Generalis etiam querela, &c.* *Ibid. in Not.* Servi absque Domini consensu non ordinandi. *v. loc. tom. 10.*

Concil. Agath. anno 506. Can. XXIX. De libertis ut in necessitate ab Ecclesia defendantur. *Libertos legitimè à Dominis suis, &c.*

